BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
3
A
11
NAPOLI





N.° 61.

Digitized by Google

ANTONII VAN DALE

DISSERTATIO

SUPER

ARISTEA

DE LXX. INTERPRETIBUS:

Cui ipsius prætensi Aristeæ textus subjungitur.

ADDITUR

HISTORIA BAPTISMORUM,

Cum Judaicorum, tum potissimum priorum Christianorum, tum denique & rituum nonnullorum, &c.

ACCEDIT ET

DISSERTATIO SUPER SANCHONIATHONE.

Blanchard

AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS, 1705.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QUod poſt doctiſſimum Humfredum Hody (ne de Uſſerio, ne de Iſaaco Voſſio, ne de aliis eruditis loquar) de prætenſis LXX. Interpretibus ſcribere aliquid inſtituerim, forſan multis mirum videbitur, aut non uſque adeo acceptum futurum eſt. Aſt materiam iſtam ab illo non plane exhauſtam fuiſſe, videbunt illi, qui tam ipſius Diſſertationem, quam meam perlegent, eamque cum mea conferent. Multa is atque egregia protulit: ſed dolendum eſt, ipſum morte præventum illa non ulterius potuiſſe pertractare, quæ in Ariſteam pertractare conceperat.

Ego itaque aliam fere viam ingreſſus, non pauca ipſi aliisve non obſervata (ſaltem in publicum

non emiſſa) neque uſque adeo, uti exiſtimo, contemnenda ſuperaddo.

Quibus & ipſum Ariſteæ textum, ſimul cum verſione Latina Garbitii (quæ non majoris pretii eſt) ſubjungo: ut ſic mea cum ipſius verbis eo melius conferantur: ac quod is ſcriptor non admodum vulgaris ſit. Poſſem equidem hîc ipſam verſionem LXX viralem laborioſe cum Hebraico textu contuliſſe: verum id ex Eruditiſſimo Uſſerio, tum & ex Bibliis Polyglottis, aliisque, ſat commode fieri poteſt; indeque ſatis perſpici, quam male quandoque textus Hebraicus ex LXX virali corrigatur.

Quod porro attinet Ariſteam noſtrum, videbit hic lector non unicum, ſed duos, ac quidem admodum diſcrepantes Ariſteas; unum quidem Judaicum; quem, ut monui, totum hic exhibeo; alterum in ipſa Diſſertatione, quatenus ex Epiphanio potiſſimum nobis reſtat, atque huc facere videtur: ac quidem Chriſtianum, ſeu ab homine Chriſtiano quopiam atque Hebraice non callente, ſed pro verſione LXX virali ſtante, compoſitum, ſicut & inde priores Chriſtiani inter ſe, hac in parte diviſi fuerunt: uti oſtendere me puto cap. VII. & VIII. Ex quo cap. VIII. etiam liquet, quam parum boni Chronologi quandoque fuerint Chriſtiani. Nempe Ptolemæus Philadelphus, qui annis 283 ante Hero-

rodem vixit, imperiumque poſt Lagidem ſolus adeptus fuit, ſcripſit, teſte Juſtino, ad hunc Herodem ſuper LXX. Interpretibus. Verum plura in hujus, ſimiliumque patrum ſcriptis, æque ac in Joſepho reperiet Lector πράγματα (ne addam quoque pias fraudes, aut pejora) huc adducta : Joſephi inprimis ſplendida mendacia. Qui Joſephus, quum ita aperte veritati Biblicæ in hiſtoriis ſuis oppedere auſus fuerit, conjecturam inde unusquiſque commode facere queat, quantum fidei ipſi tribuendum circa illas Hiſtorias, quas poſt Biblicas uſque ad capta ac diruta per Titum Hieroſolyma extendit, in iisque proprias ſuas laudes pleno ore buccinat.

Steterunt (ut ad noſtros LXX. revertar) Judæi Alexandrini cæterique Græci pro ſua Græca verſione, plane uti jam antè Samaritani pro ſua Samaritana, ac Templo ſuo in monte Gerizim. Hinc & Chriſtiani Hebraicè non callentes; ut (quaſi) ex Authentico textu Græco Judæos Hebraico textui adhærentes convincere poſſent, huic Græcæ verſioni, narratiunculisque Judæorum Helleniſtarum, quam maxime, quamvis non æque feliciter (ut ex ſolo Juſtino oſtendi poſſet) patrocinati ſunt. Sed alibi jam de hac re aliquid dixi; ac forſan aliquid ulterius dicturus ſum.

Subjunxi hiſce Hiſtoriam Baptiſmi cum Hebræorum, tum maxime Chriſtianorum, qui poſterior originem ſuam ex Judaico (Proſelytorum ſc.) traxit: quemque Salvator noſter, æque ac Euchariſtiam, in Chriſtianiſmum (occaſione Paſchatis feſti) tranſtulit, ac Sacramentum Chriſtianorum ex ſua Divina auctoritate reddidit. Circa quem Baptiſmum porrò ago de ipſius in æternum, ſeu perpetuum, inter Chriſtianos duratione; contra illos qui illum tantum in primitiva Eccleſia, ac quidem ſolummodo circa proſelytos Chriſtianorum tum ex Judaiſmo, tum ex Ethniciſmo, ad Chriſtianiſmum tranſeuntes, obſervandum illum, exercendumve fuiſſe contendunt.

Inde III°. me converto ad Originem Pædobaptiſmi, quantique ponderis ille Baptiſmus inter priores Chriſtianos fuerit.

Quarto demum de Anabaptiſmi tum Origine, tum & Duratione ago. Quibus V°. denique Catechumenorum hiſtoriam (adeoque & aliquid iſta occaſione de Gentilium Myſteriis) ſubjungo : ſicut & hinc nonnullos alios, hac occaſione, primorum Chriſtianorum ritus à Tertulliano, in libro ſuo de Corona, memoratos : non quod talia omnia approbem; ſed ut oſtendam & diſcrepantias, & tolerantiam horum ac ſimiliorum, inter priorum ſeculorum Chriſtianos circa ritus, ac ſimilia. Hæc

Hæc ſi placere poterunt, mihi gratum id erit: ſin minus, mihi ac Muſis cecinerim. Interim gaudebo, ſi hæc aliis occaſionem præbeant de hiſce ſimilibuſque ulterius meditandi ac ſcribendi; ac plenius conficiendi Hiſtoriam Eccleſiaſticam : non quatenus Hæreticos illorumve opiniones [quas non niſi ex adverſariorum ſcriptis haurimus] ſed munera, dignitates, ritus ac ceremonias ac conſuetudines, indicat. Quorum hiſtoriam, originemque, &c. tam ex Judæiſmo, quam ex Ethniciſmo, jam olim effectam habui: ut ſic faciem totius Veteris Eccleſiæ eatenus detegerem: ſed ſenectus nunc ad perficienda illa prohibet, ac de abitu hinc ad D. Opt. Max. cogitare cogit. Quare lampada hanc aliis trado.

Addere tamen poſtremo volui Diſſertatiunculam de Sanchoniathone, quem nonnulli inter Eruditos, ac quidem majoris monetæ, tam magni faciunt: Bochartus ſcilicet, Huëtius imprimis, tum & alii; ne Veteres (ex quibus hæc habent) memorem; quod id ex ipſa Diſſertatiuncula ſat clare patebit.

Hanc addidi ergo, ut inde Lectores perſpiciant, quam vano conatu multi viri Eruditi omnia non proficien tia, quin & documento potius S. Scripturæ, ejuſque auctoritati futura, corradant atque allegent : Gentiliaque quandoque etiam aut temere, aut malignè conficta pro iſta adducant,

hanc-

hancque S. Scripturam (quæ nec tali auxilio, nec defensoribus istis eget) cum ejusmodi nugis, ut sic illa per talia illustretur, quin & confirmetur, conferant ac comparent.

SUM-

Summaria Capitum

DISSERTATIONIS SUPER ARISTEA.

CAP. I. Pag. 1

Quis qualisve fuerit hic noſter Ariſteas. Judæum illum fuiſſe ſub perſona Ethnici, male hanc perſonam ſuſtinentis; ſicut cum ex vocabulo νόμος, tum Dei, *tum aliorum, oſtenditur. Quando vixerit ac ſcripſerit; fabulamque illam de LXX. Interpretibus ſic ulterius adornaverit. Philone eum poſteriorem ætate, Joſepho priorem, videri. Qua occaſione obiter aliquid de ſcriptis ſuppoſititiis, ſeu confictis ſub falſis ſacrorum Scriptorum nominibus, additur: ut de Eſdra Veteris Teſtamenti, quaſi ex inſtinctu Spiritus Sancti, inſtauratore, &c. Plures ſub eodem Ariſteæ nomine hanc fabulam (quemque ſuo modo, aut propriæ fraudis, ſic dictæ piæ, zelo) adornaſſe. Quod tamen ex ulterius ſequenti contextu clarius eluceſcet.*

CAP. II. 8

A quonam Ptolemæo adornata fuerit Bibliotheca Alexandrina, an à Lagide, an à Philadelpho; quorumque ex æmulatione. Narrantur, ſeu deſcribuntur, mores horum Ptolemæorum; ac quam pius ac religioſus fuerit Philadelphus, cum circa fratres, tum circa uxorem, &c. De luxu ipſius, de religione ejus circa Serapin, de inceſtu, &c. Qualia, contra,

teſtimonia aſſerantur à Philone, ab Epiphanio, ab Auguſtino, denique ab Ariſtea noſtro; quantique ponderis illa ſint.

CAP. III. 18

De Demetrio Phalereo agitur; ejusque teſtimonium de Lege Judæorum perpenditur; tum & ipſius pietas ac religioſus animus; ſeu potius perinſignis luxus, impietas, ac ſcelera. De ipſius fuga in Ægyptum ad Ptolemæum Soterem. De quonam Caſſandro loquatur Hermippus. In quali, quantaque, gratia Demetrius apud Ptolemæum Philadelphum fuerit; ac quali morte ibi perierit. Nullos Ethnicos illius ut Bibliothecarii meminiße.

CAP. IV. 28

Fueritne Alexandrina Bibliotheca prima tempore; an vero Pergamena ipſâ prior fuerit. Quod poſterius ſatis adſtrui poſſe videtur. Quapropter Strabonis verba expenduntur. Philetærus quando vixerit, Bibliothecamque adornare inceperit hincque Eumenes, cum primus, tum ſecundus: ac Reges Attalicos inde videri Ptolemæis circa hæc priores. De Ariſtotelis Bibliotheca, ejusque fortuna, &c.

CAP. V.

Reditur ad Demetrium & Bibliothecam Philadelphicam; ac de numero voluminum aliquid dicitur. De lingua ex qua Codices Judæorum converſi ſint; an nempe, ex Chaldaica, an ex alia, &c. De captivis, ſive ante, ſive poſt Codices transmiſſos liberatis, ac pecuniâ in illud impenſa, &c. Cujus rei tamen neque Juſtinus, neque Clemens Alexandrinus, neque ipſe Philo, meminerunt.

CAP.

SUMMARIA CAPITUM.

CAP. VI. 40

Quam male conveniant inter ſe Ariſteas ac Joſephus; qui ſua, uti perhibet, verbotenus ex Ariſtea tranſtulit. Hinc Epiſtolæ ab ipſis traditæ, tum & illæ, quas Epiphanius, ut jactat, etiam ex ipſo Ariſtea producit, inter ſe conferuntur: ſicut & ille Epiphanii Ariſteas examini ſubjicitur. De Bruchio, ac Seroapeo, in quo Biblitheca illa Philadelphi fuit adornata ac ſervata: uti & de numero Librorum, ſeu Voluminum in iſta contentorum; & quam male Scriptores ſuper illo inter ſe conveniant. Denique an tota, an vero pars ſolummodo ipſius conflagrarit.

CAP. VII. 53

De ſcopo illo quo Ptolemæus Hebræorum libros accerſerit, nempe 1°. ob Hiſtoriam Creationis mundi ſc. 2°. ob ipſorum Divinitatem, ſuamque fidem, pietatem, ac preces. De ἁγίῳ τόπῳ. Cur quoque ſex ex ſingula Tribu tranſmiſſi fuerint, &c. De libris etiam 72 Apocryphis ſimul tranſmiſſis: Qualesque illi demum (ut ſimul parumper nugemur) fuerint. Juſtini rationes, cur libri ſacri tranſmiſſi fuerint. Qui ſibi tamen non conſtat; dum alio loco & Prophetarum libros ab Herode Ptolemeum (immani anachroniſmo) expetiviſſe vult.

CAP. VIII. 61

Vlterius ſuper Juſtini relationibus, cum ex Cohortatione ad Græcos, tum ex Apologia ſecunda, diſſeritur. Ptolemæum libros illos Deo (at cuinam ac quali?) conſecraſſe, &c. Quam male hic Juſtinus & ſecum, & cum Philone aliisque, conſentiat; tam circa Regem Herodem, quam circa alia. Reditur hinc

hinc ad Ptolemæi pietatem ac Zelum erga Legem Divinam. Philonisi, denique, atque Irenæi circa hæc teſtimonia, &c.

CAP. IX. 69

De Donis à Ptolomæo miſſis ut agatur, in anteceſſum ulterius diſſeritur de Zelo ac liberalitate circa libros novos antiquosque, ac maxime circa rariores, ex Galeno Pergameno; quantoque pretio coëmerit ſibi Autographa Æſchyli, Sophoclis, atque Euripidis: Unde forſan occaſio nata fuit (modo talia Judæis cognita fuerint) confingendæ liberalitatis ipſius circa Libros Hebræos: quos tamen ſolummodo ex fama *dignos eſſe verſione acceperat. Quanto, revera, in honore fuerint horum trium Tragicorum ſcripta, ſeu Tragœdiæ, apud Athenienſes. Qua occaſione de Commiſſionibus, ſeu Certaminibus ac Ludis, circa Tragœdias aliquid additur: ac de numero Tragœdiarum horum trium Poëtarum, &c. Quam rarò in una eademque Bibliotheca omnia horum aliorumve ſcripta ſimul congeſta reperta fuerint.*

CAP. X. 74

Quam parum noti inter Gentiles fuerint Judæi; ut quorum ne nomen quidem Herodotus noviſſe videtur. Magis notos, Græcis aliisque, illos eſſe cœpiſſe ſub, ac poſt Alexandrum Macedonem. Joſephi, de hujus Alexandri veneratione ac favore, ſplendidum mendacium examinatur: opponunturque ipſi & Curtius, & Arrianus, & Diodorus Siculus. De confictis Alexandri ſomniis, quaſi Divinis ex Flavio Joſepho; quaſi Gentilibus, adeoque & Dæmoniacis, ex aliis. Oroſium aliàs ſatis ſuperſtitioſum, de templo quidem Ammonis, nihil verò omninò de profectione Hieroſolymam loqui. De malafide

ac mendaciis Josephi circa historiam Biblicam : quorum exempla proponuntur ; ac 1°. quidem de transitu Hebræorum per mare rubrum (ut scilicet ita Græcis placerent ipsius fabulæ) quo cum comparantur Plutarchus, Arrianus, & Strabo. De Miracula hîc vera afflictis historiæ à Josepho. Quibus accedunt illa absurdissima simul ac mendacissima narrata à Jonathane Ben Uziel.

CAP. XI. 88

Affertur secundum, ex Josepho, exemplum, de Sampsonis nempe nativitate, splendidis quoque mendaciis adornatum ; uti & tertium de Saule ac Davide : ubi lector ducenta præputia in capita humana, numero quingenta, mirâ metamorphosi Judaicâ, mutata reperiet. Quartum est de Mosis in calum adscensu : ubi & mendaciis suis testem ipsam Sacram Scripturam advocat. Quintum & ultimum (ne Lectorem talibus ac tantis nugis ulterius fatigem ; nam plura jam alibi adduxeram) est illa Regis Cyri, pro Judæis jam reditum ex captivitate meditantibus Epistola comparata cum illa, quæ (illius Cyri) bis in ipsa continetur Sacra Scriptura, ac quidem Canonica.

CAP. XII. 97

Quam admodum rara fuerint Libri Legis exemplaria, ante Captivitatem Babylonicam, ostenditur (quod & pererudite agnoscit Celeberrimus Campegius Vitringa ;) ac quam perpauca à captivis istis in Chaldæam transvehi potuerint. Quod & ex prælectione Legis, post reditum illorum ex captivitate liquet, &c. Judæos etiam post liberationem ex ista captivitate non, nisi urgente necessitate, se Gentibus permiscuisse, ipso testante Josepho.

CAP. XIII. 104

De X. Tribubus transvectis ; & an aliqua multitudo ipſarum remanſerit : ac quidem tanta, ut Ptolomæi tempore unaquæque tot viros eximiè doctos exhibere potuerit, quot perhibentur poſtulati, & miſſi. De quibus tam X. quam XII. Tribubus ulterius quoque diſſeritur. Notabilia admodum Joſ. Scaligeri verba. Cur Eleazarus ſex ex unaquaque Tribu miſerit. Judæos tamen nonnullos de ſolis quinque Senioribus eò transmiſſis loqui ; contrà vero aliquos ex Chriſtianis aſſerere, ipſum Summum Pontificem Eleazarum cum cæteris LXX. Interpretibus in Ægyptum conceſſiſſe.

CAP. XIV. 110

Quanta veneratione, ob pietatem Ptolemæi, quin & ſororem (quacum iſte inceſtu vivebat) Pontifex affectus fuerit ; tum & ipſe populus Judaicus. Multa aliæ nugæ ſilentio fere prætereuntur. Notantur tamen nonnullæ ; ut de Jordane fluvio, de muſtela, animali, &c. Qua occaſione Iſaaci Voſſii, maximi hujus Ariſteæ (poſtea) patroni, afferuntur verba, quibus ipſum Pſeud-Ariſteam *appellat. De aureis literis : De Adoratione Ptolemæi fere ſepties facta ; tum & de aliis Adorationibus. De applauſu cæterorum Ægyptiorum, &c.*

CAP. XV. 118

De die feſto atque anniverſario ob hanc verſionem celebrato : ubi Philonis verba cum illis, quæ Ariſteas ac Joſephus narrant, conferuntur : Sicut & de victoria Ptolomæi contra Antigonum ; atque an jam tempore Philadelphi alia quæpiam verſio Græca extiterit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XVI. 124

De Libris seu Codicibus ad Ptolemæum allatis, deque ipsorum numero, tam Canonicorum, quam Apocryphorum. De Convivio quo Rex Interpretes excepisse perhibetur, ejusque apparatu, ac precibus ibi peractis, tum & quinam istas peregerint. De quæstiunculis quas Rex hisce Judæis proposuisse dicitur. De Menedemo, & an ille huic convivio interfuerit; deque ipsius ætate, &c. Cedreni testimoniis quantum sit tribuendum, quantumque fidei & ipsi prætenso Aristeæ.

CAP. XVII. 131

De Interpretum ad versionis actum accessu, cum ex Aristea, tum ex Philone, &c. Separatine an simul juncti sederint. Josephi Ben Gorion, tum & aliorum Judæorum afferuntur testimonia; uti & Samaritarum ex Chronico Samaritano.

CAP. XVIII. 140

Ubi, atque an singuli separatim, an bini simul juncti, an vero omnes simul in unico conclavi consederint, versioni incumbentes, perpenditur ex Epiphanio, ex Cyrillo, ex Novellis Justinianeis, ex Philone, ex Josepho, ex Hieronymo; denique ex ipso Aristea. Unde, ac quam incaute, Justinus Martyr sua hauserit. Hinc fabella de LXXII. Grammaticis, qui à Pisistrato super Homeri poëmatibus examinandis congregati fuerant, ac seorsim sepositi, cum nostra de LXXII. Interpretibus fabella comparatur.

CAP.

CAP. XIX. 149

De Inſpiratione Divina circa hanc Verſionem ex Irenæo, Clemente Alexandrino, & Tertulliano. De Libro Eſdræ quarto, nugisque quæ in iſto continentur; adeoque de Apocryphis (ac quidem LXX.) converſis Quinam Libri olim Canonici fuerint ſecundum Iſaacum Voſſium; &c.

CAP. XX. 154

De Interpretum ad Regem Ptolemæum quotidiano acceſſu. De convivio ad Regis menſam; ac quam bene, aut male potius, huc Hebræi cum Ægyptiis convenire, ac convivari, potuerint. Quum ne omnes quidem Judæi inter ſe communicarent, ſimulve convivarentur; vulgusque Judæorum illis, qui Chachamim, *ſeu Sapientum nomine veniebant, fere abominationi eſſet. Reditur hinc ad Interpretes, illorumque in vertendo conſenſum: tractaturque de XIII. locis per ipſos immutatis. De Jobi uxoris verbis, cap. II. v. 9. De Origenis in Epiſtola ad Africanum ſuper prætenſa LXXvirali verſione teſtimonio. Tandemque cur Græci ita pro LXXvirali verſione ſteterint.*

CAP. XXI. 163

De Miraculo intercurrente circa hanc LXXviralem verſionem, ex Auguſtino; uti ex Judæis, circa paraphraſin, aut Targum Jonathanis. De prælectione Libri Legis, atque Interpretatione primum orali, poſtea vero ſcriptis adornata: ac quidem 1°. de Chaldaica, ſeu Targum; hinc & de Græca, ejusque origione atque occaſione. Unde auctoritas quæſita huic prætenſæ ſeptuagintum-virali verſioni, ipſique tandem creata ac firmata fuerit.

CAP.

CAP. XXII. 169

De factionibus ac Schismatibus ob hanc versionem exortis paulò fusius agitur. Ex quanam lingua seniores illi inter ipsos Judæos Hellenistas nempe atque Hebræos (sive LXX, sive LXXII, sive tantummodo V. numero fuerint) versionem illam exornarint : an, scilicet, ex Syriaca, an ex Chaldaica, an vero ex ipsa lingua Hebraica, an denique ex Samaritana.

CAP. XXIII. 176

Disquiritur quales, ac quot numero Libros hi Interpretes verterint, an tantummodo Pentateuchum, an vero & cæteros Libros Canonicos : sicuti an omnes XXIV Libros verterint. Ridiculum affertur circa hæc figmentum Cedreni : tum & Isaaci Vossii singularis admodum opinio ; eaque paulò liberius expenditur.

CAP. XXIV. 181

De prælectione Legis jam modò ab his Interpretibus translatæ, tam ex Aristea nostro, quam ex Epiphanio ; ac per quos, quemve, illa versio prælecta fuerit : tum & intra quot numero dies ea perfecta fuerit. Ubi & Briani Waltonis audax assertio producitur, ac redarguitur. De approbatione hujus versionis : ac per quos, qualesve, illa approbatio facta fuerit.

CAP. XXV. 187

De Judæis Alexandrinis, ac qualibus isti gauderent privilegiis, ex Josepho, ac prætenso Hecatæo : tum unde exemplaria Hebraica ibi magis minusve accurata esse debuerint. Additur & Demetrii testimonium (prætensum) de Hebræorum Legibus:

tum quoque quam rite, aut bene, Ethnici de Hebræis, illorumque Libris, judicare valuerint. An verſio ulla Bibliorum Græca ante Ptolemæum extiterit; atque an ex tali verſione, ſi fuerit, de hujus LXXviralis interpretatione (accuratane ſatis an non) dijudicari iſti Alexandrini valuerint. De Ariſteæ porrò fide, ac de Ægyptiorum erga verum Deum pietate: ulteriusque aliquid de Legis prælectione, ipſiuſque approbatione additur; ſicut & de Diris imprecationibus ob verſionem, ne nempe immutaretur illa ab ullo, factis. Qua occaſione & alia pauca de hujusmodi ἐφορκισμοῖς, ſive imprecationibus, ſive obteſtationibus (ut ſic loquar) afferuntur.

CAP. XXVI. 196

De quæſtione poſt Legis jam verſæ prælectionem oborta, ac Demetrii ad illam reſponſo. Narratiunculæ ipſius de Theopompo ac Theodecte, &c. Tum & adhuc aliquid de prætenſa verſione Græca, quæ hac τῶν ἑβδομήκοντα anterior fuerit. Porro an vetuſtiſſimi Poëtæ ac Philoſophi legerint (aut legere potuerint) Sacras Scripturas Græcè verſas. Huëtii ſuper hac re aſſerta paulò fuſius redarguuntur: qua occaſione etiam de Poëtarum fabellis, ex Sacra Scriptura, uti perhibetur, hauſtis agitur.

CAP. XXVII. 206

A Poëtarum prætenſis teſtimoniis tranſitur ad Philoſophos, Pythagoram, Platonem, &c. quatenus perhibetur, illos multa ex Hebræorum ſcriptis ſacro-ſanctis in ſua tranſtuliſſe, à Joſepho, Juſtino, Auguſtino, aliisque hujus opinionis defenſoribus. Quam bene (ſeu potius male) Juſtinus ſacras Scripturas legerit. Tum rurſus aliquid de Fl. Joſephi fide; ſeu qualis ipſi habenda ſit. Denique de Lactantii circa hanc quæſtionem opinione.

CAP.

CAP. XXVIII. 212

Clementis Alexandrini de Ariſtobulo teſtimonium, tum & Anatolii (qui ipſum & inter LXX. Interpretes numerat); tum denique Euſebii. De Libro Macchabaico ſecundo, fideque ipſi adhibenda, cum circa Ariſtobulum, tum etiam circa alia conficta miracula. De morte Antiochi Epiphanis in illo, atque in Joſepho, narrata.

CAP. XXIX. 219

De Hecataeo, ex Origene, ſicut & ex noſtro Ariſtea, uti & Joſepho; denique ex Æliano; ac quantulæ auctoritatis ille nobis eſſe debeat, poſtremo quando is vixerit &c. De Adoratione Legi jam verſæ à Philadelpho exhibita.

CAP. XXX. 223

De feſto anniverſario ob verſionem hanc celebrato, ex Philone, &c. Tum & de gratiarum actione Philadelphi erga Interpretes, ac Pontificem Judæorum, &c.

Digitized by Google

Errata graviora corrigenda.

Pag.	5	linea 5	lege, negare non auſim
—		12	Prophetiis
	7	29	quos.
	11	11	deſcribit Pauſanias
	13	16	conſtituit.
	29	15	Libro XIII.
	53	1	Cap. VII.
—		15	afferunt Eleezaro)
	80	23 & 24	interjecta.
	84	21	cap. illud, dele *illud*.
	115	2	ac Divina quidem loquuntur. Neque....
	117	14	jam dudum, ut dixi, ab aliis...
	118	9	narranr.
	135	18	Legis.
	139	13	ea contigiſſe.
	154	20	hîc deſignat (.....) ac dies....
	160	16	habent ſe autem
	171	21	poſt Chriſtum natum 530 & ulterius.
	182	14	in Baſilienſi.
	163	16 & 17	eadem haber.
	187	7	LXX viralis interpretatione dijudicare.
	203	10	diſcendi gratia. dele)
	204	5	Iſaacus Voſſius eruditiſſimus.
	208	11	deſcribit, fabellam fuiſſe confictam.
—		21	Quin & volunt, dele volunt.

Pag.	209	linea 14	lege, τύπον
	219	2	noſtro Ariſtea, & Joſepho,
	225	23	Quæ tamen *nimis* valde.
	343	5	erat & Baptiſmus
	348	22	natus ſit ex aqua & ex ſpiritu.
	349	10	vocantur; dicentes, Domini....
—		14	officium. Epiſcopatus æmulatio...
	356	13	ex ſola *traditione*...
—		30	ambitioſe *illa* nunc....
	357	31	qui ante jam Baptiſmo....
	361	28	de quibus jam alii ſatis....
	362	6	*Oportebat*, & lin. ſeq. *committebant*.
	469	21	& quod iſtud *aliquid* etiam.:....
	470	—	tum veteres, Origenes, Clem. Alexandr. Auguſtinus, dele *Hieronymus*]....
	471	1	Corn. à Lapide
	474	16	interpretes, privati erant.
	478	7	vocat *Euſebius*, ſic..
	492	21	Cabiris
	498	9	יהוה
	501	19	in fine lineæ dele illud *jam*

Cætera, ut ſpero, Lector paulò benignior ipſe corriget.

Digitized by Google

DISSERTATIO

SUPER

HISTORIA PRÆTENSI

ARISTEÆ

De LXX. Interpretibus.

CAP. I.

Quis qualiſve fuerit hic noſter Ariſteas; Judæum illum fuiſſe ſub perſona Ethnici, male hanc perſonam ſuſtinentis: ſicut tum ex vocabulo *νόμος*, tum *Dei*, tum aliorum oſtenditur. Quando vixerit ac ſcripſerit; fabulamque illam de LXX. Interpretibus ſic ulterius adornaverit. Philone eum poſteriorem ætate, Joſepho priorem videri. Qua occaſione obiter aliquid de ſcriptis ſuppoſititiis, ſeu confictis ſub falſis ſacrorum Scriptorum nominibus, additur: ut de Eſdra Veteris Inſtrumenti, quaſi ex inſtinctu Spiritûs Sancti, inſtauratore, &c. Plures ſub eodem Ariſteæ nomine hanc fabulam (quemque ſuo modo aut propriæ fraudis zelo) adornâſſe. Quod tamen ex ſequenti contextu clarius eluceſcet.

QUis fuerit ille *Ariſteas*, qui ſe iſta magnifica legatione, ob vertenda Biblia Hebraica in Linguam Græcam, perfunctum perhibet, ſuamque familiaritatem cum rege *Ptolomæo Philadelpho*, ſuaque merita erga, & auctoritatem apud ipſum, tam *μαλα σεμνῶς* deprædicat, plane incertum, ſeu potius omnino incognitum eſt. Certius eſt, illum fuiſſe

Judæum aliquem Alexandrinum; & quidem ex numero iſtorum Helleniſtarum, qui nobis Apocrypha illa *Tobiæ*, *Judithæ*, *Appendicum ad Danielem & Heſteram*; *Tertii Eſdræ Libri* [nam *quartum* à Chriſtiano quopiam, non optimæ notæ tamen, confictum fuiſſe latius infra oſtendetur] *fabulas*, ſimiliaque, impudenter non minus quam imprudenter, procudere auſi ſunt: ac, ſub falſis Prophetarum nominibus, ſuppoſititios ſuos fœtus mundo obtrudentes, imprudentioribus Judæis Græcis, ſeu mavis Helleniſtis, non ſolis; verùm & perplurimis Chriſtianis imponere valuerunt.

Ipſe quidem ſe gentilem dicit; ac poſt eum (ex ipſo tamen) idem teſtatur Flavius Joſephus, his verbis: Ἰσθι μέντοιγε, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἔτι γένει προσήκων, ἔτι ὁμόφυλος ὢν ταῦτα περὶ αὐτῶν αἰτιῶ. πάντων δὲ ἀνθρώπων δημιούργημα εἶναι τὸ θεῖον, καὶ γινώσκων αὐτὸν ἡδόμενον ταῖς εὐποιΐαις, &c. *Nec eſt quod ſuſpiceris, ô Rex, me vel genere, vel tribu eis propinquum has preces offerre in ipſorum gratiam atque commodum. Sed cum omnium hominum idem Deus ſit opifex, & ſciam illi placere beneficentiam, &c.*

Et tamen ita malè hanc perſonam ſuſtinet, ut nullibi, neque in ipſo, neque in Demetrio Phalereo, neque in Soſibio, neque in Andrea, nec denique in Menedemo, pluribuſve aliis, quos hic ut Ethnicos in medium producit, aliquid quod *Deorum pluralitatem*, aut Serapin, aut Iſidem, aut *Anubin*, aut *Apin*, aut ulla alia, *Qualia demens Ægyptus portenta colit*, ſapiat, reperias. Ita namque is, & ex propria ſua perſona, & ex iſtorum nomine, loquitur, quaſi unicus tantum, iſque ſimul verus, Deus (ac quidem Judæorum) ipſis notus fuiſſet.

Sic quoque utitur voce νόμος, ſive *Lex*, pro *ſyſtemate*, ſeu *ſyntagmate legum*, vel *libro*, *libriſve*, qui plurimas ſimul leges complectuntur: quod Græcis ac Latinis plane inſolitum,

litum; niſi iſtis, qui aut Judaicam, aut Chriſtianam religionem jam amplexati fuerant.

Ac quidem loquitur de *Lege Judaica*; quaſi illa ſic ſatis nota tunc inter Ethnicos fuiſſet, ac pro *Divina* ipſis habita. Ita namque ex propria perſona loquitur hic noſter Ariſteas: Πρὸς τὴν ἑρμήνειαν τῶ θείω νόμω, *ad interpretationem LEGIS DIVINÆ*: tum & alibi ad ipſum Ptolomæum: Καθευθύνοντός σε τὴν βασιλείαν τῷ πεθεικότος αὐτοῖς θεῷ τὸν νόμον, καθὼς πεφρόντικα. τὸν γὰρ πάντων, ἐποπτὴν καὶ κτίστην θεὸν ὅτοι σεβονται, ὃν καὶ πάντες, ἡμεῖς δὲ μάλιστα, προσονομάζοντες ἑτέρως Ζῆνα, & *præſertim, cum idem Deus, qui ipſis LEGEM dedit, te tuumque regnum feliciter gubernet; quemadmodum hoc ego diligenter perpendi. Nam illi DEUM OMNIUM INSPECTOREM colunt: quem etiam alii omnes homines & nos imprimis: ſed nominantes aliter, vocamus* Ζῆνα. Quin & ipſe Rex Ptolomæus ad Eleazarum: Προηρήμεθα τὸν Νόμον ὑμῶν μεθερμηνευθῆναι γράμμασιν Ἑλληνικοῖς, ἐκ τῶν παρ' ὑμῶν λεγομένων Ἑβραϊκῶν γραμμάτων. *Conſtituimus LEGEM veſtram ex Hebraica lingua ita apud vos appellatâ, in Græcam interpretatione convertere.* Denique Demetrius ad Regem: Τῶ νόμω τῶν Ἰουδαίων βιβλία συν ἑτέροις ὀλίγοις τισὶν ὑπολείπεται. *LEGIS Judæorum libri cum paucis aliis, deſunt.*

Quam autem plane Judaicè hi homines loquantur patet inde quod ita quoque Ariſteas noſter: καὶ ἡμῶν κατὰ ψυχὴν πρὸς τὸν θεὸν εὐχομένων, τὴν διάνοιαν καθασκευάσαι πρὸς τὸ τὰς ἅπαντας ὑπολυθῆναι. κτίσμα γὰρ ὢν θεῶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ μεταλλοιῶται χ τρέπεται πάλιν ὑπ' αὐτῶ. διὸ πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἐπικαλούμην τὸν κυριεύοντα κατὰ καρδίαν, ἵνα συναναγκασθῇ, καθὼς ἠξίουν, ὑπιλέσαι μεγάλην γὰρ εἶχον. ἐλπίδα πρὸς σωτηρίας ἀνθρώπων, προτιθέμενος λέγον, ὡς τὴν ὑπιλείαν ὁ θεὸς ποιοῖ τῶν ἀξιουμένων. ὁ γὰρ πρὸς δικαιοσύνην καὶ καλῶν ἔργων ὑπιμέλειαν ἐν ὁσιότητι νομίζουσιν ἄνθρωποι, κατευθύνει τὰς πράξεις καὶ τὰς ὑπιβολὰς πάντων θεός. *Cum nos etiam in animo ad DEUM preces funderemus, ut*

mentem ipſius [Regis] *præpararet ad liberandos univerſos illos. Cum enim genus humanum ſit Dei creatura, nimirum id pro voluntate ipſius & transformatur & flectitur. Itaque multis & variis precibus in corde meo invocabam* DEUM *omnia adminiſtrantem, ut permoveretur Rex ad perficiendum illa quæ petieram, ac conceperam* DE SALUTE ILLORUM HOMINUM *magnam ſpem, ex hac ratione perſuaſionis meæ de voluntate* DEI *ad perficienda vota mea, quia quæ homines conſtituant in ſanctitate animi facere ac juſtitiæ &* BONORUM OPERUM *induſtriam & procurationem, ad eas Deus omnia gubernans, actiones & conatus ipſorum feliciter dirigat atque promoveat.*

Interim hîc *Deorum*, ſive *Ægyptiorum* (quod hic præcipuè locum habere debuerat) ſive aliorum *Gentilium*, nulla mentio: ſed quaſi nullos præter *verum Deum* agnoviſſent; hoc ſolum diſcrimine, quod illi eum Ζῆνα, ſeu *Jovem*, appellarent. Quin & præter hos modos loquendi, ipſe ſtylus hujus libelli, à capite ad calcem, merum Judæum Helleniſtam ſapit. Quod eminet tamen in inſulſa iſta *Demetrio Phalereo* affictâ epiſtola: quæ barbariſmis ſcatet [ut jam alii ante me, ſicut & plura alia notarunt] quum fuerit contra ille elegantiſſimum Atticæ eloquentiæ atque idiotiſmi exemplar.

Quando vero vixerit, aut ſcripſerit, hic noſter perſonatus Ariſteas, incertum eſt. Ante Flavium Joſephum eum ſcripſiſſe certiſſimum videtur: quod iſte vir omnia ſua, de hac verſione plane verbotenus hauſerit: niſi quod ſtylum hinc inde aliquantulum correxerit, ac in melius mutarit, (quum & aliquoties textum ipſius corruperit augendo &c.) circa illa quæ ex ipſo adduxit. An vero hic *Ariſteas* ſcripſerit ante *Philonem Judæum*, ut ut incertum, ita mihi minime improbabile fit: putemque omnino hunc *Ariſteam Philone* eſſe poſteriorem. Philo namque illius nullibi meminit: neque uſque adeo ipſi cum illo convenit; ſed plu-

plurimùm *Ariſteas* ab ipſo diſcrepat. Ita ut plane credam noſtrum Ariſteam (quem merito *PSEUDARISTEAM* appellaveris) ſua quidem à Philone deſumpſiſſe, illaque ulterius bellis ſuis inventis adornaſſe.

Quamquam negare auſim hanc fabulam jam ante Philonis tempora (forſan & diu) atque occaſione à Ptolomæo Bibliothecæ, ex æmulatione Pergamenorum regum, à Judæis Alexandrinis (qualis ipſe quoque fuit Philo; ac, quamvis optime ſcribat Græcè, tamen Hebraicæ linguæ, *quam Chaldaicam vocat*, imperitus) confictam fuiſſe; &, ut ſemper in talibus ſolet, ulterius aliis aliiſque ornamentis, ſeu potius figmentis adauctam, tandem non unicam formam, ſed diverſas ſibi acquiſiviſſe: ſicut infra ex collatione hujus Ariſteæ, cum Ariſtea Epiphanii, & Auguſtini, &c. tum & Judæorum Talmudicorum traditiunculis ſatis clarè patebit.

Philo igitur primus videtur hiſtoriam hanc de LXX. Interpretibus publicæ memoriæ tradidiſſe: hicque *Pſeudariſteas* eam ulterius adornaſſe; aliterque, prout libuit, concinnaſſe: hancque Pſeudariſteæ hiſtoriolam, à Joſepho (Judæo Græcæ, at non Hebraicæ linguæ, perito) ac poſtea quoque ab Euſebio, ut ſolet, ultrò avide acceptam (ſeu mavis arreptam) fuiſſe: aliamque verò, (ſive alias) ſub eodem nomine longè aliter confictam (uti infra videbimus) ſuos quoque ſequaces habuiſſe.

Ariſteam autem noſtrum Judæum fuiſſe, ac longe recentiorem quam vulgò eruditi opinantur, mecum ſentit (nec ſolus ille) eruditiſſimus Ludovicus Vives: qui ad Auguſtini, *de Civitate Dei*, *lib. XVIII.* cap. 42. ita loquitur: *Circumfertur libellus ejus nomine de LXX. Interpretibus confictus*, *ut puto*, *ab aliquo recentiore*.

At falſorum ejuſmodi titulorum, ac commentorum confictores inter Judæos nunquam (præcipuè tamen ſerioribus

Reipublicæ Judaicæ temporibus) defuiſſe, oſtendunt cum alii, præter ſupra memoratos, quamplurimi libri ſuppoſititii, tum & *quartus* ille *Eſdræ liber*. Niſi malimus eum à Chriſtiani nominis homine quopiam, forſan ex Judaiſmo, ad Chriſtianiſmum tranſgreſſo, jam poſt Salvatorem noſtrum J. Chriſtum natum fuiſſe (ac quidem Latinè) conſcriptum : quod mihi ſaltem certiſſimum eſt. Talia enim oſtendunt iſta, quæ cap. VII. v. 28. quaſi ex nomine Dei, impie ementito, auctor ita profert : *Revelabitur enim Filius meus Jeſus*, &c. item : *Erit autem his annis exactis ut moriatur Filius meus Chriſtus*, &c. quæ tum porrò ridiculis phetiis involvit.

Namque ex iſtis clarè ſatis conſtare videtur, aliquem non Judæum, ſed hominem ex primi Chriſtianiſmi hæreticis, ut opinionem ſuam, ſectamve ſuam, ſic firmaret, pia fraude, hunc librum compoſuiſſe : eumque fuiſſe præterea ex numero iſtorum Chriſtianorum, qui mundi finem atque interitum jam brevi poſt Chriſti noſtri mortem exſpectabant, &, inter alias preces Deo oblatas, *orabant pro mora finis;* ut loquitur Tertullianus, qui in eadem cum iſtis opinione erat.

Id etenim indicant hujus perſonati Eſdræ verba, capite 15. *Quoniam ſeculo periit juventus ſua, & tempora prope eſt ut ſeneſcant. Nam in duodecim partes diviſum eſt ſeculum; cujus tranſierunt decem & dimidium partis undecimæ : ſuperſunt autem ei quæ ſubſequuntur medium partis undecimæ*. &c.

Ac forſan hic malè confictus Eſdras aut ſolus, aut inter alios verba noſtri Salvatoris Apoſtolorumque, malè intelligentes, auctor (ſaltem inter auctores) fuit iſtius opinionis, *mundi finem, extremumque judicium jam brevi inſtare:* ſicut & circa hæc *libros Legis illius, omnes in devaſtatione Judææ & Hieroſolymæ combuſtos fuiſſe* ; atque ab Eſdra (quem ipſum ſe eſſe perhibet) ex Divino inſtinctu ac revelatione reſti-

reſtitutos. Quam opinionem non ſolus Tertullianus, verùm & Irenæus tum & alii, amplexati fuere.

Certe ita loquitur Irenæus Lib. III cap. 25. poſt narratam, ſuo modo, Hiſtoriam Verſionis LXX Interpretum : *Et non eſſe mirabile, Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi, quæ facta eſt à Nabuchodonoſor, corruptis Scripturis, & poſt ſeptuaginta annos Judæis deſcendentibus in regionem ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum Regis, inſpiravit Heſdræ è ſacerdotibus Levi, Prophetarum omnes rememorare ſermones, & reſtituere populo eam Legem, quæ data eſſet per Moyſen.* Hieronymus autem libro I. adverſus Helvidium (quamvis id vult J. Pamelius) tale quid minimè indicat, dum *Eſdram inſtauratorem Pentateuchi* vocat.

Huic certe prætenſi Eſdræ libro quarto adjungendi ſunt iſti libri, quos Papa Gelaſius (qui unicum tantum Eſdræ librum agnoſcit) in Canone de iis facto, enumerat inter plurimos alios ſuppoſititios, ſeu potius malâ fraude conſictos; adeoque plus quam Apocryphos : qualeſque ſunt hi inter cæteros, nempe *Liber de filiabus Adæ Geneſeos; Liber Proverbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus & Sancti Syrti nomine prænotatus eſt; Liber Ogiæ nomine Gigantis, qui cum dracone poſt diluvium pugnaſſe perhibetur* [vide hîc alium quendàm Apollinem, tum & Pythonem]; *Liber qui appellatur Teſtamentum Job; Liber qui appellatur Pœnitentia januæ* [lege *Jamnes*] *& Mambræ, Scriptura quæ appellatur Contradictio Salomonis; Phylacteria omnia quæ non Angelorum, ut illi* [hæretici] *confingunt, ſed dæmonum magis arte, conſcripta ſunt*; Pluresque alii; quod huc adducere nimis ſuperfluum foret; quique ab hoc Gelaſio (in Concilio ob hæc & alia congregato) tum & ab aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Synodis notati ac damnati fuerunt.

Sed, ut denuo redeamus ad noſtrum Ariſteam, à quo per

per talia digreſſus ſum, Hiſtoria illa de LXX *Interpretibus* ſub ipſius nomine, à duobus, imo tribus, ſi non & pluribus Scriptoribus, ac quidem diverſis modis, edita videtur: atque, ut credo, diverſis temporibus.

Quod ſane minus mirabuntur illi, qui norunt, Apocryphi Tobiæ libri duas treſve (quin & quatuor) diverſas admodum editiones extare, verſioneſque, Latinam ac Græcam, immane quantum inter ſe (ut alibi oſtendi) diſcrepare: tum quoque iſti, qui ſeriò conſiderant, quam maximè illi Scriptores, qui *hunc ipſum*, ac *ſolum Ariſteam* auctorem laudant, ad illum provocant, eumque unicè ſequi velle videntur, à ſe invicem in plane diverſa abeant; ita ut quidem ab una fere parte ſtent Juſtinus Martyr, Epiphanius, Auguſtinus, aliique; ab altera verò Joſephus & Euſebius (verbis tamen & ſenſu quoque, ab illa, quam ſequuntur editione, diſſonantes) cæterique Chriſtiani (indiſcriminatim nimis) hanc illamve editionem ſecuti. Inter quos Cedrenus nunc hos, nunc illos ſequitur: quum interim, nec cum hiſce, nec cum illis; ſat bene ipſi conveniat. Verum ſtatim poſt nonnulla interjecta, id clarius perſpiciemus: ſicut & quomodo hic etiam Judæi Talmudici inter ſe diſcrepent.

CAPUT II.

A quonam Ptolemæo adornata fuerit Bibliotheca Alexandrina, an à Lagi filio, an à Philadelpho; quorumque ex æmulatione. Narrantur mores Ptolemæorum; ac quam pius ac religioſus fuerit Philadelphus, cum circa fratres, tum circa uxorem, &c. De luxu ipſius, de religione ipſius erga Serapin, de inceſtu &c. Qualia, contra, teſtimonia afferantur à Philone, ab Epiphanio, ab Auguſtino, tum & ab Ariſtea noſtro, quantique ponderis illa ſint.

QUamvis verò primus hic nobis occurrat Demetrius Phalereus, ut qui etiam in hac fabula primariam fere

fere perſonam ſuſtinet; tamen loquar prius de Ptolemæo Bibliothecam Alexandrinam adornante.

Pervulgata ſane ab antiquis temporibus aſſertio illa eſt, Ptolemæum Philadelphum magno ſtudio, ac ſumptibus immenſis eximiam illam, de qua nobis ſermo eſt, Bibliothecam collegiſſe: quod hic negare nolim quamvis non defuerint, qui id Ptolemæo Soteri, ſeu Lagidæ, adſcriberent; ſicut & illam verſionem, de qua nunc nobis quæſtio eſt. Hinc enim Irenæus Lib. III. cap. 25. *Prius enim quam Romani poſſiderent regnum ſuum, adhuc Macedonibus Aſiam tenentibus, Ptolemæus Lagi filius cupiens eam Bibliothecam, quæ à ſe fabricata eſſet in Alexandria omnium hominum dignis conſcriptionibus compleri, petiit ab Hieroſolymis in Græcum ſermonem interpretatas habere Scripturas eorum. Illi vero, &c.*

Sic quoque, licet ſubdubitans, Clemens Alexandrinus: Ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἢ ὡς τινες ὅτι τοῦ Φιλαδέλφου·

Item Auguſtinus: huic, [Lagi filio] *aut ſuccedens alius Ptolemæus*, qui eſt appellatus Philadelphus, &c.

Cæteri tamen omnes, Philo Judæus, Joſephus, Tertullianus, Euſebius, alii, hoc Philadelpho attribuunt: quibus etiam adſtipulatur Vitruvius; qui initio, ſeu præfatione, Libri 7. ita loquitur: *Reges Attalici, magnis Philologiæ dulcedinibus inducti cum egregiam Bibliothecam Pergami, ad communem delectationem inſtituiſſent, tunc item Ptolemæus infinito Zelo cupiditatiſque incitatus ſtudio, non minoribus induſtriis ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare. Cum autem ſummâ diligentia perfeciſſet, non putavit id ſatis eſſe, niſi propagationibus in ſeminando curaret augendam. Itaque Muſis & Apollini ludos dedicavit, & quemadmodum Athletarum, ſic communium ſcriptorum victoribus præmia & honores conſtituit. His ita inſtitutis, cum ludi adeſſent, judices literarum, qui ea probarent erant legendi. Rex cum jam ex*

civitate ſex lectos habuiſſet, nec tam citò ſeptimum idoneum inveniret, retulit ad eos, qui ſupra Bibliothecam fuerant: & quæſiit, ſi quem noviſſent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt eſſe quendam Ariſtophanem, qui ſummo ſtudio ſummaque diligentiâ quotidie omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque in conventu ludorum cum ſecretæ ſedes judicibus eſſent diſtributæ, cum cæteris Ariſtophanes citatus, quemadmodum fuerat locus ei deſignatus, ſedit. Primo Poëtarum ordine ad certationem inducto, cum recitarentur ſcripta, populus cunctus ſignificando monebat judices quod probarent. Itaque cum ab ſingulis ſententiæ ſunt rogatæ, ſex unà dixerunt. Et quem maximè animadverterunt multitudini placuiſſe, ei primum præmium, inſequenti ſecundum tribuerunt. Ariſtophanes verò, cum ab eo ſententia rogaretur, eum primum pronunciari juſſit, qui minimè populo placuiſſet. Cum autem rex & univerſi vehementer indignarentur, ſurrexit & rogando impetravit, ut paterentur ſe dicere.

Itaque ſilentio facto docuit unum ex his eum eſſe Poëtam, cæteros aliena recitaviſſe. Oportere autem judicantes non furta, ſed ſcripta probare. Admirante populo, & rege dubitante, fretus memoria è certis armariis [Bibliothecæ] *infinita volumina eduxit, & ea cum recitatis conferendo, coëgit ipſos furatos de ſe confiteri. Itaque rex juſſit cum his agi furti, condemnatoſque cum ignominia dimiſit. Ariſtophanem vero Ampliſſimis muneribus ornavit, & ſupra Bibliothecam conſtituit.*

Tertullianus vero Apologetici c. 18. ait : *Ptolemæorum eruditiſſimus ..... cum ſtudio Bibliothecæ Piſiſtratum æmularetur, &c.*

At cum Vitruvio facere videtur noſter Galenus Pergamenus ; qui, *in Hippocratem de Natura humana*, hoc modo loquitur (ex Zeuxidis cujuſdam veteris in Hippocratem commentario) *Nam quo tempore Attalici & Ptolemaici Reges in-*

invicem in comparandis libris de Munificentia contendebant, malitia initium habuit circa ipsorum cum inscriptiones tum apparatus; in iis nimirum, qui ad reges, ut argentum acciperent, libros illustrium virorum afferrent.

Laudabile certe hoc fuit Ptolemæi institutum: cum aliàs & hic ipse Rex & Pater ejus Lagides, non admodum, excepta ipsorum magnificentia, & luxu (si tamen & talia laudanda sunt) laude digni fuerint.

Mores namque ipsorum, ac religio, tales fuere, ut quis valde difficulter, imò nequidem ullo modo, inde ipsis laudem impertiri queat. Sic enim illos describit, in Pausanias: Εἰ ᾗ ὁ Πτολεμαῖος ὅπως ἀληθεῖ λόγῳ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου παῖς ἦν, ἴσως τὸ ὄπιμανὲς ἐς τὰς γυναῖκας κατὰ τὸν πατέρα κεκτημένος· Ὃς Εὐρυδίκῃ τῇ Ἀντιπάτρου συνοικῶν, ἔντων οἱ παίδων, Βερενίκης εἰς ἔρωτα ἦλθεν, ἣν Ἀντίπατρος Εὐρυδίκῃ συνέπεμψεν εἰς Αἴγυπτον· ταύτης δ γυναικὸς ἐρασθεὶς, παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐποιήσατο. καὶ ὡς ἦν οἱ πλησίον ἡ τελευτὴ, Πτολεμαῖον ἀπέλιπεν Αἰγύπτου βασιλεύειν, (ἀφ' οὗ καὶ Ἀθηναίοις ἐστὶν ἡ Φυλὴ) γεγονότα ἐκ Βερενίκης, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Ἀντιπάτρου θυγατρός. Οὗτος ὁ Πτολεμαῖος Ἀρσινόης ἀδελφῆς ἀφέλετο, ἐρασθεὶς, ἔγημεν αὐτὴν, Μακεδόσιν οὐδαμῶς πιθῶν νομιζόμενα, Αἰγυπτίοις μέλοι, ὧν ἦρχε. Δοῦπριν δ' ἀδελφὸν ἀπέκτεινεν Ἀργαῖον, ὑπιβαλλόντα ὡς λέγεται· Καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου νεκρὸν ὃν ἐκ Μέμφιδος· Ἀπέκτεινε δὲ καὶ ἄλλον ἀδελφὸν γεγονότα ἐξ Εὐρυδίκης, Κυπρίου ἀφιστάμενον, &c.

Quid si Ptolemæus revera Philippo Amyntæ filio genitus est, intemperantem usque ad insaniam in mulieres amorem, à Patre nimirum ei quasi hæreditarium fuisse facile credi potest. Cum enim Eurydicen Antipatri filiam uxorem duxisset, ex eaque liberos etiam suscepisset; Berenices nihilominus (quam Eurydicæ comitem, in Ægyptum Antipater miserat) amore captus, filios ex ea quoque genuit. Ex iis Ptolemæum jam prope moriens sibi

regni ſucceſſorem declaravit, à quo Athenienſibus Tribus unã eſt. At hic etiam Ptolemæus, ARSINOES GERMANÆ SORORIS AMORE VICTUS, eam ſibi matrimonio adjunxit: atque id non ſane ex Macedonum, ſed Ægyptiorum, quibus imperabat, lege fecit. MINOREM autem fratrem Argæum, inſidias ſibi comparantem (ut fama eſt) interfecit. (Idem etiam Alexandri cadaver è Memphi deportandum curavit) alterum quoque fratrem, cum ab eo Cyprios ad defectionem ſolicitari perſenſiſſet, de medio ſuſtulit.

Et hæc quidem poſtquam, jam adhuc vivente Patre Lagida, Ptolemæus Ceraunus, cum Pater huic juniori filio Philadelpho (ex uxore Berenice procreato) regnum tradere decreviſſet, metu profugus ſeſe ex Ægypto ad regem Seleucum receperat.

Ex hiſce ſane videmus quam vere hic Philadelphus fuerit!

De luxu vero ipſius (ac primum quidem de amoribus ita loquitur Athenæus lib. 13. Καὶ ὁ δεύτερος τῶν Αἰγύπτου βασιλέων Φιλάδελφος δι' ἄκλου, ὡς ἱστορεῖ ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ὑπομνημάτων, πλείστας ἔσχεν ἐρωμένας, Διδύμην μὲν μίαν τῶν ἐπιχωρίων γυναικῶν μάλ' εὐπρεπεστάτην τὴν ὄψιν, καὶ Βιλιστίχην· ἔτι δὲ Ἀγαθόκλειαν καὶ Στρατονίκην, ἧς τὸ μέγα μνημεῖον ὑπῆρχεν ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ πρὸς Ἐλευσῖνι θαλάσσῃ· καὶ Μύρτιον καὶ ἄλλας δὲ πλείστας, ἐπιφανεστάτου δὲ τὸν πρὸς Ἀφροδίσια. Πολύβιος δὲ ἐν τῇ πεντεσκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν Κλεινίας φησὶ τὸν οἰνοχοήσαντα αὐτῷ εἰκόνας πολλὰς ἀνακείσθαι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, μονοχίτωνας καὶ ῥυτὸν ἐχούσας ἐν ταῖς χερσίν. αἱ δὲ καλλίσται τῶν οἰκιῶν φησὶν ὁ Μυρσίλος καὶ Μνησίδος καὶ Ποθεινῆς πρωτοπορεύονται; καί τις Μνησὶς μὲν ἦν αὐλητρὶς καὶ Ποθεινὴ, Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀπαδευθερωθεισῶν ἑταιρίδων.

Secundus Ægypti rex cognomine Philadelphus, ut refert Ptolemæus Euergetes libro tertio commentariorum, amicas multas habuit. Didymam quandam mulierem indigenam, elegantiſſima-

ma facie, alteramque Biliſtichen, & Agathocleam; præterea Stratonicen: cujus monumentum ingens fuit ad mare Eleuſines propinquum: tum etiam Myrtium & alias perquam multas; quoniam propenſior eſſet ad Venerem. Polybius decimo quarto hiſtoriarum ſcribit, Cleinus, quæ ipſi à poculis fuit, ſtatuas Alexandriæ multas erectas, indutas ſimplici tunica, quæ tenerent in manibus Rhyton: domoſque ornatiſſimas & ſplendidiſſimas Myrtii, Mneſidis & Potheines, appellatione inclytas fuiſſe, quamvis eſſent tibicinæ Mneſis & Potheine, Myrtium vero una ex publicis & vulgatis deicteriadibus (ſeu proſtibulis.)

De luxu, porrò, ipſius in *Bacchi* (qui idem cum Oſiride, & Serapi, & Plutone eſt) *pompa*, legat lector ipſum Athenæum, lib. 5. Ubi certe nihil quod non maximè idololatriam ſapiat reperiet. Quæ pompa quoque ipſi bis mille ducentis triginta novem, minus quinquaginta, talentis ſtetit.

Ac ſi ulterius jam ipſius perpendamus religionem, is ſummus Serapidis cultor fuit: ut à quo, ſi non à Patre ipſius, (ut Tacitus ac Plutarchus volunt) ſimulacrum à Sinopenſibus, Alexandriam advectum fuit; illique ibi templum pro magnitudine urbis exſtructum, loco illo cui nomen erat Rhacotis.

Verum concedamus hanc Lagidis ſive religionem, ſive ſuperſtitionem Idololatricam fuiſſe. At Philadelphus noſter, qui ſororem ſuam Germanam Arſinoën, antea Lyſimacho, ac poſt Ptolemæo Cerauno nuptam, uxorem duxerat, illam poſt ipſius mortem, Deorum cultu honorari cupiit.

De hac re namque Plinius, lib. XXXIV. c. 14. *Eodem lapide [magnete] Dinocrates Architectus Alexandriæ Arſinoës templum concamerare inchoaverat, ut in eo ſimulacrum ejus PENDERE in aëre videretur. Interceſſit mors & IPSIUS & Ptolemæi; qui id ſorori ſuæ juſſerat fieri.*

Quo alludit quoque, quasi ad jam perfectum opus, Ausonius, Idyllio III. his versibus:

Jussus ab incesti qui quondam fœdus amoris
Arsinoën Pharii suspendit in aere templi.

Quibus adde & hanc inscriptionem; Βασιλὶς μέγας Πτολεμαῖος, υἱὸς βασιλέως Πτολεμαίου, καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης θεῶν ἀδελφῶν, τῶν βασιλέων Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης, θεῶν Σωτήρων ἔκγονος. *Rex Magnus Ptolemæus filius Regis Ptolemæi, & Reginæ Arsinoës, Deorum, fratris sororisque; Regum Ptolemæi & Reginæ Berenices, Deorum Servatorum nepos.*

At nunc, post talia gentilium testimonia, audiamus quid Philo Judæus, quidque alii (ac quidem Christiani) de ipsius pietate ac religionis zelo, deque ejus affectu, quin & fide, erga Legem Divinam, per Mosen Israëlitis à Deo, traditam testentur; seu potius confingant. Ita enim Philo, de Vita Mosis: Δεινὸν γὰρ ἡγησάμενοί τινες, εἰ οἱ νόμοι πᾶσι τῷ ἡμίσει τιμήματι τῶν ἀνθρώπων γένους ἐξηλαθήσοιντο μόνῳ τῷ βαρβαρικῷ, τὸ δὲ Ἑλληνικὸν εἰς ἅπαν ἀμοιρήσαι, πρὸς ἐρημίαν τὴν τούτων ἐτράποντο. Τὸ δὲ ἔργον ἐπεὶ καὶ μέγα ἦν καὶ κοινωφελὲς, οὐκ ἰδιώταις, ἀλλ' ἄρχουσιν, ὧν ἡ πολὺς ἀριθμὸς, ἀλλὰ βασιλεῦσι, καὶ βασιλέων ἀνεθήτη τῷ δοκιμωτάτῳ. Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ὀπτηθεὶς, τέλος μὲν ἦν τῶν ἀπ' Ἀλεξάνδρου τὴν Αἴγυπτον παραλαβόντων. ἀρεταῖς δὲ ταῖς ἐν ἡγεμονίᾳ πάντων, οὐχὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι πώποτε γεγενημένων ἄριστος, οὗ καὶ μέχρι νῦν ποσούτοις ὕστερον γενεαῖς ᾄδεται τὰ κλέος, πολλὰ δείγματα καὶ μνημεῖα τῆς μεγαλοφροσύνης κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἀπολιπόντος, ὡς ἤδη καὶ ἐν παροιμίας εἴδει τὰς ὑπερβολὰς Φιλοτιμίας καὶ μεγάλας κατασκευὰς Φιλαδελφείους ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. σωφρόνως μὲν οὖν ὁ τῶν Πτολεμαίων υἱὸς Διαφερόντως τῶν ἄλλας βασιλείας ἤσκησεν· ἐν δὲ τοῖς Πτολεμαίοις ὁ Φιλάδελφος. Ὅσα γὰρ εἰς ἔδρασεν ἅπερ ἐπαινεταὶ, μόλις ἐκεῖνοι πάντες ἀθρόοι διεπράξαντο,

πεφύκατο, γενόμενος καθάπερ ἐν ζώῳ τὸ ἡγεμονικὸν, κεφαλή τρόπον τινὰ τῶν βασιλέων. Ὁ δὴ τοιοῦτος ζῆλον καὶ πόθον λαβὼν τῆς νομοθεσίας ἡμῶν, εἰς Ἑλλάδα γλῶτταν τὴν Χαλδαϊκὴν μεθερμόζεσθαι διενοεῖτο· καὶ πρεσβεῖς ἀφῆς ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέα καὶ βασιλέα ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν, &c.

Quidam (igitur) ægrè ferentes, quod leges [Judæorum] ſolùm APUD DIMIDIAM PARTEM GENERIS HUMANI, ac quidem ſolos barbaros examinarentur, ac Græci plane iis orbati manerent ad interpretationem ſe converterunt. Aſt quia id opus magni laboris erat, & etiam omnibus magnæ utilitatis, non tantùm aut idiotis aut magnatibus, quorum non magnus numerus; verum & regibus, & regum probatiſſimo, reponebatur. Ptolemæus enim cognominatus Philadelphus, tertius eorum erat poſt Alexandrum qui Ægyptum poſſidebant. Virtutibus enim, ratione regiminis, ſuperabat non ſolùm (reges) ipſius ætatis, ſed & omnes qui ante ipſum unquam fuerunt; cujuſque & adhuc, toi poſt generationes, gloria decantatus : ut qui..... Nam quæ ille ſolus laudabilia perpetravit, vix illi ſimul perpetraverunt; dum ille veluti caput in animali domìnatur, ipſe veluti caput quoddam, (cæterorum) regum eſſet. Ille igitur, cum talis eſſet, CUPIDINE AC ZELO ACCENSUS LEGIS noſtræ, eam ex Chaldaica lingua in Græcam transferre ſtuduit, &c.

Nec minorem pietatem ipſi attribuit Epiphanius, in hujus Ptolemæi (apud ipſum) prætenſa Epiſtola ad Eleazarum, hoc modo : Ἀκήκοας δὲ ὡς παρ' ὑμῖν ἐμφέρονται βίβλοι πρόφητῶν περὶ θεοῦ καὶ κοσμοποιίας δηλοῦσαι, καὶ ταύτας ταῖς ἄλλαις ἀφιερῶσαι ἐπιθυμῶν, γέγραφα ὅπως ταύτας ἡμῖν ἀποστίλητε. Οὐ γὰρ τιμῆς ἕνεκεν, ἀλλὰ πίστεως ἕνεκα, καὶ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλίας τὴν τούτων αἴτησιν ποιοῦμαι, &c. Ac paucis interjectis (de Donariis, &c.)

Τούτων

Τῶν πάντων τὴν διήγησιν ἐποιησάμην, ὅπως γνῶτε ὑμεῖς ἐξ ἀρχῆς καὶ διατρίβοντες τὰς βίβλους αἰτῶ.

Audiens verò quod apud vos habeantur libri Prophetarum [quasi vero ipse rex Judæus, aut saltem proselytus fuisset, atque inde Prophetas ita cognovisset] *de Deo ac CREATIONE loquentes; etiam illas cæteris consecrare cupiens, scripsi. Quod enim pretii ipsorum gratiâ, & non ex curiositate, neque ex malignitate, aut simili causâ, ipsorum cupidus sim; sed FIDEI gratia, &c.* Ac paulò post: *Quorum enarrationem feci, ut cognoscatis quod propter preces ac pietatem istos libros petam,*

Scilicet ille, post incestas nuptias, ac fratres indigne peremptos, ac post tot alia scelera, tanta *pietate* ac *fide* erga legem Judaicam (adhucdum ut prætenditur Arsinoë vivente) afficiebatur. Et tamen post Legem illam acceptam, ab ipso adoratam, tantoque cum studio, ut converteretur in linguam Græcorum, curatam, Arsinoën illam inter Deos poni (ac quidem singulari modo) voluit: nec tamen eo minus pius, probus ac religiosus fuit.

Neque Aurelius Augustinus (Lib. XVIII. cap 42. de Civitate Dei) minora de hujus Ptolemæi, hac tanta pietate jactat. Ita enim ille: *Petivitque ab Eleazaro, tunc Pontifice, dari sibi Scripturas, quas profectò audierat, fama prædicante, DIVINAS, & IDEO concupiverat habere in Bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has cum idem Pontifex misisset Hebræos; post etiam ille interpretes postulavit*, &c.

Nunc vero Regis hujus pietatem, ac ferventem Zelum & Legem Judaicam videamus ex ipso Aristea, oculato, ut ipse perhibet, teste. Ita igitur, ne cuncta producamus, Rex in Epistolâ ad Eleazarum: *In quo persuasum habentes, nos pie agere, & offerre munus grati animi Deo Maximo, qui nobis REGNUM CONSERVAVIT IN PACE*, &c.

Hæc

Hæc quidem is in Epiſtola. At cum jam ipſi adveniſſent Interpretes; *Ille diu ſubſiſtens, cum ADORATIONE FERE SEPTIES, eſt locutus. Gratias ago vobis viri: ſed majores ei, qui vos miſit, maximas verò Deo, cujus hæc ſunt Oracula. HÆC UNANIMITER APPROBANTIBUS, voceque unà cum illis qui advenerant, & qui cum rege erant dicentibus, Bene Rex facis: ille repletus gaudio, lachrymas effundere cæpit: quia animi vehemens intentio ob aliquam rem magnam & glorioſam, quæ exoptata contigit, ſolet elicere lachrymas. Hinc juſſit illos in ordinem offerre & ſeponere volumina Legis. Hocque facto ſalutans excepit illos, & dixit: Rectum erat, viri pietate inſignes, me primum exhibere honorem illis ob quæ vos accerſivi huc; deinde vobis præbere dextram: ideo illud prius feci. Hic autem dies in ſingulos annos per totam vitam meam erit mihi ſolennis & magnus, quo vos ad me veniſtis.*

Quanta hîc cum veneratione atque adoratione Rex libros Legis accepit! Neque id ſolum, verum & lachrymas effudit; quin & feſtum anniverſarium ob Interpretum adventum inſtituit. I nunc, mi Lector, ac talia confer cum illis, quæ Ethnici ſcriptores, de ipſius luxu, impudicitia, idololatria, aliiſque teſtantur! At neque hæc ſola conſidera, verum iſtud, *non ſolos illos qui cum Interpretibus advenerant* (partim Judæos, & partim Ethnicos;) *Sed & iſtos qui cum rege erant, exclamaſſe: Bene Rex facis!*

Scilicet non ſolus Rex ita pius ac religioſus erga verum Deum, ipſiuſque Legem ſolis Judæis datam erat: ſed & aulam tunc habuit æque piam, ac vere religioſam: idque melius ſciverunt Judæi ſcilicet, & Chriſtiani, Hebraicè non callentes (quique inde cœco affectu erga iſtam verſionem, quæ ſeptuagintaviralis nomine venit, in tranſverſum acti fuerunt; quique multis ſeculis poſt Ptolemæum vixerunt) quam Ethnici qui longe propiores ab ipſius ætate abfuerunt.

Interim (ut fingitur) non ſoli Judæi, aut proſelyti : verum & ipſi Philoſophi gentiles, ſive illi ex Græcis, ſive ex Ægyptiis eſſent, Menedemus nempe, & alii quoque Philoſophi (ut infra latius videbimus) eadem pietate erga *Legem* & Interpretes affecti fuerunt : ac quidem erga *Legem*, quam nondum legerant, nec legere poterant; quamque ipſi, ſimùl cum ipſis Judæis ſemper odio, contemptui ac ludibrio habuerant.

Quin imo rex ipſe non contentus tali veneratione, diem, feſtumque anniverſarium (ac quidem ob ſolum Interpretum adventum) inſtituit. Veruntamen nondum noverat *Legis* hujus dignitatem, præterquam ex auditu relationeque aliorum, Ariſteæ ſcilicet ac Demetrii. Oportebat ſane, poſtquam illa jam verſa eſſet, eos longe majora decreviſſe; cum præterea & viros iſtos jam ex colloquiis, ipſorumque in illis ſapientia, propius cognoviſſet. At Lege nunc ipſi prælecta, longe frigidius agit : nec decorum perſonarum, in hac fabella rite ſervat noſter Ariſteas : niſi delaſſatus fingendo tandem circa finem defecerit. Verum de hiſce forſan latius infra.

CAPUT III.

De Demetrio Phalereo agitur; ejuſque teſtimonium de Lege Judæorum perpenditur; tum & ipſius pietas ac religioſus animus; ſeu potius perinſignis luxus, impietas, ac ſcelera. Ipſius fuga in Ægyptum ad Ptolemæum Soterem. De quonam Caſſandro loquatur Hermippus. In quali gratia Demetrius apud Ptolemæum fuerit; ac quali morte ibi perierit. Nullos Ethnicos ſcriptores ipſius ut Bibliothecarii meminiſſe.

NUnc verò, mi Lector, accedamus ad Demetrium illum Phalereum : de cujus quoque pietate in Deum, atque animo religioſo, Zeloque erga *Legem Divinam*, noſter loquitur Ariſteas.

Oſten-

Oſtenditur nempe id ex Epiſtola illius ſcripta ad Regem Ptolemæum; in qua Demetrium, inter alia, ita ſcribentem inducit : Διὰ τὸ καὶ φιλοσοφωτέραν εἶναι, καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν ταύτην, ὡς ἂν ὖσαν θείαν. διὸ πέρρω γεγόνασιν εἴ τι συγγραφεὶς καὶ ποιηταί, καὶ τὸ τῶ ἱστορικῶν πλῆθος, τὰ ὑπομνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων, καὶ τῶν καθ' αὐτὰ πεπολιτευμένων καὶ πολιτευομένων ἀνδρῶν, διὰ τὸ ἁγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν τύποις θεωρίαν, ὡς φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης.

Quia hæ leges & ſapientiores & ſanctiores ſunt aliis : ut quæ Divinæ ſunt. Hinc enim cum alii ſcriptores ac poetæ, tum hiſtorici omnes abſtinuerunt à MENTIONE librorum, & virorum illorum, qui ſecundum leges has adminiſtrarunt & adminiſtrant rempublicam : quia, ut Hecataus Abderitus aſſerit, plane ſanctam quandam & venerandam contineant in ſe ſententiam & contemplationem.

Si vero omnes ſcriptores, etiam hiſtorici ac quidem tali ex cauſa [nam ſic procul dubio ipſi Judæi, circa hanc rem, hiſtoricis Ethnicis longe magis anxii fuiſſent, ne *Lex* ſic inter gentes profanaretur] ſi dico, omnes ſcriptores de hac lege, hacque gente tacuerunt, unde nam huic Demetrio imò & ipſi Hecatæo, (de quo tamen infra latius) tanta hujus Gentis Judaicæ notitia (nec ſolum tanta, ut hic perhibet, veneratio) ut ſciret, duodecim Tribus tunc adhuc in Palæſtina locum obtinuiſſe; tum & inter illas omnes ac ſingulas Tribus tot, imo plures, tam Legis quam utriuſque linguæ, Hebraicæ nempe ac Græcæ (quum alias Syriaca loquerentur) reperiri : legemque nullibi (ſaltem non in Ægypto) bene & accurate deſcriptam haberi.

At idem ille noſter Ariſteas ſibimet ipſi plane contradicit, dum narrat, *Omnes Judæos hanc verſionem jam peractam, accuratiſſimam judicaſſe, atque in omnibus illam cum*

textu Hebraico convenire. Circa quæ quoque notandum venit, illos, licet Hebraicè non callerent, de iſta re hujuſmodi judicium tuliſſe : quaſi non tantum Hebraicæ linguæ periti fuiſſent, ſed etiam accuratiſſima exemplaria, ex quibus tale judicium ferendum erat, poſſedisſent.

Attamen, quum prius de Judæorum Libris Hebraicis locutus fuiſſet, quaſi nulla exemplaria Hebraico idiomate conſcripta in Ægypto eſſent ; poſt aliter longe loquitur, dum regi ſcribit : Τυγχάνει γὰρ Ἑβραικοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα· ἀμελέστερον δὲ, καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει, σεσήμανται, καθὰς ὑπὸ τῶν ἰδιοτῶν περιαφέρεται περιουσίας γὰρ βασιλικῆς οὐ πέτυχε. δέον δέ ἐστι, καὶ ταῦτα ὑπάρχειν διηκριβωμένα. Quæ verba à Joſepho, qui ipſum Ariſteam verbotenus ſe exhibere prætendit, ita concinnantur : Χαρακτῆρσι γὰρ Ἑβραϊκοῖς γεγραμμένα, καὶ φωνῇ τῇ ἐθνικῇ, ἔστιν ἡμῖν ἀσαφῆ. συμβέβηκε δ' αὐτὰ, καὶ ἀμελέστερον ἢ ἔχει σεσημάνθαι, διὰ τὸ βασιλικῆς ἅπω τυγχηκέναι περιουσίας· ἔστι δ' ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ταῦτα πρός σοι διηκριβωμένα. *Hebraicis enim characteribus & ipſorum lingua ſcripti cum ſint, intelligi à nobis non poſſunt. Sunt etiam negligentius, quam par eſt, habiti, eo quod nondum eis regia providentia contigit. Neceſſe eſt autem, ut & hos habeas diligenter accuratos.*

Ex iſtis itaque ſic male habitis Codicibus de accuratiori verſione judicabant. Sed de hac re latius infra. Interim conſiderandum eſt quoque, inter illos Judæos Alexandrinos, etiam illos qui Græcæ linguæ ac quidem purioris erant doctiſſimi, tamen Hebraicæ linguæ plane fuiſſe ignaros : ut Philonis Judæi exemplum nos abunde docet.

Tum & hoc addendum, quod Canon Judaicus non ante Antiochum Epiphanem confectus fuerit : uti clare patet ex Pſalmo LXXIV. Ibi namqne clare ſatis (atteſtantibus etiam præſtantibus doctrinâ viris Franc. Junio, aliiſque) de Vaſtatione Templi ac Synagogarum ſub Antiocho loquitur is, qui

qui Pſalmum hunc Eccleſiæ compoſuit. Quod eum in finem adduco, ut videant illi homines, qui omnes XXII. Sacræ Scripturæ libros, ſub Philadelpho converſos ab iſtis prætenſis LXX Interpretibus volunt, illos vertere non potuiſſe quod nondum conſcriptum erat, aut in publico Eccleſiæ Judaicæ uſu : ut id alibi de cæteris, præter Pentateuchum, libris oſtendo.

At nunc, mi Lector, ulterius de Demetrii pietate aliquid dicendum eſt : quam ex Ethnicis ſcriptoribus (ut videamus, quam religioſus animus erga verum Deum, qui Judæorum erat, ipſi fuerit) proponam. Hic ergo cum laude, ut perhibetur, in regenda Republica Athenienſium diu verſatus fuit : ſed tamen ipſius vita minime propriis ejus præceptis ac Legibus reſpondebat. Ita enim de ipſo, (ut eum primum producamus) loquitur Athenæus lib. 12. Deipnoſophiſtarum Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ὡς φησι Δῶρις, ἐν τῇ ἐκκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, χιλίων καὶ ἑξακοσίων ταλάντων καθ' ἑαυτὸν Κύριος γενόμενος, καὶ ἀπὸ τούτων βραχέα δαπανῶν εἰς τὰς σταλάσεις, καὶ τὴν τῆς πόλεως διοίκησιν, τὰ λοιπὰ πάντα διὰ τὴν ἔμφυτον ἀκρασίαν ἠφάνιζε· θοίνας δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμπρὰς ἐπιπλῶν, καὶ πλῆθός τι σωδείπνων ἔχων, καὶ ταῖς μὲν δαπάναις ταῖς εἰς τὰ δεῖπνα τοὺς Μακεδόνας ὑπερέβαλε, τῇ δὲ καθαρότητι Κυπρίους καὶ Φοίνικας, ῥάτμασί τε μύρων ἔπιπλεν ὅλη τὴν γῆν· ἄνθινά τε πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν πᾶσι αὐθρῶσι κατεσκεύαζε διαπεποικιλμένα ὑπὸ δημιουργῶν· ἦσαν δὴ καὶ πρὸς γυναῖκας ὁμιλίαι σιωπώμεναι, καὶ νεανίσκων ἔρωτες νυκτερινοί. καὶ ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος ἕτερος Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν· ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τῆς ὄψεως, καὶ τὴν τε τρίχα τὴν ὅλη τῆς κεφαλῆς ξανθιζόμενος, καὶ παιδέρωτα τὸ πρόσωπον ὑπαλειφόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλείμασιν ἐγχρίων ἑαυτόν· ἠβάλετο γὰρ τὴν ὄψιν ἱλαρὸς καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν ἡδὺς φαίνεσθαι· ἐν ᾗ τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων, ἣν ἔπεμπεν ἄρχων γενόμενος, ἦδεν χορὸς εἰς

αὐλὸν πτίημα τᾶ Καστριῶι τᾶ Σολέως, ἐν οἷς ἡλικίμορφος ἐπομηκύετο, ἐξόχως δὲ ἀγενέτας ἠπίμους ζαθέεις ἄρχων σε τιμαῖς γεραίρει· Καρύστι δὲ ὁ Περγαμηνὸς ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων, Δημήτριον φησὶν, ὁ Φαληρεὺς Ἱμεραίᾳ τᾷ ἀδελφᾷ ἀναιρεθέντα ὑπ' Αἰλιπάτρᾳ, αὐτὸς μετὰ Νικάνορος διέτριβεν αὐλὸν ἔχων ὡς τὰ Ἐπιφάνεια τᾷ ἀδελφᾷ θύων· Κατάνδρῳ δὲ γενόμενος φίλος μέγα ἴσχυσε, καὶ καθ' ἁρχὰς μὲν ἦν αὐτᾷ τὸ ἄριστον ὀξύβαφα παιδοδαπὰς ἐλαίας ἔχοντα, καὶ τυρὸν νησιωτικόν· ὡς δ' ἐπλούτησε, Μοσχίωνα τὸν ἄριστον τ τότε μαγείρων καὶ δειπνοποιῶν ἐωνήσατο· Καὶ τοσαῦτα ἦν τὰ ὠψαρτυόμενα, ὥστε χαριζομένᾳ τῷ Μοσχίωνι τὰ λείψανα, Μοσχίων ἐν ἔτεσι δύο τρεῖς σωροικίας ἐωνήσατο. παῖδας τ' ἐλευθέρους ὑβριζεν, καὶ γυναῖκας τὰς τ ἐπιφανεστάτων· ἐζηλοτύπων δὲ παῖδες οἱ παῖδες τὸν ἐρώμενον αὐτᾷ θεόγνιν, καὶ τοσοῦτον ἦν τῷ Δημητρίῳ πεφιλημένον, ὥστε μὴ ἄριστον αὐτᾷ πεῖπατήσαι· πρὸς τὰς τρίποδας σωρηλθεν εἰς τὸν τόπον παῖδες κάλλιστοι ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ἵν' ὄφθιεν αὐτῷ.

Demetrius Phalereus, ut inquit Duris, libro ſexto Hiſtoriarum, cum annua mille ducentaque talenta numerarentur, atque ex illis parum in militum ſtipendia civitatiſque adminiſtrationem impenderet, ut intemperans naturâ fuit, reliquum omne prodigebat, paratis quotidie ſplendidis epulis, convenientibus ad cœnam multis, ſumptu ad eam rem profuſior Macedonibus, munditiis ſuperior & Cypriis & Phœnicibus. Unguentis nam ſolum is conſpergebat. In virorum cœnaculis pavimentum floribus projectis, artificioſe multis in locis variegatum erat, & tanquam picturatum. Cum mulieribus clanculum tacitus is congrediebatur; adoleſcentum nocturnis fruebatur amoribus: & leges præſcribebat aliis Demetrius, CÆTERORUMQUE VITÆ DUM MODERABATUR, contra legum ſcita inſolentiſſimam vitam ſibi delegerat, formæ curioſus; ut qui crinem capitis flavo colore tingeret, & faciem oblineret acantho, unguentiſque aliis fucaret, ut aſpectu hilaris ac venuſtus videretur obviis. In Diony-

Dionyſiorum pompa, quam Præſul ac Prætor ducebat, in ipſum chorus verſus cantavit Caſterionis Solenſis; in quibus nuncupabatur ſoli facie ſimilis, illuſtri admodum genere procreatus, ingenium mite ſortitus, qui Prætor (ſive Archon) divinis honoribus Bacchum veneraretur. Caryſtius Pergamenus, libro tertio Commentariorum, ſcribit, Demetrium Phalereum, Himeræo fratre, ab Antipatre occiſo, cum Nicanore degiſſe, eo prætextu, quod occiſo fratre ſe parentalia ſacrificare diceret: cum autem ſe in Caſſandri amicitiam inſinuaſſet, plurimum apud eum potuiſſe: & initio quidem pro prandio illi fuiſſe omnifariis olivis & inſulari caſeo plena acetabula: ut vero ditatus eſt, Moſchionem coquorum ejus temporis optimum & parandæ cœnæ peritiſſimum emiſſe: tantamque fuiſſe in quotidiano victu cibariorum copiam; ut cum Moſchioni reliquias largitus fuiſſet, biennio Moſchion villas tres emerit. Ingenuis quidem pueris ille vitium obtulit, matronas illuſtriſſimas ſtupravit. Catamito ejus Theogenidi invidebant, omnes tanquam amoris ejus rivales. Tanti porro fuit ad eum accedere, ut cum pranſus circa tripodas, ſpatiaretur [in via ſic dicta] *poſtea quam Magiſtratum iniit, formoſiſſimi pueri ſequentibus diebus eo convenirent, & ſpectaculo ſe obtruderent.*

Fueritne autem Demetrius hic magis minuſve pius vel impius, magis minuſve religioſus ac devotus vero Deo & veræ religioni, dedituſve contrà luxui Gentili, ac cultibus idololatricis; id hîc minime Ariſteam noſtrum juvare poterit: cum, ſive bonus ſive malus fuit, ille minime vixerit iſto tempore, quo Ptolemæus iſtam verſionem aut juſſiſſe aut poſtulaſſe dicitur.

Hoc certe clare ſatis patebit, ſi vitam ipſius, (quantum illa nobis innoteſcere poteſt) poſtquam Athenis elapſus, ac ſervatus favore Demetrii Poliorcetæ, primum quidem Thebas, poſtmodum vero ad Ptolemæum Lagiden hujus Philadelphi patrem, ſeceſſit, conſideremus.

Deme-

Demetrium, igitur, hunc per decem annos Athenas Atticas pro Caſſandro rexiſſe, atque inde expulſum civium invidia, in exilium Thebas abiiſſe ex tota antiquitate ſatis conſtat. Verum an hic ſtatim ad Ptolemæum Lagiden ſeceſſerit, illiusque filii Philadelphi gratia florens, auctor, ſeu ſuaſor ipſi fuerit, ut Biblia Hebræa in Græcam linguam converterentur, quæſtio reſtat.

Quæ Diogenes Laërtius de ipſo narrat, ſunt hæc: Φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος μετὰ τὸν Κασάνδρου θάνατον, ὑπὸ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν σωτῆρα· κακεῖ χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συμβουλεύειν τῷ Πτολεμαίῳ περὶ τῶν ἄλλων, καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς ἐξ Εὐρυδίκης φιλτάτοις παισί. τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ἀλλὰ διαδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι περὶ τούτου φυλάττειν ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξειε περὶ αὐτοῦ· ἐναντία δὲ αὐτῷ γνώμην ἔχοντος, ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς, τὸν βίον μεθέμενος. *Enim vero Hermippus eum tradit, poſt Caſſandri necem Antigoni metu ſe ad Ptolemæum Soterem contuliſſe, multumque illic temporis moratum, inter cætera conſuluiſſe Regi, ut filiis quos ex Euridice ſuſceperat, impartiretur regnum. Illo vero non obtemperante, ſed ei quem ex Berenice genuerat, diadema tradente, ab hoc ipſo poſt patris mortem fuiſſe aſſervatum in provincia, quoad aliquid de ipſo ſtatuiſſet. Hic ille mæſtior vixit: ac veluti dormitans ab aſpide manum morſus ex vita migravit.*

Suidas, vero, ſive hunc, ſive ipſum Hermippum, ſive alium quendam (ut vir erat perplurimæ lectionis) ſecutus plane eadem habet; Καὶ ἐξελαθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων εἰς Αἴγυπτον ἦλθεν. Καὶ παρὰ τῷ Σωτῆρι Πτολεμαίῳ διατρίβων δηχθεὶς ὑπ' ἀσπίδος ἀπέθανε· *Tum ab Athenienſibus expulſus in Ægyptum venit: atque ibi degens apud Ptolemæum Soterem ab aſpide morſus periit.*

At Hermippi auctoritatem elevare conatur Celeb. Iſaacus Voſſius: qui narrat, Demetrium poſt Caſſandri mortem, metu

metu Antigoni ad Ptolemæum Lagi filium confugiſſe; cum Caſſander Antigono triennium ſupervixerit. Quod quidem verum eſt de Antigono Demetrii Poliorcetæ patre; ſed omnine de Antigono Caſſandri filio. Is enim qui Antipatris quoque nomine veniebat, à Dioxippo, ſicut & ab Euſebio, in Chronico, *Antigonus* appellatur: ſicut optime quoque obſervavit in Annalibus ſuis Eruditiſſimus J. Uſſerius.

Quando autem noſter Phalereus, ſive Thebis, quò primum conceſſerat, ſive aliunde, ad Ptolemæum Lagum ſeceſſerit, id plane incertum eſt: quamvis illud dictus Voſſius, ex Diodoro Siculo (ſed fruſtra plane) aſſerere conetur. Diodorus namque ſolum ait: Καὶ τὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας ἀπογινώσκων ἔφυγεν εἰς τὰς Θήβας· ὕστερον δὲ πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον· *Et, deſperatis ipſi rebus, aufugit Thebas; ſed poſtea ad Ptolemæum in Ægyptum.*

Poſtea, ſeu *Poſteris temporibus* ait: verum quodnam quantumve temporis ſpatium hic intercurrerit plane incertum eſt; neque id uſque adeo refert, interim modusloquendi indicat non parvum, ſed ſatis magnum inſterſtitium. Thebas igitur ille primum fuga petiit: ſeu potius, ut Plutarchus in Demetrio Poliorceta aſſerit, hic Demetrius *dignitatis ejus & virtutis veneratione Thebas eum, ut petebat, addito præſidio, deduci juſſit.* Quæ Thebæ tunc ſub Caſſandro ac Macedonibus erant.

Hinc autem ipſum metu Antigoni Caſſandri ſucceſſoris aufugiſſe in Ægyptum ſumme probabile eſt (niſi & inde prius aliorſum fugerit, antequam ad Ptolemæum perveniret:) quod Antigonus ille ipſum non amplius toleraret; ſeu quod fratri hujus Antigoni Alexandro, poſt mortem utrorumque fratris Philippi, tabido morbo conſumpti, magis faviſſet: ſeu, quod alia ex cauſa (quæ in principum aulis ſponte, ut Zizania in arvis, creberrime atque uber-

rime naſcuntur) huic Antigono exoſus fuerit; atque ita ad Ptolemæum Soterem, (ſeu Lagidem) ſeceſſerit.

Apud quem Ptolemæum ipſum in gratia fuiſſe ex Æliano (lib. 3. c. 17. var. hiſt.) patet, ut qui narrat eum, poſtquam Athenis ejectus fuerat, in Ægypto apud Ptolemæum regem rogandis ferendiſque legibus, imprimis præfuiſſe. De qua gratia atque auctoritate ſatis quoque conſtare videtur vel exinde, quod huic regi ſuadere auſus fuerit, ut, non Philadelphum; verum ex liberis ejus ſimul & Euridices, aliquem hæredem ſibi conſtitueret.

Quis autem jam dubitet tale conſilium ipſi acerbum odium ac vindictæ ſtudium in Philadelpho concitaſſe; atque illum inde, ſi non adhuc vivente patre, quod is ipſum, quandiu viveret, aliquatenus protegeret, ſaltem poſt mortem illius, aula fuiſſe expulſum, &c.

Ad tale ipſius exilium reſpexiſſe Ciceronem (lib. V. de finibus) ex ipſius his verbis, non obſcurum eſt: *Nos autem non ſolum beatæ vitæ, iſtam oblectationem videmus, ſed & levamentum miſeriarum. Itaque multi cum in poteſtate eſſent hoſtium, aut tyrannorum, multi in cuſtodia, multi in exilio, dolorem ſuum Doctrinæ ſtudiis levaverunt. Princeps hujus civitatis* [*Athenarum*] *Phalereus Demetrius, cum Patria pulſus eſſet injuria, ad Ptolemæum ſe regem Alexandriam contulit, qui cum in hac ipſa Philoſophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophraſtique eſſet auditor; multa præclara in illo CALAMITOSO OTIO ſcripſit, non ad uſum aliquem ſuum, QUO ERAT ORBATUS: ſed animi cultus ille, erat ei quaſi quidam humanitatis cibus.*

Tædium quippe illud, quod ex gratia regis ſi non ipſius Lagidis, certe Philadelphi, exciderat, primum ſtudiis humanioribus ſi non devorare, ſaltem delinire conatus fuit: cumque id minime ei ſuccederet, tandem aſpidis morſu ſemetipſum peremit.

Huic

Hinc enim idem Cicero (Orat. pro Rabirio) ait : *Virum unum totius Græciæ facile doctiſſimum Platonem, iniquitate Dionyſii, Siciliæ tyranni, cui ſe ille commiſerat, in maximis periculis, inſidiiſque eſſe verſatum accepimus. Calliſthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum : Demetrium & ex republica Athenienſi, quam optime digeſſerat, & ex doctrina nobilem, & clarum, qui Phalereus vocitatus eſt, in eodem ipſo Ægypti regno aſpide ad corpus admotâ vita eſſe privatum.*

Quis talibus perpenſis non credat, mi Lector, cum jam Ptolemæus Ceraunus, primus natu ex Euridicis filiis, ſe fuga ſubducere, atque ad Seleucum ſe ſalutis, ac regni à fratre acquirendi cauſa conferre neceſſe habuerit, idque adhuc patre Lagide vivente; quis credat, dico, hunc Demetrium, qui patri ſuaſor fuerat, ut ipſum Philadelpho anteponeret, adeoque & illum ſperata, licet minus juſte, regni hæreditate ſpoliare conatus fuerat, in gratia ulla aut auctoritate apud hunc Philadelphum (etiam ante ipſius imperium) manſiſſe; eumque Bibliothecæ à Philadelpho fuiſſe præpoſitum, Legiſque Judaicæ vertendæ curam in ſe ſuſcepiſſe; ſi vel maxime id intra ipſum illud verſionis negotium biennium contigerit, quo Philadelphus ſimul cum patre imperabat; cum jam ante iſtud biennium neceſſario exoſus fuerit huic Philadelpho; atque ex tali quidem cauſa, qualem nunc modò propoſui? Videmus quoque ex hiſce Hermippi auctoritatem ac teſtimonium, fruſtra hic à Voſſio rejici.

Accedit, nullos ex Ethnicis ſcriptoribus, qui hujus Demetrii Phalerei meminerunt, directe aut indirecte indicare, ipſum præfuiſſe Bibliothecæ Philadelphi, aut (ſi jam ante Philadelphi imperium congregari cœpta fuerat) Lagidæ unquam præfuiſſe. De Ariſtophane Grammatico quidem aſſerit id Vitruvius : at nullos alios nominatim memorat;

ſicut id ex nullis aliis patet quam ex Ariſteæ exſcriptoribus, aut ejuſmodi credulos ſecutis. Nam Philo Judæus, qui, ſicut ſupra notavi, hoc Ariſtea, omni procul dubio, ætate prior eſt, hujus Demetrii non meminit; nec Juſtinus Martyr, nec Irenæus, nec Græca Chronicorum Canonum collectio, à Scaligero edita : quamvis diverſis in locis (imo quatuor) de hac Legis interpretatione loquatur.

Nec, qui ſciunt illum, præter Ceraunum jam fuga elapſum, duos reliquos fratres Argæum quaſi inſidias ſibi ſtruentem, alterum vero quaſi Cyprios ad defectionem ſolicitantem, interemptos, facile credent Demetrium Phalereum, apud ipſum in gratia permanere potuiſſe, ſummiſque muneribus defungi.

CAPUT IV.

Fueritne Alexandrina Bibliotheca prima tempore; an vero Pergamena ipſâ prior fuerit : quod poſterius ſatis adſtrui poſſe videtur. Quapropter Strabonis verba expenduntur. Philetærus quando vixerit, Bibliothecamque adornare inceperit : hincque Eumenes, cum primus, tum ſecundus : ac Reges Attalicos inde videri Ptolemæis circa hæc priores. De Ariſtotelis Bibliotheca, ejuſque fortuna, &c.

AT operæ pretium mihi videtur hic aliquid quoque inſerere, ſic data occaſione, de Bibliothecis Veterum; quod & id ad hanc rem nobis propoſitam ſpectet.

Quæ celeberrimus eruditione Lipſius in Syntagmate de Bibliothecis habet, illa ſane, ut omnia ipſius ſcripta, pererudita ſunt. Non tamen ita me temperare poſſum, quin aliquid notem ad illa, quæ de antiquitate Alexandrinæ Bibliothecæ, præ iſta quæ Pergamenorum regum erat, affert.

Alexandrinam nempe Pergamena non ſolum priorem ponit;

nit ; verum & ex Strabonis verbis adſtruere nititur, *Eumenem*, eo nomine Secundum, primum iſtius Bibliothecæ paratorem fuiſſe; quod ille & donariis & Bibliothecis urbem exornarit. Hinc namque, prima fronte, ſatis clare apparere videtur, hunc *Eumenem*, qui XXIX. annis poſt *Philadelphi* imperium ac mortem regnare cœpit, ac poſt Attalum, qui jam per XXXXIV. annos Pergami regnaverat, primum fuiſſe, qui Bibliothecam Pergamenam comparaverit.

Nec ſolus Lipſius id ponit, verum & Eruditiſſimus Humfredus Hody id ulterius adſtruere nititur, in erudito admodum libro de LXX. Interpretibus, contra Ariſteam.

Conſideremus igitur ipſius Strabonis verba, reſectis tantum iſtis, quæ ad rem minus facere videntur : Illa autem Lib. habentur, hoc modo : Ἔχει δέ πινα ἡγεμονίαν πρὸς τούτοις, τὸ Πέργαμον ἐπιφανὴς πόλις, καὶ πολὺν σωσάτυχήσασα χρόνον τῆς Ἀτταλικῆς βασιλείας. καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρξάμενον τὸ ἐξῆς πρόσοδείας καὶ πρῶτον πρὸ τῶν βασιλέων ὁπόθεν ὡρμήθησαν, καὶ εἰς ἃ κατέστρεψαν, ἐν βραχέσι δηλωτέον. Ἦν μὲν δὴ τὸ Πέργαμον Λυσιμάχου χαλκοφυλάκιον τοῦ Ἀγαθοκλέους ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, αὐτὴν τὴν ἀκρατῆ τοῦ ὄρους σωσκευασμένην ἔχον· ἔστι δὲ στρογγυλοειδὲς τὸ ὀρος εἰς ὀξείαν κορυφὴν ἀπολῆγον· ἐπετράφθη δ' ὑπὸ τὴν φυλακὴν τοῦ ἐρύματος τοῦτο καὶ τὸ χρημάτων (ἦν δ' ταλάντα ἑννεακισχίλια) φιλέταιρος αὐτῆς Τιανὸς θλιβίας ἐκ παιδὸς· συνέβη γάρ ἔν τινι παφλαγόνος ἑορτῇ, καὶ πολλῶν παρόντων, ἀποληφθεῖσαν ἐν τῷ ὄχλῳ τὴν κομίζουσαν τροφὸν τὸν φιλέταιρον ἔτι νήπιον, σωθλιβῆναι μέχρι τοσοῦδε, ὡς τὸ πρωθῆναι τὸν παῖδα. ἦν μὲν δὴ εὐνοῦχος, τραφεὶς δ' καλῶς, ἐφάνη τ' πίστεως ταύτης ἄξιος· τέως μὲν ὢν δοῦλος διέμενεν τῷ Λυσιμάχῳ· διενεχθεὶς δ' πρὸς Ἀρσινόην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ διαβάλλουσαν αὐτὸν, ἀπέστη τὸ χωρίον, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς ἐπολιτεύετο, ὁρῶν ὑπτηδείους πρὸς νεωτερισμόν· ὁ, τε δὴ

Λυσίμαχ☉ κακοῖς εἰκείοις ϖεῖπεσὼν, ἠναγκάϛη τὴν ἰϑὺν αἰελεῖν Ἀγαϑοκλέα. Σέλϑκος ϖ ἐπελϑὼν ὁ Νικάτω, ἐκεῖνον ϖ καπίλυσε, καὶ αὐτὸς καπιλύϑη δολοφονηϑεὶς ὑπὸ Πολεμαίκ τῦ Κεραυνῦ· Τοιούτων ὢ ϑορύβων ὄντων, διεγένετ μένων ὅπὶ τῦ ἐρύμα☉ ὁ δύναχ☉, καὶ πλειϛάκις ὁμῶ☉ δι ὑποχέϛων καὶ τ ἄλλης ϑεραπείας αἰεὶ, ϖρὸς τὸν ἰσχύοντα, καὶ ἐγγὺς παρόντα. διετέλεσε γᾶν ἔτη εἴκοσι Κύρι☉ ὢν τῦ Φρυγίκ, καὶ τ χρημάτων· Ησαν δὲ αὐτῷ δύο ἀδελφοὶ, ϖρεσβύτερ☉ μὲν Εὐμένης, Νεώτερ☉ δὲ Ἄτϛαλ☉· ἐκ μὲν ὧν τῦ Εὐμένυς ἐγένετο τῷ ϖατρὶ ὁμώνυμ☉ Εὐμένης, ὅϖερ καὶ διεδέξατο τὸ Πέργαμον, καὶ ἦν ἤδη δυναϛὴς τ κύκλῳ χωρίων· ὡς ϖ καὶ ϖρὸς Σάρδεις ἐνίκησε μάχῃ συμβαλὼν Ἀντίοχον τὸν Σελεύκυ· δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἄρξας ἔτη, πλουτὰ τὸν βίον· Ἐκ δὲ Ἀτϛάλυ καὶ Ἀντιοχίδ☉ τ Ἀχαιῦ γεγονὼς Ἄτϛαλ☉ διεδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνηγορεύϑη βασιλεὺς ὕτ☉ ϖρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ· Οὗτος ὢ καὶ Ῥωμαίοις κατέϛη φίλ☉, καὶ συνεϖολέμησε ϖρὸς Φίλιϖϖον μετὰ τῦ Ῥοδίων ναυϛικῦ γηρᾶ☉ ὢ ἐπλούτα βασιλεύσας ἔτη τρία καὶ ϖενταεἰκονϛὰ, υἱὸς ἐξ Ἀπολλωνίδ☉ Κυζικηνῆς γυναικὸς, Εὐμένη, Ἄτϛαλον, Φιλέταιρον, Ἀθηναῖον· Οἱ μὲν ὧν νεώτεροι διετέλεσαν ἰδιῶται. τ δὲ ἄλλων ὁ ϖρεσβύτερ☉ Εὐμένης ἐβασίλευσε· συνεϖολέμησε δὲ καὶ ὕϖος Ῥωμαίοις ϖρὸς τὲ Ἀντίοχον τὸν μέγαν, καὶ ϖρὸς Περσέα. Καὶ ἔλαβεν ὑπὸ τ Ῥωμαίων ἅϖασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχυ τ ϑῦος τῦ Ταύρυ. Πρόϖροσ δὲ ἦν τὰ ϖερὶ Πέργαμον ἁ ϖολλὰ χωρία μέχρι τ ϑαλάϛης τ κατὰ τὸν Ἐλαΐτην κόλϖον, καὶ τὸν Ἀδραμυτηνόν. Κατεσκεύασε δ' ὕτ☉ τὴν πόλιν, καὶ τὸ Νικηφόριον ἄλσος καϖφύτευσε, καὶ ἀναθήμαϖι, καὶ βιβλιοθήκας, καὶ τὴν ὅλ τὴν ϖόνδε κατοικίαν τῦ Περγάμυ τὴν νῦν ὅσαν ἐκεῖν☉ ϖροσεφιλοκάλησε, &c.

In his locis principatum tenuit Pergamum, urbs illuſtris, & quæ multo tempore rebus ſecundis floruit, ſub Attalicis regibus..... Pergami gazam ſuam adſervabat unus de Alexandri Magni

Magni ſucceſſoribus Lyſimahus Agathoclis filius: erat autem iſtud gazophylacium conditum in ipſo montis vertice: qui mons coni forma in acutum acumen deſinit. Hujus munitionis & theſauri cuſtodia commiſſa fuit Philetæro Tiano ..... Ac fuit is Philetærus aliquandiu fidelis Lyſimacho: ſed odio Arſinoes correptus, qui eum falſis criminibus detulerat; caſtellum à fide Lyſimachi abduxit, & pro temporum opportunitate rem geſſit, quæque rebus novandis ſciebat idonea. Etenim Lyſimachus domeſticas in calamitates illapſus, coactus erat filium Agathoclem necare. Superveniens autem Seleucus Nicator eum everterat, atque ipſe etiam per dolum à Ptolemæo Cerauno necatus perierat. In his turbis Philetærus ſuo in caſtello manſit, ſemper potiorem ac ſibi propiorem pollicendo demerendoque lactans: atque ita per annos XX. dominus manſit caſtelli ac pecuniæ. Duo ei fratres fuerunt: de his natu major Eumenes filium Eumenem genuit, qui hæreditario Pergamum accepit, jamque in orbem circumſita loca in ſua poteſtate habuit: adeo, ut etiam apud Sardes prælio congreſſus Antiochum Seleuci filium fuderit. ac mortuus eſt, cum Imperium per annos XXII. tenuiſſet. Ei ſucceſſit Attalus, ex Attalo (qui minor natu frater Philetæri fuit) & Antiochide Achæi filia natus; ac rex primus hic ſalutatus fuit, cum magna pugna Galatas viciſſet. Hic & ſocius Romanorum fuit, eoſque in bello contra Philippum juvit, Rhodiæ conjunctus claſſi: regnavit verò annos XLIII., & ſenex è vita deceſſit; relictis ex Apollonide Cyzicena muliere filiis quatuor, Eumene, Attalo, Philetæro, Athenæo. De his tres natu minores privati vixerunt: Eumenes natu maximus regnavit. Hic quoque Romanorum ſocius fuit in bellis adverſus Antiochum Magnum, & Perſeum: accepitque à Romanis quicquid Aſiæ intra Taurum Antiochus poſſederat: cum ante ſub Pergami ditione fuiſſent pauca loca uſque ad mare, juxta ſinum Elaiticum & Adramyttenum. Hic urbem adornavit Pergamum, & lu-

cum

cum Nicephorium conſevit; urbemque ita ut nunc eſt, auctam donariis ac Bibliothecis exornavit.

Quæ ad hæc Strabonis verba notari poſſunt, ſunt, Philetærum, qui Imperii Philadelphici tertio anno à Lyſimacho defecerat, per viginti annos Pergamum ſat quietè poſſediſſe; illumque Eumeni fratris filio, Ptolemæi anno vigeſimo-tertio, Pergami regimen tradidiſſe. Ita ut id contigerit annis 16 ante mortem Philadelphi: qui poſtremis tantum annis imperii ac quidem decimo circiter aut duodecimo, poſt imperium ab Eumene Pergami acceptum, Bibliothecam cum ſtudio comparare cœpit. Quod patet ex Georgio Syncello; qui ita loquitur: Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκην καθίστησιν ῥλβ' ὀλυμπιάδι, ἧς πληρουμένης τελευτᾷ, δέκα μυριάδες βιβλίων ἦσαν, ὡς τινες φασίν. *Ptolemæus Philadelphus Bibliothecam in Alexandria inſtituit Olympiade CXXXII. qua exeunte deceſſit pariter ex vita. Decem vero Myriades librorum erant, prout quidam narrant.*

Quod tamen ex alio, apud Euſebium (in Chronico) loco, melius apparet: eo quod Philadelphus non exeunte iſtâ Olympiade, verum ſecundo anno ſubſequentis mortuus ſit.

Summe mihi videtur, itaque, veriſimile, *Philetærum* dum ibi ſic in otio viveret, atque inimicis & hoſtibus ſuis intentus, ſimul opibus ſuis ita partis incubaret, ita incepiſſe aggregare Bibliothecam, quam ulterius adornarit Eumenes, ipſius ſucceſſor (niſi is primus inceptor fuerit;) cæteroſque ſemper ſubſequentes reges, illam majorem ut rederent operam dediſſe, inter quos tamen Eumenes, eo nomine ſecundus, eam *forulis novis ac pluribus* adornavit, & adauxit; vel *etiam, in urbe alias, comparavit.* Quod poſterius tamen minus veriſimile cum vox βιβλιοθήκη pro forulis commode ſumatur: illaque ita ad veterem illam Bibliothecam referenda ſint: quæ quod ab Eumene prior ſit

ſit Pergami adornata, ex hiſce Plinii locis patere quoque videtur. Primus locus eſt Lib. 13. cap. 11. ubi is ita loquitur: *Æmulatione circa Bibliothecas regum Ptolemæi & Eumenis, ſupprimente chartas Ptolemæo, membranas Pergami, ut Varro auctor eſt, repertas.* Secundus Lib. 35. c. 2. (ubi de imaginibus ac Bibliothecis loquitur) ita: *An priores cæperint Alexandriæ, & Pergami reges, qui Bibliothecas magno certamine inſtituêre, non facile dixerim.*

Vitruvius vero, præfatione in librum ſeptimum de Architectura, ita affirmat: *Reges Attalici* [Philetærum atque Eumenem, ut puto, intelligit] *magnis Philologiæ dulcedinibus inducti cum egregiam Bibliothecam Pergami, ad communem delectationem, inſtituiſſent, tunc item Ptolemæus* [Philadelphum intelligo] *infinito Zelo, cupiditatiſque incitatus ſtudio, non minoribus induſtriis ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare.*

Ab initio itaque regni Pergameni Bibliothecam illam inſtitutam ſucceſſu temporum ulterius increviſſe mihi non, ſane, obſcure aſtipulatur magnus ille Is. Caſaubonus: qui in Commentario ad Strabonem, ita habet: *Nemini nota non eſt Pergamena Bibliotheca quæ* [NB] *non ab uno rege accumulata fuit, ſed omnibus fere regibus Pergamenis; ut ex Plinio & aliis apparet.*

Neque ipſe Strabo his abludit, dum ſic Lib. XIII., de Scepſi loquitur: Ἐκ δὲ Σκήψεως οἵ τε Σκηψικοὶ γεγόνασιν, Ἔφορος καὶ Κοϊσικός, καὶ ὁ τοῦ Κοϊσικοῦ υἱὸς Νηλεὺς ἀνὴρ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένου καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένου δὲ τὴν βιβλιοθήκην τὴν Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστόπλους· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν· ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, περιπατητικὸς ὢν ἔτι καὶ συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν· Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δ' εἰς Σκήψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ

κατάκλειστα ἔχειν τὰ βιβλία, ὐδ' ὅπιμελῶς κείμενα. ἐπειδὴ δὲ ἤθοντο τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι. ὑπὲρ δὲ νοτίας καὶ σηπεδόνα λαβόντα οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλικῶνι τῷ Τηίῳ πολλῶν ἀργυρίων, τὰ πλείστου ἀριστοτέλους καὶ τοῦ Θεοφράστου βιβλία ἦν δὲ ὁ Ἀπελλικὼν φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς αὐτόγραφα καινὰ μετενεγκεῖν τὴν γραφὴν οὐκ ἠδυνήθη, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία.

Protulit Scepſis Socraticos Eraſtum & Coriſcum, & Neleum Coriſci filiam, qui auditor fuit Ariſtotelis & Theophraſti, & hujus etiam Bibliothecam nactus eſt, in qua Ariſtotelis etiam fuit Bibliotheca. Nam Ariſtoteles ſuam Theophraſto tradidit; cui & ſcholam reliquit. Primus omnium, qui nobis ſunt noti, Ariſtoteles Bibliothecam libris conductis compoſuit, idque Ægypti Reges facere docuit. Theophraſtus Bibliothecam Neleo tradidit; hic libros Scepſin tranſlatos poſteris ſuis reliquit, ineruditis hominibus, qui incuriè poſitos ſub clavibus retinuerunt. Cumque Attalorum regum ſtudium intellexiſſent, (quibus Scepſis parebat) conquirentium libros ad inſtruendam Pergami Bibliothecam: ſub terra ſuos in foſſa quadam occultaverunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos tandem qui ex ea erant ſtirpe Ariſtotelis Theophraſtique libros Apelliconi Tejo magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quam Philoſophiæ ſtudio, majore: itaque eroſarum particularum quærens inſtaurationem, in nova libros tranſtulit exempla, lacunas non rectè implens; ediditque libros mendorum plenos; &c.

Quod igitur Athenæus, initio libri primi, de Nileo narrat, id de Nelei poſteris intelligendum eſſe, ex hoc noſtro Strabone (qui circa omnia ſatis accuratus eſt) interpretandum.

Quamvis autem à Straboue Ariſtoteles dicatur primus qui Bibliothecam collegerit; id ipſi tamen non conceſſerit Agel-

Agellius : qui Lib. VI. c. 17. ita loquitur : *Libros Athenis diſciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos, primus poſuiſſe dicitur Piſiſtratus tyrannus.*

Fateor hæc non uſque adeo hîc ad rem facere. Interim videmus, tam ex hiſce, quam ex præcedentibus, Pergamenorum Bibliothecam, Alexandrina non poſteriorem, verum revera priorem fuiſſe ; Vitruviumque à Lipſio, ac Hody, fruſtra erroris coargui. Quod certe firmat magnus ille Scaliger in Animadverſionibus ad Euſebii Chronicon: *Cæterum Euſebius ex conjectura hoc geſtum confert in Ptolemæi initium; cum ſane veriſimile non ſit eum regni ſui initiis* [addere poſſet, cum adhuc pene puer eſſet] *ad Bibliothecam potius inſtituendam, quam ad res ipſius regni animum applicaſſe. Itaque in priore parte Africanus conjicit hoc in Olympiadem CXXXII, hoc eſt, annum Philadelphi XXXIII. quod rectum minime dubitamus. Solenne verò Euſebio, & Hieronymo, ut geſtum de cujus tempore non conſtat ex auctoribus, id initio eorum regum ponere, quibus id attributum eſt. Conſtat ex auctoribus Bibliothecam à Philadelpho inſtitutam. De tempore nihil ab illis deſignatum eſt. Certum eſt æmulatione Eumenis regis Pergameni Ptolemæum Bibliothecam ſuam inſtituiſſe. Vitruvius proœmio Lib VII. Reges Attalici, &c. Eumenes inivit regnum Pergami anno XXIII. Philadelphi. Itaque Bibliothecam non prius comparavit Ptolemæus, quam Eumenes cœpit regnare, neque Eumenes ſuam ſtatim initio regni ſui. Sed & illud apud eundem Vitruvium notandum, Ariſtophanem grammaticum nobiliſſimum Præfectum fuiſſe Bibliothecæ, & ab eo inſtructum fuiſſe, non à Demetrio Phalereo, qui annis XXII. obierat, antequam Eumenes regnum iniret. Itaque verum eſt quod ſcripſerat Africanus, anno XXXIII., aut circiter imperii Philadelphici Sacra Biblia converſa fuiſſe. Suidas ait Zenodotum Præfectum fuiſſe* Βιβλιοθηκῶν τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Sed Ariſtophanes iſtius auditor fuit.*

CAPUT V.

Reditur ad Demetrium ac Bibliothecam Philadelphicam; ac de numero Voluminum aliquid dicitur. De lingua ex qua Codices Judæorum converſi ſint; an nempe ex Chaldaica, &c. De captivis, ſive ante, ſive poſt Codices tranſiniſſos liberatis, ac pecunia in illud impenſa, &c. cujus rei tamen neque Juſtinus, neque Clemens Alexandrinus, neque ipſe Philo, meminerunt.

VErum ut nunc ad ipſam Bibliothecam Philadelphi, & Interpretes, revertamur; ab ipſo interrogatus Demetrius, quot libros jam ſimul collectos haberet, reſpondet ille, *adeſſe ultra viginti Myriades, ac ſperare ſe brevi habiturum ad 50 Myriades*; ſicut & jam ſupra diximus. At Agellius ponit numerum ad *millia ferme voluminum ſeptingenta*, additque : *ſed illa omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non ſponte, neque opera conſulta, ſed à Militibus forte auxiliariis incenſa ſunt.*

Hæc tamen conciliari inter ſe poſſent, ſi ſtatuamus, (ſicut id quoque ex præcedentibus ſatis apparet; atque ab Agellio quoque non obſcure indicatur) ſenſim & per ſequentes Ptolemæos (uti & inter Pergamenos) numerum ipſorum fuiſſe adauctum : quæ & Caſauboni opinio eſt ; imò & ipſius Lipſii.

Seneca tamen horum combuſtorum numerum longe minorem facit dum lib. de Tranquillitate animi, ita loquitur: *Quadringenta millia librorum Alexandriæ arſerunt, pulcherrimum Regiæ opulentiæ monumentum.* Quibus poſtremis verbis ſatis indicari videtur, ipſum velle omnes libros in illa contentos fuiſſe combuſtos.

Iſidorus autem aliter atque hoc modo : *Septuaginta millia librorum Alexandriæ Philadelphi temporibus inventa ſunt.*

Quem quidem numerum Lipſius in *Septingenta* mutatum vult

vult; uti & iſtum, quem Seneca exhibet: Verum Epiphanius (qui in ſua, de hac re, hiſtoria, quoque ad Ariſteam provocat) numerum adhuc longe minorem facit. (& adhuc multo minorem Gorionides; qui tamen mihi ἐν λόγῳ ἐν ἀριθμῷ) namque apud ipſum Demetrius regi interroganti reſpondet, *jam collectos libros eſſe* 54800, *aut circiter, Verum enimvero (addit) audimus magnum adhuc numerum exiſtere in mundo apud Æthiopas & Indos & Perſas & Elamitas & Babylonios & Aſſyrios & Chaldæos, apud Romanos quoque & Phœnicios & Syros, & in Græcia, & qui nondum Romani tunc vocabantur ſed Latini, verum etiam apud Hieroſolymam & in Judæa*: quæ certe non digna ut ulterius examinentur.

Notandum quoque hunc Demetrium de lingua, qua libri ſacri conſcripti ſunt primò, loqui, ut aliquis, qui nunquam ſciverat, qualiſnam illa fuerit. Ita namque ille, de Judæis: ὑπολαμβάνουσι Συριακῇ χρῆσθαι· τὸ δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἕτερον τρόπον, *Putantur illi Syriaca lingua uti, quod ita non eſt; verum alium loquendi modum habent.* Quam tamen ille non exprimit. Attamen poſtea ait: τυγχάνει γὰρ ἑβραϊκοῖς γράμμασι, καὶ φωνῇ λεγόμενα. Quod quidem ipſe Philo Judæus non fecerat: ut qui ſemper, ubi de hac verſione loquitur, Chaldaicam linguam nominat: ut

Τὸ παλαιὸν ἐγράφησαν οἱ νόμοι γλώσσῃ Χαλδαϊκῇ, καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν ἐν ἴσοις, &c. *Ab antiquis temporibus Leges conſcribebantur lingua Chaldaica, ac diu admodum ita permanebant.* Sic & poſtea: Εἰς Ἑλλάδα γλῶτταν τὴν Χαλδαϊκὴν μεθαρμόζεσθαι διενοεῖτο. *Eam ex Chaldaica lingua in Græcam transferre ſtuduit.* Item: συνεσχῆναι δ' εἰς Κύρια Κυρίοις ὀνόμασι. τὰ Ἑλληνικὰ τῆς Χαλδαϊκοῖς, ἐναρμοσθέντα εὐμάλα τοῖς δηλουμένοις πράγμασι, &c. Denique paucis verbis intermiſſis: ἐὰν τε Χαλδαῖοι τὴν Ἑλληνικὴν γλῶτταν, ἐὰν τε Ἕλληνες τὴν Χαλδαίων ἀναδιδαχθῶσι, &c.

Quæ ſane, non ſtudio ullo, verum ex mera ignorantia linguæ Hebrææ, ita locutus eſt: cum Hebraicè (ut dictum

jam) minime calleret; nec magis quam noſter perſonatus Ariſteas ſciverit, quanam lingua libri iſti primitus conſcripti fuerant.

At Philo Chaldaicam nominat, deceptus forſan Chaldaicis paraphraſibus, vel paraphraſi (de quibus, aut quâ, quidem audiverat, licet tamen & ipſas non intelligeret) quæque lingua omnibus Judæis, Palæſtinam colentibus, longe notior ac familiarior erat quam lingua Hebraica, cujus jam nullus præterquam in Sacris literis (nullibi vero in loquela vulgari) locus eſſet: cum contra Chaldaica lingua, non tamen jam pura, ipſis admodum nota eſſet: tum quod Scripturæ in eam per targumim verterentur: tum quod ipſorum Syriaca, nunc vernacula, Chaldaicæ admodum vicina, hæcque Chaldaica Syriacæ, poſt ipſorum ex Chaldæa reditum, permixta eſſet. Quæ tamen Judæi Alexandrini Hebraice non callentes diſtinguere minime valuerunt.

Sic porro, occurrit nobis primùm numerus captivorum, quos jam liberaverat: ut eo facilius, vel cum majori gratia, obtineret apographa Legis Hebraicæ; de quo numero tamen captivorum non multum laborabimus. Sed notandum (quamvis hæc fabella certe tanti non ſit) Regem apud Epiphanium ita ſcribere, quaſi captivos iſtos, ſeu ſervitia *jam dudum antea liberaſſet*; idque illis ſatis notum eſſe deberet. Ita enim ille: Μεμνεσθε πως αἰχμαλωτων πολλων ἐκ τ ὑμετέρας πατρίδ@ ληφθέντων, καὶ εἰς Αἰγυπτον τὴν ἡμέτεραν πατρίδα ἀχθέντων ἀνῆκα, καὶ μετ' ἐφοδίων πολλῶν καὶ θεραπείας ὑ τ τυχόσης, ἀπιμελησαίμ@ αὐτῶν ἐλθόντας ἀπέπεμψα. *Recordamini enim quomodo multos captivos* [numerum, circa quem nec ipſe Irenæus ſibi conſtat, non exprimit] *ex veſtra patria avectos, & in patriam noſtram Ægyptum tranſlatos dimiſerim* [nec loquitur quoque de ullis impenſis propterea factis) *cum magnis viaticis & cura minime vulgari: curam gerens, ut liberos eos dimitterem. quin & vulneratos prius ſanatos dimiſi, nudos veſtimentis donavi*, &c.

At

At Ariſteas noſter de pecunia pro ſingulis hominibus, tam pueris atque infantibus quam adultis, loquitur; de 20 ſcilicet drachmis pro unoquoque iſtorum, plurium quam ducenties millium. Quod λύτρον ſeu redemptionis pretium, ne minus magnificum ſeu tenue, pro ejuſmodi regis munificentia ac liberalitate eſſet, Joſephus centum drachmis pro ſingulis corporibus auxit. Namque in decreto, quod quoque (æque ac literæ tum Ptolemæi tum Eleazari, quantumvis illa pro veris Apographis venderet) ad guſtum Joſephi, adornatur, ſi non in totum alia veſte, aliis tamen laciniis additis; in iſto, dico, decreto, pro 20 drachmis, Ariſteæ ille 120 reponit: tantum ſcilicet, præter impenſas ob munera Hieroſolymam mittenda, ac præter impenſas circa legationes; ſicut & victum Interpretum ac dona ipſis data, impendere voluit hic Ptolemæus, ut libros Legis Hebraicè, & accurate ſcriptos, nanciſceretur; quaſi ab iſta verſione, tali modo facta, tota ſalus imperii ipſius ſuſpenſa fuiſſet. At redeat Lector interim ad illa, quæ de textu jam ſupra dixi.

Verum enim vero nec Juſtinus Martyr ejuſmodi redemptionis ſervitiorum, &c. meminit, nec Clemens Alexandrinus, nec alii plures. Et, quod caput eſt, nec ipſe Philo Judæus; qui tantâ cum pompa atque ambitu hanc interpretationem deſcribit; atque omnibus prior hanc hiſtoriolam, ſeu potius fabellam, nobis narrat, ne dicam primus confinxit, vel ſaltem adornavit ulterius.

Decretum autem illud quo ſic Judæis captivis, &c. libertas redditur, permultum differt & verbis & ſenſibus ab iſto, quod Ariſteas, ex diariis regiis exſcriptum pertendit: cum & ipſe Joſephus affirmet ſe ipſum ἀνήγραφον τῷ πρώγματι afferre. Quæ tamen ut multum inter ſe diſcrepant; ſic non minimam diſcrepantiam creant hæ à parte Ariſteæ 20, & iſtæ, à Joſepho affirmatæ, 120 drachmæ pro ſingulis captivis redditæ: quum pretium ſic in immenſam ſum-

ſummam excreſcat. Si autem quiſpiam hîc exemplaria vitiata, adeoque varias lectiones accuſare queat : certe illius rationes lubenter exſpectabo.

CAP. VI.

Quam male conveniant inter ſe Ariſteas, ac Joſephus; qui ſua, ut perhibet, verbotenus ex Ariſtea tranſtulit; Epiſtolæque ab ipſis traditæ, tum illæ quas, Epiphanius, uti jactat, etiam ex ipſo Ariſtea producit, conferuntur : Atque ille Epiphanii Ariſteas ſub examen vocatur. De Bruchio & Serapeo, in quo Bibliotheca iſta Philadelphi fuit adornata ac ſervata; ut & de numero Librorum, ſeu Voluminum in illa contentorum; ac quam male Scriptores ſuper illo inter ſe conveniant : atque an tota, an vero pars ſolummodo ipſius conflagrarit.

NEc melius conveniunt inter ſeſe Epiſtolæ Demetrii ad regem tum hujus Ariſteæ tum Joſephi : (ſicut neque etiam hæ jam ſubſequentes Epiſtolæ Ptolemæi & Eleazari) in qua quoque Epiſtola apud Ariſteam nihil reperimus quod ullo modo diſcipulum Theophraſti, ipſiusve mellitam dulcedinem ac puritatem, ſapiat : quam tamen Cicero ipſius Demetrii ſcriptis tribuit : ſed Helleniſtæ Alexandrini cujuſdam ſtylum impurum ac vere Helleniſticum. Quam propterea Joſephus aliter concinnat; quamvis ad verbum illam ſe exſcripſiſſe affirmet, his verbis : τὸ μέν τοιγε ἀσφάλειαν τὸ ἀντίγραφον, ὑπῆρχε τοιοῦτον. Suggeſtionis verò exemplar fuit tale.

Licet quidem ſane ſenſum reddere alicujus ſcriptoris, immutatis in alia verbis contextus; modo eodem redeant: verum alia dare, ſimulque & demere ac ſuperaddere, quæ & ipſum ſenſum mutent, certe id minime homini competit, qui *ipſum exemplar* ſive ἀντίγραφον ſcripti ſe dare affirmat.

At majus operæ pretium eſt, ſubjicere ſimul oculis, atque ſic conferre has ambas, ut ita Lector inde commodius judicium ferat.

Epi-

Ptolemæi Epiſtola ex Ariſtea.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Ἐλιαζάρῳ ἀρχιερεῖ χαίρειν καὶ ἐρρῶσθαι.

Ἐπεὶ συμβαίνει, πλείονας τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν κατοικεῖσθαι, γενηθέντας ἀναστάτους ὑπὸ τῶν Ἱεροσολύμων ὑπὸ Περσῶν καθ' ὃν ἐπεκράτουν χρόνον. ἔτι δὲ καὶ σωπελεληθέναι τῷ πατρὶ ἡμῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον αἰχμαλώτους, ἀφ' ὧν πλείονας εἰς τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα καταχώρισεν, ὑπὲρ μισθοφορίας· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ποιμένας κρίνας πλείστους, φρόντισιν ἐποιήσατο αὐτοῖς, ὅπως τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἔθνος φόβον μὴ ἔχῃ διὰ τούτων· καὶ ἡμεῖς δὲ παραλαβόντες τὴν βασιλείαν, φιλανθρωπότερον ἅπασι τοῖς πᾶσι, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς σοῖς πολίταις· ὧν ὑπὲρ δέκα μυριάδας αἰχμαλώτων ἠλευθερώκαμεν, ἀποδόντες τοῖς κεκλῆσι τὴν καθ' ἀξίαν ἀργυρικὴν τιμήν, διορθώμενοι, εἴ τι κακῶς ἐπράχθη διὰ τὰς τῶν ὄχλων ὁρμάς· διειληφότες εὐσεβῶς οὕτω πεᾶξαι, καὶ τῷ μεγίστῳ θεῷ χαριστήριον ἀναθέντες, ὅτι ἡμῖν τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δόξῃ κεκλῆσι παρ' ὅλον τὸν οἰκούμενον διεπετήρηκεν· εἰς τε τὸ στράτευμα τοὺς ἀκμαιοτάτους τῇ ἡλικίᾳ πεπαχαμεν· τοὺς δὲ δυναμένους καὶ σοὶ ἡμᾶς εἶναι, τὸ σοὶ τὴν αὐλὴν πίστεως ἀξίους ὑπειλήφαμεν κατεσκέναμεν. βουλομένων δὲ ἡμῶν καὶ τοῦτο

Eadem ex Joſepho.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Ἐλεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ χαίρειν.

Πολλῶν ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ κατοικισμένων Ἰουδαίων, οὓς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν οἱ πρόγονοι ἐκράτησαν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐλυμήσατο· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὰ στρατιωτικὰ κατέταξεν ὑπὲρ μείζωσι μισθοφορίαις, ὅσοι ἦσαν ἱκανοὶ ἐν Αἰγύπτῳ σὺν αὐτῷ, τὰ φρούρια καὶ τὴν τούτων φυλακὴν παρέθετο, ἵνα τοῖς Αἰγυπτίοις ὦσι φοβεροί. τὴν ἀρχὴν ἐγὼ παραλαβὼν πᾶσι μὲν φιλανθρώπως ἐχρησάμην, μάλιστα δὲ τοῖς σοῖς πολίταις· ὧν δέκα μὲν μυριάδας αἰχμαλώτων ἀνέλυσα, τοῖς δεσπόταις αὐτῶν ἐκ τῶν ἐμῶν λύτρα καταβαλών· τοὺς δὲ ἀκμάζοντας ταῖς ἡλικίαις εἰς τὴν στρατιὰν (forte στρατιωτικὴν) κατέλεξα κατέταξα. πιστοὺς δὲ τοῦ σοὶ ἡμᾶς, καὶ τῆς ἐμῆς αὐλῆς πιστοὺς εἶναι δυναμένους, τούτους ἠξίωκα. νομίζων ἡδὺ τῷ θεῷ τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ σωτηρίας ἀνάθημα τοῦτο καὶ μέγιστον αἰσθήσειν. βούλομαι δὲ καὶ τούτοις χαρίζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίοις, τὸν νόμον ὑμῶν ἔγγραφον μεθερμηνεῦσαι· καὶ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν μεταγραφέντα, κεῖσθαι ἐν τῇ ἐμῇ βιβλιοθήκῃ. Καλῶς οὖν ποιήσεις ὑπολεξάμενος ἄνδρας ἀγαθοὺς ἓξ ἀφ' ἑκά-

Digitized by Google

πῆς χαρίζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς καθ' οἱονδήποτε ἰουδαίοις καὶ τοῖς μελέπειτα, σωφρονίσθημεν τὸν νόμον ὑμῶν μεταθεμένους γράμμασιν Ἑλληνικοῖς, ἐκ τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων Ἑβραϊκῶν γραμμάτων, ἵνα ὑπάρχῃ ταῦτα παρ' ἡμῖν ἐν βιβλιοθήκῃ σὺν τοῖς ἄλλοις βασιλικοῖς βίβλοις. Καλῶς ἂν ποιήσεις καὶ τὸ ἡμέτερον σπουδῆς ἀξίως, ὅπλεξάμενος ἄνδρας καλῶς βεβιωκότας πρεσβυτέρους, ἐμπειρίαν ἔχοντας ἧς νόμων, καὶ δυναμένους ἑρμηνεῦσαι, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ, ὅπως ἐκ τῶν πλειόνων τὸ συμφωνοῦν αἱρεθῇ, διὰ τὸ περὶ μειζόνων εἶναι τὴν σκέψιν· οἰόμεθα γὰρ, ὅπλεξαμένῳ τοῦτο, μεγάλην ἐποίσεσθαι δόξαν· ἀπεστάλκαμεν δὲ περὶ τούτου Ἀνδρέαν, τὸν ἀρχισωματοφύλακα, καὶ Ἀριστέαν, πιστοὺς παρ' ἡμῖν, ἀνδρας σοί, καὶ νομίσαντας ἀπαρχὰς εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθημάτων, καὶ εἰς θυσίας, καὶ τὰ ἄλλα, ἀργυρίου πάλαντα ἑκατόν· χαίρων δὲ καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλῃ, καὶ χαριούμενος ἔσῃ, καὶ φιλίας ἀξίων πράξεις· ὡς ὅπλεξαμένοις πάντα χρήσῃ, περὶ ὧν ἂν αἱρῇ ἐρωτῶν.

ἑκάστης φυλῆς ἤδη πρεσβυτέρους, πέμψας· εἰ καὶ διὰ τὸν χρόνον ἐμπείρως ἔχοντα τῶν νόμων, καὶ δυνησόμενα τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν ἀκριβῆ ποιήσασθαι· νομίζω γὰρ τούτων ὅπλεξαμένων, μεγίστην δόξαν ἡμῖν περιγενήσεσθαι. ἀπεστάλκαμεν δὲ σὺν τούτων διαλεξόμενος Ἀνδρέαν τὸν ἀρχισωματοφύλακα καὶ Ἀριστέαν, ἐμοὶ τιμιωτάτους δι' ὧν καὶ ἀπαρχὰς ἀναθημάτων εἰς τὸ ἱερὸν καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀπέστειλα, τάλαντα ἀργυρίου ρ'. Καὶ σὺ δὴ ἡμῖν ὅπως ἔλλης, ποιήσεις κεχαρισμένα.

Rex Ptolemæus Eleazaro ſummo Sacerdotum gaudium & ſalutem precatur.

QUoniam evenit ut multi ex Judæis incolerent regionem noſtram, quorum alii Hie

Rex Ptolemæus Eleazaro Pontifici ſalutem.

MUltis Judæis in regno meo degentibus, quos Perſæ, dum rerum potirentur, capti-

Hieroſolymis abducti ſunt à Perſis tum temporis, cum illi potirentur rerum: alii cum Patre noſtro capti in regionem noſtram pervenerunt, ex quibus ille MULTOS ſelectos in exercitum & ad militiæ uſum ſtipendiis amplioribus recepit: & quia illos priores judicabat PLURIMOS eſſe, his loca ad præſidia munita commiſit, NE ÆGYPTI POPULUS SIBI AB ILLIS TIMERET. Nos vero conſecuti regni adminiſtrationem, cum aliis omnibus exhibemus nos humaniores, tum vero præcipue civibus tuis, quorum captivos ultra 10 myriades liberavimus, perſoluto ſingulis dominis pecuniæ pretio digno: & ſimul etiam corrigimus, ſi quæ ex impetu multitudinis ſunt acta. In quo perſuaſum habemus nos piè agere, & offerre munus animi grati Deo Maximo, qui nobis regnum conſervavit in pace & gloria, quæ præſtet in toto terrarum orbe. Præterea ætate & viribus valentiores in exercitum recepimus: qui vero idonei eſſent ut circa nos verſarentur, illos dignos judicavimus, quibus negotia aulæ committeremus. SED CUM NON SO-

captivos eò pertraxerant, pater meus eos in pretio habuit, aliorum opera in militia uſus amplis ſtipendiis conductorum, aliis etiam caſtellorum cuſtodia per Ægyptum deſignata, UT ESSENT TERRORI INDIGENIS. Ego vero poſtquam principatum adeptus ſum, cum in cæteros benignitate ſum uſus, tum maximè in tuos cives, quorum ſupra centum millia in libertatem vindicavi, reſtitutis de meo pretiis eorum poſſeſſoribus. Ex his per ætatem idoneos allegi in militiam: nonnullos, quorum fides id mereri videbatur, inter aulicos meos accenſui, RATUS NULLUM GRATIUS ME DEO POSSE OFFERRE DONARIUM pro ea providentia, qua me dignatus eſt rebus præficere. Ergo ut & his & reliquis per totum orbem Judæis rem gratam faciam, viſum eſt mihi Legem veſtram in Græcam linguam vertere, & ita verſam in Bibliothecam meam reponere. Bene igitur facies, ſi idoneorum delectu per tribus habito, ex unaquaque ſex viros bonos jam ſeniores ad nos miſe-

SOLUM HIS CUPIMUS GRATIFICARI, SED ET OMNIBUS JUDÆIS IN ORBE TERRARUM, ILLIS ETIAM QUI SUNT IN POSTERUM FUTURI, constituimus legem veſtram ex Ebraica lingua interpretatione traducere in Græcam, ut hæ leges veſtræ in noſtra Bibliotheca exſtent, cum aliis regiis libris. Præclare ergo & pro dignitate inſtituti noſtri feceris, ſi ad nos miſeris electos ex quaque tribu ſex viros ſeniores : qui & honeſte vitam peregerunt ſuam, & in legum peritia ſunt exercitati, & interpretandi facultate pollent, ut in ſtudio & tractatione rei magnæ germana & conſentiens ejus veritas à pluribus eruta deprehendatur. Nam nos quidem ex hoc negotio peracto, arbitramur nobis magnam acceſſuram gloriam. Ablegavimus autem ad vos Andræam præcipuum corporis noſtri cuſtodem, & Ariſteam; Viros apud nos magno in honore conſtitutos, qui tecum hac de re agant, & afferant tibi ſecum, & in templum primitias noſtræ dedicationis, & ad ſacra, alioſque uſus, pecuniæ talenta centum. Si autem & tu ad nos ſcripſeris de quibus ris, qui per ætatem legum periti, poſſint præſtare bonos interpretes. Spero enim ſi hoc ex ſententia proceſſerit, maximam gloriam nos inde acquiſituros. Mitto autem qui tecum de hac re agant, Andræam Præfectum ſatellitum, & Ariſteam, mihi chariſſimos : per quos etiam primitias donariorum templi & victimarum miſimus, talenta argenti centum. Reſcribes autem quidquid volueris, facturus nobis rem gratiſſimam.

quibus placuerit, rem & nobis gratam, & amicitiâ tua erga nos dignam facies. Nam nos ſtatim effecta curabimus, de quibus nos voluntatem tuam cognoverimus. Vale.

Hanc quidem diſcrepantiam inter Ariſteam ac Joſephum obſervamus. Et tamen quaſi ex eodem autographo deſcripta ſunt. At longe majorem inter hos & Epiphanium, videmus qui quamvis quoque ad Ariſteam provocet, duas Epiſtolas Ptolemæi, pro unica ab iſtis tradita, producit. Ac quidem hic quoque Epiphanius ipſius regis verba ſe afferre aſſerit. Ita enim loquitur; dum ſimul provocat ad Ariſteam, his verbis ὡς ἐξεδωκεν ὁ Ἀριστέας ἐν τῷ συγγράμματι, *ſicut in eodem libro teſtatur Ariſteus.* Ὁ γὰρ μετὰ τὸν Πτολεμαῖον δεύτερος βασιλεύσας Ἀλεξανδρείας Πτολεμαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, ὡς προείρηται, Φιλόκαλος τὸν αὐτὸν καὶ Φιλολόγος γεγένηται· ὅστις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως, ἐν τῷ βορείῳ καλουμένῳ κλίματι, καὶ ἐπὶ τούτου τῆς αὐτῆς πόλεως ἔρημον τοπῳ ὑπαρχον, ἐνεχείρησε Δημητρίῳ τινὶ τῷ Φαληρεῖ τὴν αὐτὴν βιβλιοθήκην, προστάξας συναγαγεῖν τὰς πανταχοῦ γῆς βίβλους, γράψας ἐπιστολάς, καὶ προσλιπαρήσας ἕκαστον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων τε καὶ ἀρχῶν, μὴ καπηνῆσαι ὀφειλομένων τινῶν λέγω καὶ λογογράφων, ῥητόρων τε καὶ σοφιστῶν, καὶ ἰατρῶν, καὶ ἰατροσοφιστῶν, καὶ ἱερογραμματέων, καὶ λοιπῶν βίβλους. τοῦ δὲ ἔργου προκόπτοντος, καὶ τῶν βιβλίων πολυπραγμονουμένων, ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς τὸν τὴν βιβλιοθήκην πεπιστευμένον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ὅσαι πόσαι δή τινες εἶεν βίβλοι αἱ τὴν βιβλιοθήκην συναχθεῖσαι· ὁ δὲ ἀπεκρίθη τῷ βασιλεῖ, λέγων ὅτι ἤδη εἰσὶ μυριάδες πέντε βιβλίων καὶ πεντακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον ἢ ἔλασσον. ἀκούομεν δὲ ὅτι πολὺ πλῆθος ἐν τῷ κόσμῳ ὑπάρχειν καὶ Αἰθίοψι καὶ Ἰνδοῖς, Πέρσαις τε καὶ Ἐλαμίταις, καὶ Βαβυλωνίοις, Ἀσσυρίοις τε καὶ Χαλδαίοις, καὶ Ῥωμαίοις τε καὶ Φοίνιξι, Σύροις τε καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἔτι Ῥωμαίοις καλουμένοις ἀκμῇ, ἀλλὰ Λατίνοις. ἀλλὰ καὶ καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις

καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὑπαρχούσας βιβλους θείας τῶν προφητῶν διηγουμένους περὶ θεοῦ καὶ τῆς κοσμοποιΐας, καὶ τῆς ἄλλης πάσης κοινωφελοῦς· εἰ οὖν δοκεῖ τῷ κράτει σου, βασιλεῦ, καὶ αὐτὰς μεταστείλασθαι, γράψον τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ διδασκάλοις, καὶ ἀποστελοῦσί σοι, ὅπως καὶ τὰς αὐτὰς βίβλους καταθῶ ἐν τῇ αὐτῇ τῆς σῆς εὐσεβείας βιβλιοθήκῃ· πέπεισται γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐπιθυμεῖν ἔχουσαν τάδε. Βασιλεὺς Πτολεμαῖος τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν Ἰουδαίων, πλεῖστα χαίρειν. Βιβλιοθήκην κατασκευάσας, καὶ πλῆθος συναγαγὼν βιβλίων ἐξ ἑκάστου ἔθνους, ἐν αὐτῇ ἀπεθέμην· ἀκούσας δ' ὡς παρ' ὑμῖν ἐμφέρονται βίβλοι προφητῶν περὶ θεοῦ καὶ κοσμοποιΐας δηλοῦσαι, καὶ ταύτας ταῖς ἄλλαις ἀφιερῶσαι ἐπιθυμῶν, γέγραφα ὅπως ταύτας ἡμῖν ἀποστείλητε· ὅλη γὰρ τιμῆς ἕνεκεν, καὶ ἀπεργίας χάριν, ἵνα κακοηθείας τῆς τοιαύτης αἰτίας, εἰμὶ ἐπιθυμητής, ἀλλὰ ΠΙΣΤΕΩΣ ἕνεκα, καὶ τοῦ περὶ ὑμᾶς Φιλίας, τὴν τούτων αἴτησιν ποιοῦμαι, ἐκ τῆς ὑφ' ἡμῶν περὶ ὑμᾶς γενομένης διαίτης, αἰαμνηθέντες ἔστε· μέμνησθε γὰρ ὡς αἰχμαλώτων πολλῶν ἐκ τῆς ὑμετέρας πατρίδος ληφθέντων, καὶ εἰς Αἴγυπτον τὴν ἡμετέραν πατρίδα ἀχθέντων ἀνῆκα, καὶ μετ' ἐφοδίων πολλῶν, καὶ θεραπείας ἀπὸ τῆς τυχούσης, ἐπιμελησάμην αὐτῶν ἐλευθέρους ἀπέπεμψα. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς πεπληγμένους ἰασάμην ἀνῆκα, καὶ τοὺς γυμνοὺς ἐνέδυσα, καὶ νῦν δὲ τραπέζαν χρυσῆν μετὰ πολυτελεστάτης λιθίας κεκοσμένην, ἐξ ἁλυκῆς παλαίστου φ' αὐτὴ ἡ τραπέζης ληφθείσης ἀπὸ τοῦ ΑΓΙΟΥ ΤΟΠΟΥ ἱεροσολύμων ἀπέστειλα, μετὰ καὶ δώρων καὶ κειμηλίων τῷ ἱερῷ τόπῳ. τούτων οὖν τὴν διήγησιν ἐποιησάμην, ὅπως γνῶτε ὅλη ὑπὸ ἐμοῦ καὶ εὐσεβείας τοὺς βίβλους αἰτῶ· Καὶ ἡ μὲν ἐπιστολὴ ἀπεστάλη, καὶ τὰ ἀπεσταλμένα δῶρα. αὐτοὶ δὲ δεξάμενοι καὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ δῶρα ἀσμένως, μετὰ χαρᾶς εἶχον σφόδρα. Καὶ ἀμελητὶ χρυσοῖς γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς τὰς βίβλους μεταγραψάμενοι τὰς ἤδη μοι προπεταγμένας, ἀπέστειλαν κβ' μὲν τοὺς ἐνδιαθέτους, ἑβδομήκοντα δύο δὲ τοὺς ἀποκρύφους· ὁ δὲ βασιλεὺς κομισάμενος καὶ ἐντυχών, καὶ μεγαλομεγαλοφυΐαν

ἀναγ-

ἀναγκαῖαν τῶν στοιχείων Ἑβραϊκῶν ὑπαρχόντων καὶ διαλέκτῳ Ἑβραϊκῇ γεγραμμένων, δευτέραν ἐπιστολὴν ἀναγκάζεται αὐτοῖς γράψαι, καὶ αἰτῆται ἑρμηνέας τὰς δυναμένας αὐτῷ φράσαι τὰς βίβλους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον διὰ τῶν Ἑβραίων. ἔσχε δὲ ἡ ἐπιστολὴ τάδε.

Ὁ βασιλεὺς Πτολεμαῖος τοῖς τῆς εὐσεβείας διδασκάλοις τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις, πλεῖστα χαίρειν. Ἐσταυρῶ κεκρυμμένῳ, καὶ πηγῆς ἐσφραγισμένης, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; οὕτω καὶ ἡ παρ' ὑμῶν ἀπεσταλμένη ἡμῖν τῶν βιβλίων ἐπόθεσις, ἡμῶν δὲ μὴ δυναμένων ἀναγνῶναι τὰ γράμματα τούτων, εἰς οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν ὑπάρξει· ἀλλὰ καταξιώσατε ἑρμηνέας ἡμῖν ἀποστεῖλαι τοὺς ἀκριβῶς ἐκπεπαιδευμένους, τήν τε τῶν Ἑβραίων καὶ τῶν Ἑλλήνων γλῶτταν· τότε τοὺς ἑβδομήκοντα ἑρμηνέας ἐκλεξάμενοι, οἱ τῶν Ἑβραίων διδάσκαλοι ἀπέστειλαν, κατὰ τὸν τύπον ὃν πρότερον ἐποιήσατο Μωϋσῆς, ἡνίκα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος διὰ τοῦ στόματος Κυρίου, ἀκούσας ὅλου πυρέλαβε μεθ' αὑτοῦ ἄνδρας ἑβδομήκοντα, καὶ ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· αὐτὸς δὲ διὰ τὴν τοῦ τὰς Φυλὰς εἰρήνην, ἵνα μὴ ἐξ ἑνὸς λάβῃ πέντε ἄνδρας, ἐξ ἄλλων ἕξ, καὶ πειθῶσιν ἐν ταῖς Φυλαῖς, διενοήθη μᾶλλον ἑβδομήκοντα δύο διαλαβεῖν, καὶ τῷ ἀριθμῷ τοῦτον ἔθηκεν· τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ, ὡς ἔφην, καὶ τούτους ἀπέστειλαν. οἵτινες ἑρμήνευσαν τὰς βίβλους ἐν τῇ φάρει καλουμένῃ νήσῳ, καθάπερ αὖθις ἐπιμνήσθημεν· καὶ ὅτως αἱ βίβλοι εἰς Ἑλληνίδα ἐκτεθεῖσαι, ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῇ Βρυχίῳ οἰκοδομηθείσῃ· ἐπὶ δὲ ὕστερον ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν τῷ Σεραπίῳ μικροτέρα τῆς πρώτης, ἣ τις καὶ θυγάτηρ ὠνομάσθη αὐτῆς, ἐν ᾗ ἀπετέθησαν αἱ τοῦ Ἀκύλα καὶ Συμμάχου, καὶ τοῦ Θεοδοτίωνος, καὶ τῶν λοιπῶν ἑρμηνεῖαι, μετὰ διακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος, &c.

Ille enim, qui post Ptolemæum secundus Rex erat Alexandriæ Ptolemæus cognominatus Philadelphus, vir elegantiarum eruditarum studiosus & Philologus fuit (seu qui de libenter talibus dissereret.) Qui adornans Bibliothecam in urbe Alexandriâ, in loco qui Bruchium vocabatur, loco urbis qui nunc desertus est;

tra-

tradidit cuidam Demetrio Phalereo iſtam Bibliothecam, mandans ipſi, ut congereret in eam undecunque terrarum libros; ſcripſitque Epiſtolas, atque obſecratus [ſive mavis *obteſtatus*] *omnes orbis noſtri Reges ac reſpublicas, ne morarentur tranſmittere, quorumcunque, ſive Poëtarum, ſive Orationum ſcriptorum, ſive Rhetorum, ſive Sophiſtarum, ſive Medicorum, ſive Medico-Sophiſtarum, ſive Hiſtoricorum, cæterorumve (ſcriptorum) libros. Quumque jam negotium iſtud ſat feliciter procederet, librique jam undecunque congregati eſſent, rogavit Rex illum, cui Bibliothecæ iſtius cura demandata erat, quodam die, quotnam libri jam ſimul eſſent collecti: Ille autem reſpondebat, jam quinque Myriades & ter mille atque octingentos, aut circiter libros collectos eſſe. Sed addebat, audimus, adhuc magnam multitudinem in terrarum orbe reſtare; apud Æthiopas (nempe) & Indos, & Perſas, & Elamitas, & Babylonios, & Aſſyrios, & Chaldæos, & Romanos, & Phœnicios, & Syros; tum & apud illos IN GRÆCIA, QUI NONDUM EXSERTE ROMANI AUDIUNT, SED LATINI. Quin & apud Hieroſolymitanos, & in Judæa, ſunt libri Divini prophetarum, narrantes de CREATIONE MUNDI, ET DE OMNI ALIA in commune utili, DOCTRINA, Si itaque placet poteſtati tuæ, ô Rex, etiam iſtos huc arceſſere, ſcribe ad Magiſtros Hieroſolymæ degentes; & mittent eos tibi, ut ſic illos quoque reponam in pietatis tuæ Bibliothecam.*

Scripſit igitur Rex Epiſtolam ita habentem:

Rex Ptolemæus, Judæis qui Hieroſolymæ ſunt multum ſalvere.

Quum Bibliothecam adornarem, ac jam multitudinem librorum coacervarem, ex omnibus gentibus (libros) in eam repoſui. Audiens vero quod apud vos habeantur libri DE DEO AC CREATIONE MVNDI loquentes; & etiam illos cæteris conſecrare cupiens, ſcripſi ut eos ad me mittatis. Quod enim pretii gratiâ & non ex curioſitate, aut maligno animo, ſimilive cauſa,

cauſa, illos deſiderem, ſed FIDEI *gratia, & ob* AMICITIAM ERGA VOS, *talem petitionem à vobis petam,* EX NOSTRA ERGA VOS *benevolentia vobis recordaturi eſtis. Recordamini enim, quomodo multos captivos è Patria veſtra avectos, & in patriam noſtram Ægyptum tranſlatos dimiſerim, ac cum magnis viaticis, & cura minime vulgari eos liberos abire ſiverim. Quin & vulneratos, prius ſanatos, dimiſi; & nudis veſtimenta dedi: & nunc mitto auream menſam pretioſiſſimis lapidibus ornatam, pondere talentorum quingentorum, pro menſa iſta, quæ* LOCO SANCTO HIEROSOLYMIS ABLATA *fuit; cum donariis ſimul, ac ſupellectile pretioſa, in* SACRI LOCI *uſum. Quorum enarrationem feci, ut cognoſcatis,* me PROPTER PRECES AC PIETATEM *iſtos petere libros. Et hæc quidem Epiſtola mittebatur, ſimul cum miſſis donariis. Ipſi autem lubenti animo accipientes & literas & donaria valde gaviſi ſunt, & cum cura aureis literis iſtos tranſcribentes, quos jam memini, mittebant quidem* 22 CANONICOS; *verum &* 72 *Apocryphos. Quibus acceptis, cum Rex illos inſpiciens legere non valeret, quod literæ eſſent Hebraicæ, atque Hebræa lingua libri conſcripti, ſecundam ad* IPSOS *cogitur ſcribere Epiſtolam; ac poſcere Interpretes, qui valeant ipſi transferre libros iſtos in Græcam dialectum ex Hebræa. Continebat autem illa Epiſtola hæc ſequentia:*

Rex Ptolemæus iſtis qui Hieroſolymis habitant Magiſtris, multum gaudere.

Theſauri occultati, ac fontis obturati, quis amborum uſus? Ita & apud nos valent libri à vobis ad nos tranſmiſſi. Cum enim eorum literas legere nequeamus, ILLI NOBIS NULLI USUI ERUNT. *Sed dignemini mittere ad nos Interpretes, qui accuratè ſunt eruditi, in utraque, tam Hebræa quam Græca lingua.*

Tunc igitur 70 *illos Interpretes, mittebant Hebræorum Ma-*

giſtri, ſecundum typum, quem olim fecerat [in 70 ſuis ſenioribus] Moſes, ut accederet ad Montem, ex Domini mandato; quum audiret (hæc) ſume tecum ſeptuaginta viros, & adſcende in Montem. Ille vero, ob conſervandam inter tribus pacem, ne (ſcilicet) ex aliquibus ſumeret tantum quinque, ex aliis contrà ſex, ſicque factiones & rixas inter Tribus excitaret, voluit potius 72 aſſumere; & [duos] indicato numero ſuperaddere. Eodem igitur modo, ut dixi, etiam illos transmiſerunt, qui verterunt libros iſtos in inſula vocata Pharia, ſicut ſupra indicavimus. Et ita libri, in Græcam linguam tranſlati, depoſiti ſunt in PRIORI ILLA Bibliotheca IN BRUCHIO ædificata. Poſtea autem & alia adornata fuit Bibliotheca, IN SERAPIO, minor illâ priori: quæ etiam filia ISTIUS PRIORIS nominata fuit, In qua locatæ fuerunt verſiones iſtæ AQUILÆ, & SYMMACHI, & THEODOTIONIS, & RELIQUORUM interpretationes; poſt ducenteſimum & quinquageſimum annum.

Circa hæc Epiphanii verba nonnulla notanda veniunt: ac ſuper Bruchio illo; in quo nemo veterum Bibliothecam (ac quidem a Philadelpho adornatam) fuiſſe teſtatur; excepto hoc noſtro Epiphanio.

Ammianus enim ita quidem de Bruchio loquitur: *Ad ultimum multis poſt annis Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapſis, dirutiſque mœnibus, amiſit regionis maximam partem, quæ Bruchium appellabatur, diuturnum præſtantium hominum domicilium.*

Nulla tamen alicujus Bibliothecæ, in hoc Bruchio, facta mentione: quum contra de Serapeo in hunc modum loquatur: *Inter quæ eminet Serapeum: quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis ampliſſimis, & ſpirantibus ſignorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita eſt exornatum, ut poſt Capitolium, quo ſe venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitioſius cernat.*

In

In quo Bibliothecæ fuerunt inæſtimabiles : & loquitur monumentorum veterum concinens fides, ſeptingenta voluminum millia Ptolemæis Regibus vigiliis intentis compoſita, bello Alexandrino, dum diripitur civitas ſub Dictatore Cæſare, conflagraſſe.

Ad quam eandem in Serapeo, Bibliothecam & Seneca & Gellius reſpiciunt. Quorum poſterior lib. VI. cap. 17. ita loquitur : *Ingens poſtea numerus librorum in Ægypto à Ptolemæis regibus vel conquiſitus, vel confectus eſt, ad millia ferme voluminum ſeptingenta. Sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non ſponte, neque opera conſultâ, ſed à militibus forte auxiliariis, incenſa fuit.* Prior vero, libro de Tranquillitate animi, cap. 9. *Quadringenta millia librorum Alexandriæ arſerunt, pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum. Alius laudaverit, ſicut Livius, qui ELEGANTIÆ REGUM CURÆQUE EGREGIUM ID OPUS ait fuiſſe. Non fuit elegantia illud, aut cura, ſed ſtudioſa luxuria.*

Quum autem hæc quadringenta millia voluminum ita extollat, num de *Bruchio* aliquid ſomniaſſe potuit; ac quidem ut matre illius in *Serapeo* Bibliothecæ ? Quod autem hic Seneca tantummodo quadringenta, non ſeptingenta, volumina memoret, dubitationem injicere queat, non totam illam Bibliothecam, in iſto incendio exuſtam fuiſſe. Magis tamen apparere videtur Senecam de tota Bibliotheca fuiſſe locutum : atque exinde veteres circa numerum horum ſive librorum, ſive voluminum, diſcrepaſſe. Quod ut melius appareat, inſpiciat Lector hic quoque Oroſium.

Porro Verſionem illam in Serapeo ſervatam fuiſſe, hiſce aſſerit Tertullianus, in Apologetico (cap. 18.) *Hodie apud Serapeum Ptolemæi Bibliotheca cum ipſis Hebraicis literis ſervatur.*

Quæ Tertulliani verba indicare videntur, non ſolam il-

lam prætenſam ſeptuaginta-viralem] verſionem, verum & illud eo tranſmiſſum Hebraicum exemplar ibi, in Serapeo, fuiſſe ſervatum. An autem id ex iſto, ſub Cæſare Dictatore, incendio ſuperfuerit, an vero poſt inſtauratam Bibliothecam, aliud quoddam ibi repoſitum fuerit, Lectori judicandum relinquo.

De iſto tamen veteri exemplari Tertullianus clarè ſatis loqui videtur. Interim extitiſſe in illa poſteriori Bibliotheca, aliquod exemplar Hebraicum (ſimul & cum Græco) negare nolim. Quod tamen non conficit illud fuiſſe eo Hieroſolymis, ex petitione tali, ut volunt, Philadelphi, ac quidem per 70 Interpretes (aut in anteceſſum) tranſportatum. Præcipue, ſi ſtatuamus, ipſorum ſingulos ſibi ſingula exemplaria vertenda habuiſſe: unde & 70 (aut ſi mavis 72) exemplaria tranſvexerint: vel ſaltem (ſi Epiphanio de 36 cellulis loquenti fidem tribuimus) triginta ſex: niſi ibi in Ægypto, antequam ad verſionem ſeſe accingerent, ſinguli ſuum ſibi proprium exemplar (ac quidem accuratiſſimè) transſcripſerint: quod tamen nullus ex Ariſtæiſtis (ut ipſos ita appellem) tradidit.

Verum enim vero, ſecundum noſtrum Epiphanium, *Ptolemæus obteſtatus* (ſive, ſi id mavis *obſecratus*) *eſt omnes orbis noſtri Reges & reſpublicas*, &c. Et tamen omittit noſter *Æthiopes*, & *Indos*, & *Perſas*, & *Elamitas*, & *Babylonios*, & *Romanos*, & *Phœnicios*, & *Græcos qui nondum exſertè Romani audiunt*, *ſed Latini* [ſuper quibus Græcis Eruditiſſimus Hody legendus eſt, ut qui illa optime refutat] & apud *Hieroſolymitanos*, & in *Judæa* quaſi hæc non eatenus eadem eſſent.

At iſtæ gentes, ante admonitiones Demetrii, vel incognitæ plane, vel ἀδηλ' ἐν λόγῳ ἀδηλ' ἐν ἀριθμῷ huic Philadelpho, ſecundum Epiphanium, fuiſſe videntur. Ac ne quidem poſt iſtam commemorationem; quod ad ſolos *Hieroſolymitanos* ſe convertat.

Verum

Verum alia causa forsan fuberat; quod nempe illi *Libros* possiderent, qui de *Deo* ac *Creatione Mundi* loquerentur. Si autem nullos alios requisivit, non comprehendo unde tantam multitudinem collegerit: aut si quoque alios (uti de Oratoribus, de Poëtis, &c. ipse Epiphanius loquitur) non video cur solos Judæos Hierosolymitanos, neglectis cæteris adierit, nisi forsan quod tanta pietate Zelo, ac fide, illos Demetrius commendaverit, ut & ipse (sicut postea Agrippa fere Christianus) pene Judæus factus fuerit: hincque cæteros omiserit: cum tamen tantus Serapidis cultor esset.

Quanta autem aliàs in existimatione apud Macedones Judæi essent, alibi ex Tacito ostendo. Attamen ille se ad *Hierosolymitanos Magistros* (præterito sic, quem omnes hîc asserunt, (Eleazaro) convertit: ob libros illos de Deo ac Creatione mundi loquentes: quasi neque Ocellus Lucanus vetustissimus scriptor [quem tamen nunc solummodo suppositititium, sicut Hermem Trismegistum aliosque, habemus] nec Plato, neque alii antiquiores, ut Thales, Pythagoras, Empedocles, Anexagoras, Aneximander, multique alii jam aut diu admodum aut brevi ante Philadelphi ætatem de istis rebus scripsissent; sicut tamen id clare, cum ex Plutarcho *de Placitis Philosophorum*, tum ex Laërtio, tum denique ex aliis perspici potest.

At quod Divinos istos libros agnosceret; inde non ob curiositatem, sed ob *fidem* & ob *pietatem*, & ob *preces* scilicet, eos tam maxime desideravit, tantoque cum honore ac reverentia accepit: quod crederet, nimirum, Deo isti, de quo libri illi scribebant.

Quis autem cogitasset tantam *Fidem* repertam fuisse, in homine tanto Serapis cultore, talibusque moribus vitaque contaminato; sicut ipsum ex antiquis scriptoribus alibi depingo?

Quin & de ἁγίῳ τόπῳ, pro templo, loquitur. Qui loquendi modus mere Chriſtianus eſt : niſi quod inter Helleniſtas Judæos (poſteriores ſc.) etiam obtinere potuerit. Interim nullibi, quod ſciam iſta phraſeologia nobis occurrit, niſi apud Evangeliſtas, cum in ipſis Euangeliis, tum in Actis Apoſtolorum ; ut ex. gr. apud Matth. c. XXIV. v. 15. Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ Δανιὴλ τοῦ προφήτου ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ & Act. VI. v. 13. Κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, καὶ τοῦ νόμου. Uti & Act. XXI. v. 28. Καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον. Sicque utitur voce *Fides* non eo ſenſu quo apud Ethnicos ſcriptores venit, ſed quo ſcriptores Euangelici, & Apoſtoli, cæterique hinc Chriſtiani eo pro perſuaſione, ac fide in Deum utuntur.

Videmus itaque ſatis clare, ut puto, ſcriptorem hunc, ſeu Pſeudariſteam Epiphanianum, fuiſſe Chriſtiani nominis aliquem; ex iſtorum, videlicet, numero, qui nobis bella iſta Apocrypha (de quibus cum ex Gelaſio, tum & ex aliis, alibi loquor) procuderunt, ut ſectæ ſuæ, ac doctrinæ per hujuſmodi pias fraudes, (ſplendida potius mendacia) patrocinium quærerent.

Præterea, pro una aliorum, hic duas habemus Epiſtolas diverſo tempore, diverſaque ex cauſa conſcriptas ; ac nullatenus cum iſta noſtri Ariſteæ concordantes. Prior namque deſiderat ſimpliciter libros; minime vero Interpretes. Altera poſt libros aureis literis conſcriptos, eo tranſmiſſos atque acceptos, poſtulat Interpretes; quod Rex illos talibus literis conſcriptos legere non valeret. Nempe inter tot numero Judæos in Ægypto degentes, nulli reperiri poterant, qui Hebraice callerent : quum tamen poſt Verſionis lectionem omnes ibi Alexandriæ degentes Judæi teſtarentur, verſionem illam accuratè peractam fuiſſe.

Hinc enim ab Hieroſolymitanis, ac quidem ex unaquaque Tribu ſex Interpretes tranſmittendi erant : quod quidem

dem ita curabant iſti Magiſtri, ne inter Tribus (quaſi illæ decem quæ à Salmanaſſare avectæ, & nunquam reverſæ ſunt, adhuc integræ ibi reſtitiſſent) rixæ ac diſſidia orirentur : quod & aliud bellum commentum eſt

Interim totus ille ſummus ſacerdos Eleazarus, qui aliàs à cæteris omnibus nominatur : ut ad quem, non ad Magiſtros, (ſive mavis Synedrium) ſcripſerat Ptolemæus, hic omittitur : quaſi nullus Pontifex, tum fuiſſet in Iſraële. An autem tunc Pontifex eo nomine appellatus Hieroſolymis ſederit, alii non injuria dubitant. Verum hoc jam non agimus.

Denique plura poſſent circa hæc Epiphanii verba notari ; ut unde iſte Ptolemæus reſciverit de menſa Hieroſolymis avecta, quam reſtituere ſic volebat : & tamen nihil de Arca fœderis, quæ longe majoris Sanctitatis fuerat, ac longe majoris famæ eſſe neceſſario debuit; & quæ æque avecta neque unquam reverſa fuerat.

At Chriſtianus ille, ſeu mavis *Verpulus* eſuriens, ex poſterioribus iſtis Alexandrinis Pſeudariſteæ æmulis, magis de pane anxius fuiſſe videtur, quam de Arca fœderis, cum Cherubim ipſi incumbentibus. Sicut & noſter Ariſteas: qui menſam iſtam maximis ſumptibus, auro, lapillis, &c. exornat.

Miſerunt autem hi Magiſtri Hieroſolymitani (quod nullus tamen alius prodidit) ſimul cum 22 illis Canonicis libris, etiam 72 Apocryphos; qui numerus 72 verpis maxime placuiſſe videtur. Nam 72 duo Interpretes ſpatio 72 dierum libros Biblicos verterunt; tum & 72 duos Apocryphos (ne plura de hoc numero congeram) cum Canonicis apportarunt.

Aſt unde prodierunt, quæſo, iſti 72 libri Apocryphi, ac quidem Hebraicè conſcripti? qualeſque ipſi fuerunt? Illine etiam majora quam de Deo ac Creatione loeuti

cuti ſunt; aut de Angelis Gregoris, ſimilibuſque, de quibus ac qualibus liber iſte Enochi, cujus fragmentum adhuc exſtat: ita ut & iſte illis annumerandus ſit? Neſcio interim an hi libri etiam vertendi erant, eo quod Rex nec illos legere valeret. Quum alioquin libri Apocryphi, quos nunc habemus, non Hebræa, ſed Græca lingua conſcripti ſint; excepto IV. Eſdræ libro: qui æque de 70 Apocryphis per Eſdram reſtitutis nugatur. Ait enim ille: *Sic per QUADRAGINTA DIES SCRIPTI FUERUNT libri ducenti quatuor. Fuit autem completis quadraginta diebus, ut loqueretur Altiſſimus, dicens: Quæ priora ſcripſiſti propone palam, ut legant digni & indigni* [hi itaque fuerint Canonici 134 numero, loco 22 quos nunc habemus] *Poſteriores vero 70 conſerva, ut tradas eos ſapientibus in populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen.*

Ad quæ notat doctiſſimus Theologus Franciſcus Junius: *Nempe* 136 [dicere debuerat, ſed forſan vitium typographicum eſt 134] *libri documentorum; quos ego quidem minime deſideraverim; & 70 Libri Myſteriorum: quibus forte Elixir oſtendebatur Chymiſticis, & quintæ eſſentiæ perveſtigandæ ratio.*

Addit namque ſcriptor, (ut vidimus) *in his eſt vena intellectûs*, &c.

Nec dubitandum eſt, quin inter illos fuerint libri Adami, quem quidam ciniflones primum Chymicum ponunt, ac Chymiæ Magiſtrum: ſicut Georgius Hornius primum Philoſophiæ; atque alius Germanus, in tractatu de Academiis Antediluvianis, primum Theologiæ profeſſorem: Academias namque ille erexit. *Credimus? an qui ita amant*, &c. Alii autem non eò aſcendentes ad Tubalcainum ipſius Chymiæ inventionem referunt, ut qui primus Metalla; adeoque & ſine dubio ipſorum tranſmutationem, tractaverit. *Magiſter*

giſter enim *erat æris & ferri.* Geneſ. IV. v. 22. Alii autem Chymicarum deſtillationum initia à Patriarchis deducunt: ac quidem bello argumento; nec dubito quin omnibus cordatis ſatis ridiculo.

Hermes certe Triſmegiſtus, qui & ipſum Noachum, ſed poſt Diluvium, audivit (ac forſan de Chymia differentem) maximus fere omnibus Chymicorum patronus audit: ac *Tabula* iſta *Smaragdina* dicta, quæ in Valle Hebron poſt Diluvium fuit inventa, apud omnes Chymicos, metallorum tranſmutatores, ſummæ auctoritatis eſt.

Sequitur *Moſes in omni Ægyptiorum doctrina eruditus.* Ægyptios autem ſummos Chymicos fuiſſe vel ex eo diſcamus, quod Diocletianus ipſorum libros Chymicos, quoniam inde ita diteſcebant, ut ſemper contra Romanos rebellarent, comburi juſſerit. Hic Moſes itaque Chymicus fuit, ac quidem ſummus: ſicut id inde patet, quod ex *Vitulo aureo fecerit Aurum potabile*, idque filiis Iſraëlis bibendum tradiderit. Quod ſane ſine arte Chymica, ac quidem ſumma, fieri nequit.

Quibus tandem accedat Mirjam illa ſoror Moſis. Illius enim Liber de *Practica Mariæ Prophetiſſæ ſororis Moſis*, oſtentatur. Ac tandem poſtremo (ne ulterius hujuſmodi nugis Lectorem detineam) *Salomon Rex.* Ne enim alia argumenta adducam, in ipſius *Cantico Canticorum* ſumma Chymiæ Arcana latent. Sponſus namque ibi eſt *Aurum*, ſponſa *Argentum*: ac quando dicitur: *Nigra ſum ſed formoſa*, tum *caput corvi* intelligendum putant Chymici; quod id foris nigrum ſit, intus vero divitiis plenum: per *Turturis collum* varietatem colorum, & *Pavonis caudam* explicant: per *hyemem* tempus putrefactionis; per *imbrem* imbibitionem; per *flores* & *roſas albas & rubras*, colorem album & rubrum in Lapide: per *Amiſſionem* verò *dilecti*, auri occultationem intelligi opinantur. Quorum plurima fateor me debere Do-

ctiſſimo noſtro Medico Danieli Sennerto; ex Cap. III. *de Inventione & cultoribus Chymiæ* : licet aliàs & ipſe circa illa nonnulla obſervaverim.

Quis ergo, mi Lector, ex tot (prætenſis) ſcriptoribus, ac quidem ſacris, non extundat 70 Apocryphos libros, ſolis Sapientibus, i.e. *illuminatis*, *filiis lucis*, aut *adeptis* quoque [talibus namque appellationibus dignantur hi ciniflones, metallorumve tranſmutatores, ſuos coryphæos] tradendos?

Sed rurſus paulo propius accedamus ad noſtros Interpretes; ac cauſam cur hos acciverit Ptolemæus, tantis in id factis ſumptibus, ac tanto cum ambitu, uti ſtatim ex donariis videbimus. Erat nempe illa ſecundum noſtrum Ariſteam, *quod Judæis ubicunque habitantibus; etiam poſt futuris* (quod poſterius tamen Fl. Joſephus omittit) *gratificari vellet*. Ubi, interim, Euſebius, dum hanc Ptolemæi Epiſtolam affert, præter alia nimis audacter immutata, loco horum verborum, βελομένων ὑμῶν καὶ τούτοις χαρίζεσθαι, *cum nos illis gratificari vellemus*, (nimirum Judæis) habet, σὶ χαρίζεσθαι, Eleazaro ſcilicet. Verum hæc in tranſitu. Iſte igitur Philadelphus, *ut Judæis* (aut ſi mavis Eleazaro) *gratificaretur* tantas impenſas fecit.

Juſtinus Martyr vero aliam cauſam reddit; quod, nempe, *audiviſſet ANTIQUAS HISTORIAS Hebraicis literis conſcriptas apud Judæos conſervari; eaſque ille cognoſcere vellet, ſeptuaginta Interpretibus mandaſſe, &c.* Non itaque ob Leges Divinas, (librorumve Divinitatem) quas tanto verborum ornatu Demetrius Regi commendaverat; ac quidem teſte ſimul Epiphanii Ariſtea.

Verba Juſtini, in Cohortatione ad Græcos ſunt : Εἰ δέ τις φάσκει τὴν τῦ Μωϋσέως καὶ τ' ἄλλων προφητῶν πῖς τῶν Ἑλλήνων μεταφράσθαι μέμφεσθαι, γνώτω ταῖς ἔξωθεν ἐντυχὼν ἱστορίαις, ὅτι Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, βιβλιοθήκην ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, καὶ πανταχόθεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ πληρώσας αὐτὴν,

ἔπειτα

ἔπειτα μαθὼν ὁλὴ ἀρχαίας ἱερείας τῆς τ Ἑβραίων γράμμασι γεγραμμένας σάζεσθαι ἀκριβῶς συμβαίνει, γνῶναι τὰ γεγραμμένα βιβλόμενον, σοφὸς ἄνδρας ἑβδομήκοντα, τὰς καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ Ἑβραίων διάλεκτον εἰδότας, ἑρμηνεῦσαι αὐτοῖς τὰς βίβλους προστάξειν, ἀπὸ τ Ἱερουσαλὴμ μεταπεμπόμενον· καὶ ἵνα πάσης ὀχλήσεως ἐκτὸς ὄντες θᾶττον ἑρμηνεύσωσι, προστάξειν αὐτοῖς μὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἀλλὰ ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων, ἔνθα τὴν Φάρον ᾠκοδομῆσθαι συμβαίνει, ἰσαρίθμως τῶν ἑρμηνευόντων οἰκίσκους ἡμέρας μικρὰς, ὅπου τῷ ἑκάστῳ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ἑρμήνειαν πληρῶσαι· προστάξας τοῖς ἐφεστῶσιν ὑπηρέταις, πάσης μὲν αὐτοὺς θεραπείας τυγχάνειν, ἐργάσθαι δὲ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, ἵνα τὸ τ ἑρμηνείας ἀκριβὲς, καὶ διὰ τ τούτων συμφωνίας γνωσθῆναι δυνηθῇ· ἐπεὶ ὃ ἔγνω τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μὴ μόνον τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρησαμένους, καὶ μηδὲ ἄχρι μιᾶς λέξεως τ πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας διημαρτηκότας, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ καὶ πρὸς τ αὐτῶν γεγραφότας, ἐκπλαγεὶς, καὶ θείᾳ δυνάμει τὴν ἑρμηνείαν γεγράφθαι πιστεύσας, πάσης μὲν τιμῆς ἀξίους αὐτοὺς, ὡς θεοφιλεῖς ἄνδρας διέγνω· μετὰ πολλῶν δ' δώρων αὐτοὺς εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ἐπανελθεῖν προστάξε· τοὺς δ' βίβλους θαυμάσας, ὡς εἰκὸς, καὶ σεβισάμενος, ἐκεῖσε ἀνέθηκε. ταῦτα μὲν μύθου ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γεγόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ πυθόμενοι τ ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκριβοῦσι, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ δ' καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τ πρὸς τούτων ἱστορησάντων σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνος τε Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Quod si quis asseveret, Mosis quoque & aliorum Prophetarum scripta Græcis edita esse literis: ex historiarum externarum lectione id discet, Ægypti Regem Ptolemæum Bibliothecam Alexandriæ instituisse, & undecunque libris comportatis

compleviſſe : eundemque, ubi cognoviſſet, libros antiquas hiſtorias complectentes & Hebræorum conſcriptos literis, diligenter aſſervari, cognoſcere ea ſcripta volentem, ſeptuaginta ſapientibus viris Græcæ ſimul & Hebraicæ linguæ peritis, vertendorum interpretatione eorum librorum laborem demandaſſe, ab ipſis Hieroſolymis accitis. Atque ut illi extra omnem turbam conſtituti, primo quoque tempore interpretationem abſolverent, non in urbe ipſa, ſed ſeptem ab ea ſtudiis, ubi Pharos exſtructa eſt, pari cum interpretibus numero domunculas exſtrui præcepiſſe, ut ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret : Illa quoque cura, qui operam eis dare juſſi fuerunt mandata, ut omnibus quidem modis ipſis inſervirent, à congreſſu autem illos mutuo prohiberent : quo exquiſita interpretationis veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Et cognito, ſeptuaginta iſtos viros non ſolum eadem ſententia, verum etiam iiſdem eſſe verbis in tranſlatione uſos, ac ne una quidem dictione alium ab alio diſſenſiſſe (uſque adeo eadem de iiſdem, omnia conſcripſerant) admiratione attonitum, cum divina virtute interpretationem abſolutam eſſe credentem ; tum quovis honore dignos illos, ut Dei amantes, & viciſſim Deo caros judicantem, cum muneribus multis in patriam ſuam redire, juſſiſſe : ac libros, ita ut par erat, exoſculatum eſſe, & DEO conſecratos in Bibliotheca ibi repoſuiſſe. Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam renunciamus : Sed qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus : ab incolis qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus : quæ ex aliis quoque intelligere poteſtis, & potiſſimum ex eis, qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, Philone & Joſepho, & pluribus aliis.

At certe longe aliter loquitur in ſecunda ſua, pro Chriſtianis, Apologia; nempe hoc modo : Ὅτι δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αιγυ-

Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατασκεύασε, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειρᾶτο, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, πρεσβεύσαι τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι, ἀξιῶν ἑξαπτερυγίαν αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν· καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρῴδης τῇ προειρημένῃ Ἡβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τὰς μεταβαλλομένας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι, καὶ τοῦτο γενόμενον, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ παντα χοῦ πᾶσιν εἰσὶ Ἰουδαίοις. *Cum autem Ptolemæus Ægyptiorum Rex Bibliothecam inſtitueret, & hominum omnium ſcripta comportare conaretur, de Prophetiis hiſce quoque certior factus, ad HERODEM JUDÆORUM TUM REGEM miſit, copiam ſibi PROPHETARUM LIBRORUM fieri petens: ac Rex quidem Herodes illos, qua diximus Hebraica lingua conſcriptos, ad eum tranſmiſit. Verum cum Ægyptiis incognita eſſent quæ ſcripta erant, denuo legatione miſſa illum rogavit, ut ad ſe qui libros eos in Græcum transferrent ſermonem, homines mitteret. Atque hoc ſic facto, libri apud Ægyptios permanſere ad hodiernum uſque diem. Et ſunt etiam apud omnes ubique Judæos.*

CAPUT VIII.

Ulterius ſuper Juſtini relationibus, cum ex Cohortatione ad Græcos tum ex Apologia ſecunda, diſſeritur. Ptolemæum libros illos Deo (at cuinam, aut quali?) conſecraſſe, &c. Quam male hîc Juſtinus & ſecum, & cum aliis, (Philone aliiſque) conſentiat, tam circa regem Herodem, quam circa alia. Reditur hinc ad Ptolemæi Pietatem ac Zelum erga Legem Divinam. Philonis, Tertulliani atque Irenæi circa hæc teſtimonia, &c.

COnſideremus jam obiter, atque inter ſe comparemus, hæc Juſtini verba. In *Cohortatione* ad Gentes, is ſolummodo libros *Hiſtorias antiquas* continentes memorat. In *Apologia* vero tantum *libros Propheticos*. Qui ta-

tamen (niſi hîc ſolum Pentateuchum quis intelligat) nondum, (ut jam alibi oſtendi,) ante Antiochum Epiphanem publice legebantur: ac nullis, præterquam Sacerdotibus (nec tamen, ut puto, omnibus) adhuc noti erant. Secundò Ptolemeum, cum vellet cognoſcere illa ſcripta, illud onus iſta vertendi 70 viris, quos Hieroſolymis acciverat, mandaſſe.

Interim hîc non exprimitur, an illi libros iſtos ſecum apportaverint, an vero eos jam præmiſſos ibi in linguam Græcam converterint. Aſt in *Apologia ſecunda* primùm *rogavit Herodem*, ut mitteret libros Hebræos: tum poſtea, quum illos ita legere, & intelligere, non valeret (quaſi nulli plane in Ægypto fuiſſent Judæi qui Hebraicè calluiſſent, quibusve fidere auſus fuiſſet) ab eodem *Herode* interpretes Hieroſolymis mittendos rogavit: quos quoque is ipſi miſerit. Si autem id factum fuit ob libros Hiſtoricos, ut Hiſtoricos, certe nimis laborioſe, iſtam quæſivit, tali modo, verſionem: ſi vero, quod tanta pietate ac Zelo affectus eſſet erga libros Propheticos ac Divinos, (ut qui tales, etiam ante lecturam, & ex ſola fama, aut commendatione Demetrii, qui nec ipſe melius edoctus de illis erat, ab ipſo agnoſcebantur) reperimus hîc ſane Regem proſelytum Judaicum. Ac mirum videri queat poſteros ipſi Ptolemæos, qui jam, ex verſione iſta, Scripturas illas adhuc melius noſcere, atque inde agnoſcere, debuerant, eas tam male neglexiſſe, atque in Judaica religione (ſaltem affectu erga illam) non permanſiſſe; ſed è contrario Idololatras: niſi quod minori pietate fuerint, quam ille fratricida atque inceſtus (ne nunc plura addam) Philadelphus.

Verum etiam ille hos libros *conſecravit Deo*. At cui Deo, quæſo? cum illas in Templum *Serapidis* ſui (quem tanto cum ambitu ac pompa in Alexandrinam urbem invexerat) ſaltem in porticum iſtius Templi (quod tanto cum Zelo Chriſtiani ſub Theodoſio ſubruerunt) repoſuerit. Itane igitur tantus

tantus Dei *Serapidis* cultor, qualis alibi deſcribitur, tam pius erga verum Deum, & Deum quidem Judæorum, (qui teſte Tacito, ſub Macedonibus *peſſima pars ſervientium* audiebant) fuit, ut *cum Divina virtute interpretationem illam abſolutam eſſe crederet?*

Denique, quando, de 70 domunculis locutus, provocat ad Philonem ac Joſephum [Ariſteam autem noſtrum nunquam conſpexiſſe, nedum inſpexiſſe, videtur] non animadvertit illos nullo modo de 70 ſive cellulis, ſive domunculis, talive ab invicem ſeparatione ſomniaſſe.

Porro, in Apologia illa ſecunda, traditionem illam, ex qua Epiphanii Ariſteas confictus fuit, pro magna ſaltem parte, ſecutus eſt. Nam clare exprimit Ptolemæum prima vice ſolos libros expetiiſſe : ſecundâ vero, ut vidimus, petiit Interpretes. Non tamen in illa poſcit 70 numero interpretes, ſed ut homines ad ſe Herodes mitteret, qui libros iſtos in Græcam linguam transferrent : domuncularum iſtarum *mendacio* (uti bene Hieronymus) *exſtructarum*, ſeparationiſve ab invicem, &c. nulla jam factâ mentione.

Hæc ſane multum inter ſe diſcrepant : & neque Philo, neque Joſephus, neque ipſe noſter Ariſteas; neque, poſt illos omnes, Hieronymus (qui etiam iſtum Epiphanii Ariſteam ignoraſſe, aut nulla commemoratione dignum cenſuiſſe videtur : quamvis Auguſtinus eum agnoſcat) aliud præter unam Baſilicam, in quo ſimul convenerint, ſimulque conferendo libros iſtos in linguam Græcam verterint, agnoſcunt.

Præterea noſtro Juſtino nec cum ipſo Epiphanii Ariſtea convenit : dum is Ptolemæum ad *Judæorum Magiſtros* [intelligamus hîc Synedrium magnum] Juſtinus vero ad Herodem Judæorum regem : Auguſtinus denique ad Eleazarum; tunc, uti prætenditur Pontificem (nam adhuc ſub judice

Judice lis eſt) ſcripſiſſe, (ne de Gorionide, quod is infra locum reperturus ſit, loquar) perhibet. Ita enim Auguſtinus Lib. XVIII. cap. De Civitate Dei : *Petivitque ab Eleazaro tunc Pontifice, dari ſibi ſcripturas, quas profectò, FAMA PRÆDICANTE DIVINAS, concupiverat habere in Bibliotheca, quam nobiliſſimam fecerat. Has ei cum idem Pontifex miſiſſet Hebræas, POST ETIAM ille Interpretes poſtulavit, & dati ſunt ei 72, de ſingulis 12 Tribubus ſeni, homines linguæ utriuſque doctiſſimi, Hebrææ ſcilicet atque Græcæ.*

At Philo hîc & Pontificem & Regem ſimul reperit; ut rem ita in majus exaggeret. Quamvis contra numerum interpretum non exprimat; aut aliquid de 12 Tribubus addat. Ille igitur poſt immenſas laudes, ac quæ vix homini competunt, Ptolemæo tributas, ita loquitur : ὁδὴ πιθὸς ζήλου καὶ πόθου λαβὼν τὴ νομοθεσίας ἡμῶν, εἰς Ἑλλάδα γλῶτταν τὴν Χαλδαϊκὴν μεθαρμόζεσθαι διενοεῖτο. καὶ πέμπει εὐθὺς ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῶν Ἰουδαίας ἀρχιερέα καὶ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν· τὸ τε βούλημα δηλῶν, καὶ παρεπόπων ἀμιγίνδην ἐλέσθαι τοὺς τὸν νόμον διερμηνεύσοντας· ὁ δὲ οἷα εἰκὸς, ἡσθεὶς καὶ νομίσας οὐκ ἄνευ θείας ἐπιφροσύνης πρᾶγμα τὸ πιθανὸν ἔργον ἐπιτελεσθήναι τὴν βασιλέα, σκεψάμενος τοὺς παρ' αὐτῷ δοκιμωτάτους Ἑβραίων, οἱ πρὸς τῇ πατρίᾳ καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἐπεπαιδεύοντο παιδείαν, ἄνδρας ἑξήκοντα· ὡς δ' ἦκον, ὅτι ξενίαν κληθέντες λόγοις ἁρμόττουσι καὶ πατρίοις τὴν ἑστίασιν εὐαίχην αἰτησάμενος. *Ille cum talis eſſet, CUPIDINE ac ZELO accenſus Legis noſtræ, eam ex CHALDAICA lingua in Græcam transferre ſtuduit: & quidem ſtatim legatos miſit ad Pontificem & REGEM JUDÆORUM (namque is unus idemque erat) atque aperiens voluntatem ſuam, & exhortans ut ex optimis aptiſſimiſque eligeret, qui Legem ita interpretarentur. Ille vero, ut oportebat ſane, lætatus, atque exiſtimans tale negotium non ſine voluntate ac directione divina ita ſtudioſe peragi; circumſpiciens atque eligens illos*

illos qui apud ipſum probatiſſimi [doctrina] *Judæorum eſſent, quique præter patriam etiam Græcam edocti eſſent eruditionem; lubenti animo illos miſit. Ut autem eo pervenerant, &c.*

Mirum, ſane permirum, hunc Philonem qui tanta cum pompa hos Interpretes adornat ac tranſmittit (ſicut & infra ulterius videbimus) nihil in tota hâc ſua Hiſtoria de 70 vel 72, ac quidem ex ſingulis Tribubus eligendis memoraſſe. Quare exiſtimem plane hanc traditiuncuiam, ſeu potius fabellam, Philone poſteriorem eſſe.

De tali autem pietate ac Zelo, & veneratione Philadelphi, circa libros iſtos (quos alii præterea aureis literis deſcriptos confingunt) nihil plane Tertullianus commemorat: ſed ſicuti Juſtinus, in *Cohortatione ad Gentes*, de antiquis Hiſtoriis Hebraicis literis conſcriptis ſolummodo loquitur; ita ille, hanc fere cauſam ſtatuit, his verbis: *Cum* [Ptolemæus] *ſtudio Bibliothecarum Piſiſtratum (ut opinor) æmularetur, inter cætera memoriarum* [quas pro hiſtoriis capio] *quibus aut VETUSTAS, aut CURIOSITAS aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrii Phalerei grammaticorum tunc probatiſſimi, cui præfecturam mandaverat, libros à Judæis quoque poſtulavit, proprias ſcilicet & vernaculas literas, quas ſoli habebant* [ergo omnes in Ægypto Judæi Hebraicis exemplaribus carebant: cum tamen poſt peractam, ac prælectam verſionem exclamarent unanimiter, accuratiſſime illam eſſe perfectam] *Ex ipſis enim, & ad ipſos ſemper Prophetæ peroraverant. ..... Sed ne notitiâ vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Judæis ſubſcriptum eſt ſeptuaginta duobus Interpretibus INDULTIS: quos Mendemus quoque Philoſophus, providentiæ vindex, de ſententiæ communione ſuſpexit. Affirmavit hæc vobis etiam Ariſtæas, ita* [forſan legendum eſt *Qui*] *in Græcum ſtilum ex aperto monumenta reliquit. Hodie* [forſan *hodieque*] *apud Serapæum Ptolemæi Bibliothecæ cum ipſis Hebraicis literis exhibentur.* Non ſola ſcilicet verſio;

ſed & ipſum Hebraicum exemplar.

Interim neque ille, neque Irenæus, de Tribubus 12 (ſicut nec Juſtinus in Cohortatione ad Græcos) aliquid addunt. Circa quas tamen tam anxius fuit (ut jam vidimus) Epiphanius. Neque aliter Clemens Alexandrinus, qui cum Irenæo pene per omnia concordat. Namque & Ptolemæo Lago, æque atque Irenæus, hanc curam attribuit (quamvis aliquomodo dubitabundus) hincque ita loquitur : Ἑρμωδθῆναι δὲ τὰς γραφὰς, τὰς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικὰς ὑπὸ τῶν Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἢ ὥς τινες, ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος· τὴν μεγίστην φιλοτιμίαν εἰς τοῦτο προσενεγκαμένου Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῶς πραγματευσαμένου· ἔτι γὰρ Μακεδόνων τὴν Ἀσίαν κατεχόντων, φιλοτιμούμενον ὁ βασιλεὺς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς αὐτὸν γνωσθεῖσαν βιβλιοθήκην πάσαις κατακοσμῆσαι γραφαῖς, ἠξίωσε καὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας τὰς παρ' αὐτοῖς προφητείας εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον ἑρμηνεῦσαι· ἰδὲ, ἅπερ ἔτι ὑπακούοντες Μακεδόσι, τῶν παρ' αὐτοῖς εὐδοκιμωτάτων περὶ τὰς γραφὰς ἐμπείρους, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν εἰδήμονας ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἐκλεξάμενοι, ἀπέστειλαν αὐτῷ μετὰ καὶ τῶν θείων βίβλων. Ita ille primo στρωμάτων libro. Quæ in linguam verſa Latinam ita habent : *Verſas fuiſſe (ſacras) Scripturas cum Legis tum & Prophetarum ex lingua Hebraica in linguam Græcam dicunt ſub Ptolemæo Lagi; vel, ut nonnulli volunt, ſub illo qui Philadelphus cognominatus fuit : quando & maximum ſtudium ad id applicaverit Demetrius Phalereus, & quæ ad interpretationem faciebant accurate elaboraret. Etenim tunc adhuc Macedonibus Aſiæ imperium tenentibus, Rex cum ſtudio conatus ut Bibliothecam, quæ erat Alexandriæ & jam ſub ejus poteſtatem venerat, cunctis Scriptorum libris adornaret; voluit ut & Judæi Prophetias illas quæ apud ipſos erant in Græcam linguam verterent. Illi vero (ut qui ſuberant Macedo-*

num

num imperio) eligentes 70 viros, ex illis qui apud ipsos optimæ famæ erant ac circa Scripturas versatissimi, mittebant ipsos simul cum Divinis libris.

Interim verba illa, τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς αὐτὸν γενομένην indicare videntur, hanc Bibliothecam jam non ab ipso primo institutam fuisse : sed ab alio ad eum illam, sive hæreditario jure, sive aliter, deveniſſe. Neque hinc multum abludit ista phrasiologia apud Cebetem, in Tabula, πρὸς ἰατρὸν γίνεσθαι.

Verum hæc non magni ponderis sunt circa hanc quæstionem. Irenæus autem ita loquitur : *Ptolemæus LAGI FILIUS cupiens eam Bibliothecam, quæ à se fabricata esset in Alexandria, omnium hominum dignis conscriptionibus compleri, petiit à Hierosolymis in Græcum sermonem* [ob quam causam non exprimit] *interpretatas habere scripturas eorum. Illi vero, qui obaudiebant tunc adhuc Macedonibus, eos quos habebant perfectiores scripturarum intellectores & utriusque loquelæ, septuaginta seniores miserunt Ptolemæo, hoc quod ipse voluisset.*

Quæ postrema verba quidem sic ut hîc posita sunt, videntur indicare, illos Interpretes ex postulatione Ptolemæi ita missos fuisse : Verum hîc pudendus error latet veteris interpretis Irenæi : ut qui *quod ipse voluisset* reddit, quasi is *ipse* Ptolemæus fuisset ; quum Græca verba sint, ποιήσαντος τοῦ Θεοῦ ὅπερ ἐβούλετο, *perficiente Deo id quod volebat, seu, suam voluntatem :* quasi id ita dirigente Divina voluntate accidisset.

Cogitemus interim, mi Lector, (ut eo denuo redeamus) quanta *Fide* ac pietate Ptolemæus erga verum Deum, veramque religionem affectus fuerit, quantaque cupidine ac Zelo accensus: quod propter *pietatem*, ac *preces*, procul dubio ipsi ex istis peragendas, *istos peteret libros*: cum etiam ita de Templo Hierosolymitano, ut τόπῳ ἁγίῳ, *loco sancto* loquatur,

ac quis nunc amplius dubitet illum aut vere Judæum, aut saltem proselytum, vel ex istis piis gentibus fuisse qui Hierosolyma adorandi seu precandi gratia adirent? illum, dico, qui tam maxime fratricida atque incœstuosus erat; qui tantâ luxuriâ in fœminas erat propensus, aliâsque in Venerem ardebat, tantusque idololatra erat, non tantummodo circa Serapis cultum, verum & circa Bacchi pompas (ut ex Athenæo constat) tum & circa *sororis incestæ consecrationem*: quique adeo per totum ipsius XXVIII. annorum imperium, nihil pene quod non summum luxum, aut luxuriam, aut proximorum cædes, aut Idololatriam sentiret, perpetraverit: nisi quod simul esset ambitiosè magnificus, ac literatorum librorumque eximius amator.

Cogitemus igitur potius quam parum verisimile sit, talem hominem, ex verè pio animi motu atque erga verum Deum affectu, ac fide, hæc Judæorum volumina conversa voluisse. *Nam sanguine duorum fratrum, exilioque veri hæredis* (quod nec illum interficere valuisset) *ex Euridice natorum, ad imperium grassatus est: & nefandis nuptiis sororis suæ Arsinoës torum polluit; meretricum, etiam vilium amoribus, atque adulteriis se fœdavit*; pluraque alia commisit, quæ non nisi impietatem summam spirarent: simulque, & inde cogitemus quam bene *Philadelphi* nomen meritus sit.

CA-

CAPUT IX.

De Donis à Ptolemæo miſſis ut agatur, in anteceſſum differitur de Zelo ac liberalitate ipſius circa libros novos antiquoſque, ac maxime circa rariores, ex Galeno Pergameno; quantoque pretio redemerit autographa Æſchyli, Sophoclis atque Euripidis: unde forſan occaſio nata confingendæ liberalitatis ipſius circa libros Hebræos; quos tamen ſolummodò ex *fama* dignos eſſe verſione acceperat. Quanto in honore fuerint horum trium Tragicorum ſcripta, ſeu Tragœdiæ, apud Athenienſes. De commiſſionibus ac Ludis aliquid additur; ac de numero Tragœdiarum horum trium Poëtarum, &c. Quam rarò in una eademque Bibliotheca omnia ſimul horum aliorumque ſcripta ſimul reperirentur.

VErumenimvero jam tempus eſt, ut & de Donariis ab hoc Ptolemæo Hieroſolymam miſſis loquamur. Magnificus certe (ut modo indicavi) & liberalis erat hic rex: immenſamque illum pecuniæ ſummam in libros acquirendos impendiſſe, vel ſolus teſtis hîc ſufficiat noſter Galenus Pergamenus; qui in librum ſecundum Hippocratis de *morbis vulgaribus*, ait, *tanto fuiſſe Regem Ægypti Ptolemæum erga libros ſtudio, ut omnium ad ſe appellentium libros ad ſe deferri juberet: quos relatos in novas chartas dominis deſcriptos daret, à quibus in portum invectis, ad ſe allati libri eſſent: allatos vero in Bibliothecas reponeret. Atque inſcriptiones erant: EX NAVIBUS ACCEPTORUM.*

Inquirebat nempe quos quisque eo appellentium; apportaſſet; an novi & incogniti adhuc eſſent; an vero veteres quidem, quos tamen nondum nactus eſſet; an magis vetuſti, illis quos jam poſſidebat; an denique digni eſſent qui deſcriberentur: quum deſcriptos, de novo, redderet, vetera exemplaria, atque autographa vel digniora apographa ſibi retineret.

Neque ullo modo cogitandum eſt (cum jam Pleias Poëtarum ſub ipſo vigeret, illeque (ex teſtimonio Vitruvii) tam accuratè Poëtarum recitantium examinari carmina vellet; abſque ullo examine quæcunque demum ſcripta, ſive verè hujus illiusve prætenſi autoris eſſent, ſive ſuppoſititia, admiſiſſe.

Namque ut Neroni Muſica, ac cytharæ luſus, ſimiliaque (ne fœdiora attingam, ac viliora) in deliciis erant: ita & huic Philadelpho ſtudium atque ambitio erant, non ſolummodo multos, verum optimos libros congregandi. *Nam tanti ſtudii* (ut rurſus Galeno teſte utar) *ad Veterum libros comparandos Ptolemæi illius magnum argumentum referunt, rationem quam habebat cum Athenienſibus: qui XV pigneratis talentis, Sophoclis ab eis accepit, & Euripidis, & Æſchyli libros, ut eos TANTUM DESCRIBERET, & mox ſartos tectos reſtitueret: magnificè cum apparaviſſet eos in pulcherrimis membranis, quos ab Athenienſibus acceperat retinuit; illiſque miſit quos ipſe paraverat; orans ut XV talenta tenerent, acciperentque novos pro veteribus, quos ipſi dederant libros. Quod ſi Athenienſibus ne novos quidem remiſiſſet libros, ſed veteres retinuiſſet, non erat quod ægrè ferrent, qui argentum hac lege acceperant, ut hoc ipſi ſervarent ſibi, ſi malè retineret libros. Itaque illi ſimul & novos libros & argento ſunt potiti.*

Ex hoc fonte manavit, atque inter argumenta, ut puto, eſt patronis prætenſæ ſeptuagintaviralis verſionis, tot ac tanta donaria qualia quidem (at pro cujus ſcriptoris de Ptolemæi liberalitate, ab iſtius fabulæ patronis perhibentur fuiſſe tranſmiſſa: taleſque ſumptus atque impenſas circa legationem in Palæſtinam tum Eleazaro, tum & in Templo dedicanda, miſſam; & circa ſenes iſtos, tum quando jam in Ægypto degerent, tum quando jam inde revertirentur fuiſſe factos: ne jam rurſus de 660 talentis loquar, quæ (& longe plura, ſi aliorum, præter Ariſtæam, calculo aſſenſum demus) redimendis captivis ſeu ſervitiis impenſa fuerant: ut ſic ad libros iſtos acquirendos ſibi aditum melius pararet.

Horum igitur omnium rationibus ſubductis illam Judaicorum librorum verſionem ipſi (jam ſuppoſita pauliſper hujus

jus Hiſtoriolæ veritate) impenſis ultra mille Talenta conſtitiſſe quis credat. *At Credat Judæus Apella!*

Sed quænam comparatio inter libros, de quibus tantum ex *fama* acceperat, ibi eſſe in Palæſtina, ſuggerente Demetrio Phalereo, qui nec ipſe illos viderat: quum & præterea libri Prophetici adhuc inter ipſos Judæos non publice cogniti eſſent? Interim de ipſis audiverat, eos *Hiſtoricos* eſſe; ſive, ut hoc addatur, ſcriptos *de Creatione mundi*, ac *de Deo*; ac quidem Deo, qui Ægyptiis Idololatris ignotus, adeoque inviſus ſive exoſus eſſet: quænam, dico, comparatio inter ejuſmodi libros & iſtos Æſchyli, Sophoclis, & Euripidis, apud hominem tam maxime in Poëtas propenſum? tum & inter XV illa talenta Athenienſibus pro iis data, & illa pluſquam mille in Judæos impenſa (ut prætenditur) ut talem verſionem obtineret?

Magno in honore atque exiſtimatione erant apud Athenienſes, quin & per totam Græciam, Tragœdiæ; quæ propterea, non minus ac Comœdiæ in feſtis Dionyſiacis, non ſolum publice agebantur, verum ita quoque, ut plures poëtæ ſimul, inter ſe, Tragœdiis, ſuper uno eodemque, ſimilive ſubjecto, ſive hiſtoria, aut fabula compoſitis certarent. Hæ ipſorum διδασκαλίαι erant, quas Latini *Commiſſiones* appellabant; quod per ipſas Poëtæ inter ſe committerentur. His Agonibus quoque præerant Agonothetæ, ac Κριταὶ Διονυσιακοί. Unde &, quod illi Athenis quinque numero eſſent, proverbium natum fuit, ἐν πέντε κριτῶν γένεσι (ſcilicet Κρίται) atque ab horum exemplo forſan Ptolemæus (ſicuti cap. 2. oſtendi) *ſeptem judices* conſtituit, ad ludos Muſicos, quos Muſis atque Apollini dicarat. Quin etiam apud Latinos (Auguſti ſaltem ævo) Judices quinque dramaticæ poëſi conſtituti fuerunt; qui non tam de jam actis Tragœdiis ac Comœdiis judicarent, quam an recitatæ in æde Apollinis ac Muſarum, dignæ eſſent ut in Scenam producerentur.

Tanti

Tanti autem faciebant Athenienſes (ut ad illos revertar) horum trium Tragicorum *Æſchyli*, *Sophoclis*, atque *Euripidis* Tragœdias, ut non ſolummodo, dum adhuc viverent illi, ipſarum διδασκαλίαι, ac cum aliis ipſarum certamina, inſtituerentur (quod aliàs etiam longè minoris gloriæ Poëtæ cum ipſis commune habebant) ſed ut etiam *Commiſſiones* poſt horum poëtarum mortem fierent: atque ita eorum Tragœdiæ etiam de aliis Victoriam reportarent.

Interim plurimas numero Tragœdias hi tres Tragici compoſuerant. Nam de *Æſchylo* veteres tradunt, illum *docuiſſe*, i. e. *egiſſe* Tragœdias 70, *Satyrica* vero *Dramata* [de quibus qualia fuerint, conſule tum magnum Iſ. Caſaubonum, *de Satyrica Græcorum poëſi*, tum & perilluſtrem Ezech. Spanhemium non inferiora ſecutum, in Præfatione Gallica ad Juliani Cæſares] *quinque*; ex quibus Tragœdiis triginta victorias reportaverat: imò & non paucas poſt obitum. *Sophoclis* autem numerantur ab antiquis 123 (quem numerum tamen alii multo majorem faciunt) ipſumque per illas reportaſſe 24 victorias.

Euripidis Tragœdiæ, ſecundum nonnullos, fuere 75, ſecundum alios 92. inter quas etiam 8 dramata Satyrica: vicitque is victorias quindecim.

Verum enim vero fuerint longe pauciores numero; vides tamen, mi Lector, quantus Tragœdiarum numerus ex trium horum conjunctis Tragœdiis exſurgat. Qui tamen longe major evadit, ſi conſideremus Collectanea iſta eruditiſſimi Joan. Meurſii; qui ex antiquis ſcriptoribus Æſchylo 105. Sophocli 152, & Euripidi 101 adſcribit. Ex quibus ſcriptoribus forte longe plures expiſcari quis poſſet, ſi non permagna ipſorum multitudo interiiſſet; licet iiſdem gaudentes nominibus alii poëtæ hîc interturbaſſent. Interim notat ille quoque, licet non plures numero *Æſchylos*, tamen plures numero *Sophocles*, pluresque *Euripides* [nimirum 3] vixiſſe, qui omnes poëtæ tragici fuerunt.

Quanti

Quanti porrò horum trium Poëtarum tragœdias fecerint Athenienſes, patet ex Plutarcho; qui, in vita X Rhetorum, de Lycurgo Oratore, Athenarumque, cum aliis Rectore, ita loquitur: Εἰσήνεγκε γὰρ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ὕστερον ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν· ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα· τὸν δὲ ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραμματίοις φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραγινώσκειν τοῖς ἰδιωτευομένοις, οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐλαῖς ἰδιωτεύειν.

Tulit vero leges, unam ut, in Chytrorum feſto, de Comœdiis certamen controverſum continuo in Theatro celebraretur: in quo, qui eſſet victor, in civitatem adſcriberetur: cum ante adſcribi jus non eſſet; certamenque relictum reſtituit. tum illam, ut Æſchyli, Sophoclis, & Euripidis Poëtarum ſtatuæ ex ære conflatæ erigerentur: utque eorum [NB] *publicis mandatæ tabulis ſervarentur*, &c.

Quæ Plutarchi dicta ſatis illa Galeni illuſtrare videntur. Namque quum ibi ita ex auctoritate publica conſervarentur, idque animadvertiſſet Ptolemæus, ille, proculdubio, tali ſub conditione, qualem Galenus tradit, ad ſe ipſos deferri voluit: tum ut ſi non ipſa autographa, apographa ſaltem authentica poſſideret: tum ut omnes ita ſimul nanciſceretur.

Ex defectu enim artis typographicæ inter antiquos, raro contingebat, ut quis inter Eruditos vel omnes Dialogos Platonis, vel omnes unà Comœdias ſive Ariſtophanis, ſive Menandri, ſive alius cujuſpiam Comici, vel cujuſcumque demum ſcriptoris, qui multa ac diverſa conſcripſerat, poſſideret. Quod & ita primis Chriſtianiſmi ſeculis circa libros Euangelicos atque Apoſtolicos locum habuit, ut teſtetur Chryſoſtomus (præfatione in *Acta*) multis adhuc ſua

ipſorum inaudiiſſe videatur. Nec mirum, cum teſte Tacito, *dum Aſſyrios penes, Medoſque & Perſas Oriens fuit, deſpectiſſima pars ſervientium*, eſſent; ut jam alia occaſione attuli.

At ſub Alexandro Macedone magis noti eſſe cœperunt; ita ut & nonnulli ipſorum ſub hoc Alexandro militaverint; illeque ipſe non ſolum in Palæſtina; verum etiam (ſi Joſepho, qui toties mendax in hiſtoria eſt, hic fides ſit habenda) Hieroſolyma intraverit, atque in Templo immolaverit.

Quæ ſive narrat, ſive fabulatur, de iſta re, Lib. Antiquitatum, hæc ſequentia ſunt: *Alexandrum* [NB] *expugnata Gaza, poſt Tyrum Judæam invaſiſſe, & Syriam, quæ Palæſtina vocatur in ſuam poteſtatem redegiſſe, dum urbes imperii jugum adhuc recuſantes ipſe obiret. Cum vero Hieroſolymam, ſicut comminatus fuerat, peteret, Jaddum Pontificem, timentem ejus iram ad Deum pro ſalute publica ſupplicationibus ſacrificiiſque confugiſſe. Ipſum autem à Deo PER SOMNIUM monitum fuiſſe, ut coronata urbe, portas aperiret, atque ipſe cum ſacerdotibus, ſumpto ſolenni ſui ordinis ornatu, populo ipſos candidis veſtibus ornato concomitante, Alexandro procederet obviam. Quod porro Alexander id agmen è longinquo conſpicatus, ad Pontificem acceſſerit ſolus; & adorato Deo, CUJUS NOMEN aureæ tiaræ lamina cernebatur inſcriptum, prior ipſum ſalutaverit; ejuſque rei cauſam à PARMENIONE rogatus reſponderit: in Macedonia adhuc cogitanti ſibi de Aſiæ imperio, tali ſpecie & habitu, IN SOMNIS ſibi VISUM fuiſſe virum, qualem hic jam cerneret: EUMQUE IPSI AUCTOREM FUISSE, hujus expeditionis ſuſcipiendæ, & ſpem ſucceſſuum feciſſe. Quod inde, ſacerdotibus deducentibus, ingreſſus ſit in urbem, &, adſcendens in Templum, immolaverit Deo ex Sacerdotis præſcripto: OSTENSOQUE* [NB] *SIBI DANIELIS LIBRO, in quo Græcum quendam Perſas debellaturum ſignificat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus, lætus dimiſerit multitudinem.*

Cui hiſtoriolæ nobis pauliſper immorandum videtur. Ac ſi ipſius Joſephi verba perpendamus ; ait ille inter alia : Μηιῶν ᾗ ἕπια τῇ Τύρῳ πλιερκίᾳ διεληλυθότων, καὶ δυο τῇ Γάζῃ, ὁ μὲν Σαναβαλλέτης ἀπέθανε· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἑξελὼν τὴν Γάζαν, ὅπι τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἀναβαίνειν ἐσπεύδακει.

Septem autem menſibus in Tyri oppugnatione, & Gazæ duobus abſumptis, Sannabaletes fato functus eſt. Alexander vero expugnata Gaza, Hieroſolyma properè petiit. Ac poſtea: Ὁ μὲν ὖν Ἀλέξανδρος ταῦτα διακηραίμενος ἐν τῖς Ἱεροσολύμοις, ἐξιερᾶτο ὅπι τὰς ἐχεμβίας πόλεις· παίντων δ' αὐτὸν ὡς ἐς ἀφίκετο φιλοφρόνως ἐκδεχομένων.

Atque his apud Hieroſolyma actis, movit inde in alias propinquas urbes exercitum. Cumque ab omnibus amicè ſuſciperetur, &c. tum, poſt pauca, de Samaritanis interjecta, moraque ipſius apud illos: Τὰς ᾗ τῦ Σαναβαλλέτυ στρατιώτας ἐκέλευσεν ἕπεσθαι εἰς Αἴγυπτον· ἐκεῖ γὰρ αὐτῖς δώσειν κλήρυς γῆς· ὃ καὶ μετ' ὀλίγον ἐποίησεν ἐν τῇ Θηβαΐδι, φρυρεῖν τὴν χώραν αὐτοῖς ὡσταίχας.

Sannabaletis autem milites, juſſit ut ſe in Ægyptum ſequantur; ibi enim ſe agros eis diviſurum: id quod etiam paulò poſt fecit in Thebaide; juſſis ei regioni eſſe præſidio.

Quæ omnia ſane tempore indigebant, ac ſatis longo. Verum longe aliter, & Curtius, & Arrianus, & Diodorus Siculus loquuntur : ut qui diſertis verbis aſſerunt illum ſeptimo die, poſtquam à Gaza copias moverat in Ægyptum *perveniſſe* : nihilque adeo de *Hieroſolymis* loquuntur. Curtius enim ita : *Atque ille ſeptimo die, poſteaquam à Gaza copias moverat, in regionem Ægypti, quam nunc caſtra Alexandri vocant, pervenit.* Arrianus verò : Ἀλέξανδρος ᾗ ἐπ' Αἰγύπτυ, ἵνα περ τὸ πρῶτον ὡρμῆτο, ἐστέλλετο. καὶ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τ Γάζης ἐλαυνων ἦκεν εἰς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτυ. *Alexander inde in Ægyptum, quo primum iter inſtituerat, contendit; ſeptimoque poſtquam Gaza movit, die Peluſium Ægypti urbem pervenit.*

Ipſum

Ipſum autem jam ante Gazæ obſidionem feſtinaſſe in Ægyptum, modo allatus quoque Curtius, hoc modo ante dixerat. Ille autem, *quanquam unam urbem ſibi, quo minus ſecurus Ægyptum intraret, obſtare ægre ferebat, &c.* Denique Diodorus Siculus : Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τὴν Γάζαν διοικήσας, Ἀμύνταν μὲν μετὰ δέκα νεῶν εἰς Μακεδονίαν ἐξέπεμψε, παραγγείλας τῶν νεῶν τὰς ἁρμόττους ἐπιλέξαι πρὸς στρατείαν· αὐτὸς δὲ μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως παρῆλθεν εἰς Αἴγυπτον. *At Alexander rebus circa Gazam ordinatis, Amyntam, cum decem Navibus in Macedoniam miſit; mandans ut naves quæ idoneæ eſſent conveherentur ad militiam. Ipſe vero cum toto exercitu tranſibat in Ægyptum.* Ubi altum quoque ſilentium de *Hieroſolymis*.

Contra autem & hi, & alii teſtantur, ipſum ex Ægypto ad *Ammonis Oraculum* fuiſſe profectum, ut & de genere, ſeu patre, & ſuper expeditione, Oraculum conſuleret, indeque in Ægyptum rediiſſe.

Perpende nunc, mi Lector, an talia ac tanta quæ Joſephus perhibet, ita intra ſeptem dierum ſpatium cum Judæis ac Samaritanis peragere potuerit, ac ſimul intra iſtud ſpatium in Ægyptum pervenire.

Conſuluit quoque *Ammonem*, [pro quo Joſephus callide Deum Hieroſolymis cultum à Judæis ſubſtituit] & quidem ſuper expeditione ſua, quando jam verum Deum precibus ac ſacrificiis ad Hieroſolyma, & in Templo, ut talem, coluiſſet (ut noſter Joſephus perhibet) ac confeſſus eſſet, ſe jam ante in Macedonia Divino ſomnio, ac monitu, atque ex apparitione hujus Pontificis Jaddi, per ſucceſſuum promiſſa, ad ſuas expeditiones incitatum fuiſſe.

Unde verò is quoque inſcriptionem iſtam in lamina Tiaræ legere, atque ita intelligere potuerit quod illa veri Dei nomen eſſet, ut inde talis adoratio ipſius, ante alloquium Pontificis ſecuta ſit, non comprehendo. Tum quod is

Jaddus ipſi *Danielis librum* oſtenderit mera Judaica fabula eſt.

Quod porro Alexandri hujus ſomnia attinet. Videtur is habuiſſe & *ſomnia*, ſeu *Viſiones Propheticas* ac vere *Divinas*, jam ante iſtam expeditionem: in ipſa vero expeditione *Daemoniacas*. De quibus (ne rurſus Arrianum & Curtium adducam) ita Plutarchus, in ipſius vita, loquitur: Τύρον δὲ πολιορκῶν ἔπλα μιᾶς, χώμασι καὶ μηχαναῖς, καὶ τριήρεσι βλεπόσαις ἐκ θαλάττης, ὅναρ εἶδε τὸν Ἡρακλέα δεξιούμενον αὐτὸν ἀπὸ τῆς τείχους καὶ καλοῦντα. Τῶν δὲ Τυρίων πολλοῖς κατὰ τὰς ὑπνους ἔδοξεν ὁ Ἀπόλλων λέγειν ὡς ἄπεισι πρὸς Ἀλέξανδρον· ἠ γὰρ ἀρέσκειν αὐτῷ τὰ πραττόμενα καὶ τὴν πόλιν..... ἑτέρου δ' ὕστερον Ἀλεξάνδρου εἶδεν κατὰ τὰς ὑπνους σάτυρος αὐτῷ φαυεὶς ἐόικοι προσπαίζειν πόρρωθεν· εἶτα βουλομένῳ λαβεῖν, ὑπεξέφυγεν· Τέλος δὲ πολλὰ λιπαρήσαντος καὶ προσδεομένου, ἦλθεν εἰς χεῖρας· οἱ δὲ μάντεις τὸ ὄνομα διαιροῦντες, σὸν ἀπεφήναντο αὐτῷ Σηνοσεται Τύρος· καὶ κρήνην δή τινα δεικνύουσι πρὸς ᾗ κατὰ τὰς ὕπνους ἰδεῖν ἔδοξεν τὸν σάτυρον.

Eam urbem dum per menſes ſeptem aggeribus, machinis, atque mari triremibus ducentis, oppugnat, PER QUIETEM Herculem vidit ex muro ſibi manus tendentem invitantemque. Tyriorum multis viſus in ſomniis Apollo viſus eſt dicere, ad Alexandrum ſe tranſire, &c. Alia SPECIES EST NOCTU Alexandro OBVERSATA. Saturus ei oblatus eſt: & viſus eſt hic ipſi procul alludere. Quem cum corripere conaretur, ſubducere ſe; tandem poſt preces multas ſuas, & circumcurſationes, venire in manus ſuas. Ei vates, diſſecto nomine, non abſurde reſponderunt, TUA erit Tyrus [quod σὸς Græce *tuus* ſignificet.] *Et oſtendunt fontem apud quem illum videre ſecundum quietum viſus eſt.* Qui certe pari paſſu cum ruinis 70 cellularum Juſtini ambulare debet.

Hæc ante Tyrum Gazamque captas accidiſſe volunt ſcriptores.

ptores. Poſt quæ, ita fingente Joſepho [ut ſuæ genti inde decus conciliaret] Hieroſolyma tendit, ſuaque in Macedonia *ſomniorum monita* (adorato ſimul vero Deo) pro Divinis agnoſcit. Hinc tamen ſtatim per Ægyptum ad Jovem Ammonem pertendit, ab eoque ſuper eadem expeditione Perſica conſulit, ac reſponſa accepta pro Divinis agnoſcit. Hæc autem *Quam bene conveniunt & in una ſede morantur!*

Oroſius interim (qui alias plus nimium credulus eſt) de hac profectione Hieroſolymitana nihil plane aut ſciviſſe, aut credidiſſe videtur. Ita enim is, libro tertio: *Tyrum urbem antiquiſſimam & florentiſſimam, fiducia Carthaginenſium cognatorum ſibi obſiſtentem, oppreſſit & cepit. Exin in Ciliciam, Rhodum atque Ægyptum pertinaci furore pervadit. Inde ad Templum Jovis Ammonis pergit, ut mendacio ad tempus compoſito ignominiam ſibi, &c.*

Quæ fides autem Joſepho, etiam ubi Hiſtoriam Biblicam tractat (eamque impudenter immutat) habenda ſit, jam ante oſtendi per ſatis clara exempla, cap. VII Diſſert. de *Origine Idololatriæ*. Quibus hæc mihi ſequentia ſuperaddenda videntur: ac quidem hoc primum, quod jam de Alexandro locutus ſim. Ita enim ille ſub finem libri 2. Antiquit. Jud. Ὡς δ' ὁ τ Αἰγυπτίων στρατὸς ἅπας ἐλθὼν ἰδὼν, ὀπιχεῖται πάλιν ἡ θάλασσα, καὶ ἀνακαλαμβάνει ῥοώδης ὑπὸ πνευμάτων καλιοῦσα τὸν Αἰγυπτίους, ὄμβροι τε ἀπ' οὐρανοῦ κατέβαινον καὶ βρονταὶ σκληραὶ μετ' ἐξαπίνης ἀστραπῆς, καὶ πυρώσεις κατενέχθησαν, ὅλως δ' ὑδεὶν ἰδὼν τ ἐπ' ὀπολείᾳ κατὰ μιῶιν θεῦ συμπτώσιν ἀνθρώπις ὁ μὴ τότε σωθῆναι· καὶ χὰρ νὺξ αὐτὸς ζοφώδης καὶ σκοτεινὴ κατέλαβεν. καὶ οἱ μὲν ἅπαντες ἀπώλοντο πάντες ὡς μηδ' ἄγγελον τ συμφορᾶς τῆς ὑπολελειμμένοις ὑποστρέψαι· τὸν δὲ Ἑβραίους ὑδὲ καταχεῖν ἦν ὅτι τῇ χαρᾷ τ παραδόξε σωτηρίας καὶ τῇ τ πολεμίων ὀπολείᾳ, βεβαίως νομίζοντας, ἡλαθηρῶς τ ἀναγκαζόντων θαλάσσιν διεφθαρμένων, καὶ τὸν θεὸν ὕπως ἐναρ-

ἐναργῶς ἔχοντας βοηθοῦντα· καὶ οἱ μὲν αὐτοί τε τὸν κίνδυνον ὅτως ἐκφυγόντες, καὶ τοῖσιν τοὺς ἐχθροὺς ὑπ. δόντες κεκολασμένους, ὡς οὐκ ἄλλον τινες μνημονεύονται τῶν πρόσθεν ἀνθρώπων, ἐν ὑμνοις ἦσαν καὶ παιδιαις ἔλλω τινὶ νύκτα. καὶ Μωυσῆς ὠδὴν εἰς τὸν θεὸν ἐγκώμιόν τε καὶ τὸ κίνδυνος ἐκλεκτείαν πεποίηται, ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συντίθησιν· ἐγω μὲν οὖν ὡς ἕτερον ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ὅτως ἕκαστον τούτων παρέδωκα. θαυμάσαι δε μηδεὶς τὸν λόγον τὸ παράδοξον, εἰ ἀρχαίοις ἀνθρώποις καὶ πονηρίας ἀπείροις κρίθη σωτηρίας ὁδὸς καὶ διὰ τοῦ θαλάσσης, εἴτε κατὰ βούλησιν θεοῦ, εἴτε κατ' αὐτόματον, εἴτε καὶ ὡς τὸν Ἀλέξανδρον τὴν βασιλέα τῶν Μακεδονίας χθὲς καὶ πρώην γεγονόσιν ὑπεχώρησεν τὸ Παμφύλιον πέλαγος, καὶ ὁδὸν ἄλλην οὐκ ἔχουσιν παρέσχεν τὴν δι' αὐτοῦ καταλύσαι τινὶ Περσῶν ἡγεμονίαν, τοῦ θεοῦ θελήσαντος· καὶ τοῦτο πάντες, ὁμολογοῦσιν οἱ τοὺς Ἀλεξάνδρου πράξεις συγγραψάμενοι. Περὶ μὲν οὖν τούτων ὡς ἕκαστος δοκεῖ διαλαμβανέτω.

Ergo cum jam exercitus Ægyptiorum introgressus esset, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus involvit; ventis etiam eodem impellentibus. Accesserunt & imbres de cœlo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus, fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum, quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent. Nam & nox eos caliginosa nimis & tenebrosa comprehendit: atque ita totus ille exercitus est deletus, ut ne nuncius quidem cladis domum reverteretur. Post quæ sic tragice exaggerata, nonnulla quealia interjecta, ita pergit: *Hæc ego* UT *IN SACRIS CODICIBUS INVENI, ITA SIGILLATIM conscripsi. Nemo autem* [NB] *mirari debet tanquam incredibilia, si priscis hominibus etiam ad malitiam etiam tum rudibus, de salute periclitantibus, via per mare patuit, sive Dei voluntate, sive SUA SPONTE: quandoquidem heri & nudius tertius Alexandri ductu Macedonibus Pamphilium MARE CESSIT, & aliam viam non habentibus illac*

illac iter, aperuit : cum Deus opera ejus ad deſtruendum Perſarum imperium decreviſſet : ID QUOD OMNES TESTANTUR, qui res geſtas illius Regis ſcripto prodiderunt. Sed [NB] *de his UT CUIQUE LIBET ſentiat.*

Notanda hîc 1°. illa verba, *ſive Dei voluntate, ſive ſponte*: quæ non de Alexandri ævo, ſed veterum ipſorum Iſraëlitarum dicuntur. 2°. Secundum adducit miraculum de *Mari cedente*, cum Deus *Alexandri Operâ Perſarum Imperium deſtruere* vellet. Quibus tamen utriſque ſubjungit : *Sed de his, ut cuique libet ſentiat.* Quibus certe utrumque miraculum ipſe aut deſtruit, aut ſaltem ſuſpectum reddit : auctoritatemque & fidem Sacræ Scripturæ apud Gentiles, & propter illos, malignè infringit : quum jam antea dixiſſet, *ſe hæc ita conſcripſiſſe, ut in ſacris codicibus ſcriptum invenerat.*

Quod addit de *Mari cedente* copiis Alexandri, idque *omnes teſtari, qui res geſtas illius regis ſcripto prodiderunt.* Hic paucis examinandum.

Primus itaque prodeat Plutarchus; qui in Alexandri vita, de hac profectione ita loquitur : Τύτοις ἐπαρθεὶς ἐπεχείρει τὴν Θεσσαλίαν ἀνακαθήκασθαι, μέχρι τ Φοινίκης καὶ Κιλικίας. ἡ δὲ τ Παμφυλίας Θάλαττα, πλοῖς γέγονε τ ἱστορικῶν ὑπόθεσις χαρίεσσα πρὸς ἔκπληξιν καὶ ὄγκον, ὡς θείᾳ τινὶ τύχῃ Θαλάττης ἀναχωρήσασαν Ἀλεξάνδρῳ τὴν θάλασσαν, ἄλλως αἰεὶ τραχεῖαν ἐκ πελάγους προσφερομένῳ, παντάπασιν ἢ λείβοις καὶ προσηχεῖς ὑπὸ τὰ χειμερινὰ καὶ παρερρωγότα τ ὀρεινῆς πάγους ἀμφικαλύπτουσαν· δηλοῖ ἢ καὶ Μένανδρος, ἐν κωμῳδίᾳ παίζων πρὸς τ Θάδοξον· Ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἤδη τοῦτο κἂν ζητῶ τινα, Αὐτόμαθον ὅστις παρέσται. κἂν διελθεῖν δηλαδὴ Διὰ θαλάττης δέῃ τόπον τιν' ὅστις ἔσται μοι βάθος. αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς ὑπομνήσεσι, φησὶν τοιοῦτο παραδεδόμενος, ὑποπιεῖσαι Φησὶν τὸν λεγόμενον Κλίμακα, καὶ διελθεῖν, ὁρμήσας ἐκ Φασηλίδος.

His erectus, ad oram maritimam pacandam, uſque ad Phœniciam & Ciliciam perrexit. Pamphiliæ percurſus compluribus ſuppeditavit Hiſtoricis elegans ad miraculum excitandum & ad pompam argumentum : QUASI DIVINA QUADAM SORTE cederet Alexandro mare; quod ſævum alias ex alto littus verberaret, raro autem tenuia & reſonantia ſub abruptis ac confragoſis rupibus aperiret ſaxa: id quod Menander quoque indicat in Comœdia ad rei novitatem alludens: Quantum Alexandrina jam iſta. Quæro quod ſi forte quem ultra currens aderit hîc coram : Sin meandum per maris fluctum Profundi permeabilis mihi mox fit. Sed Alexander ipſe, in epiſtolis ſuis, [NB] *nihil portenti ejuſmodi jactans, iter narrat feciſſe ſe per Climaca appellatam, atque ex Phaſelide progreſſum ipſam peragraſſe.*

Ridet itaque, neque immerito talia Ethnicus ſcriptor Plutarchus; ridet Comicus Menander : Atque ipſe Alexander ſuarum expeditionum aliàs buccinator, nihil tale jactat; ſed longè alia narrat. Neque mirum, quum talis Maris à littore receſſio aliquando, quamvis rarò, accideret; neque præter naturam : ſicut id etiam aliquando in littoribus noſtris Batavicis videmus.

Arrianus autem ita loquitur : Ἀλέξανδρος δὲ ἄρας ἐκ Φασηλίδος, μέρος μέν τι τῆς στρατιᾶς διὰ τῶν ὀρῶν πέμπει ὅπῃ Πέργης, ἢ ὁδοποιήσεσθαι αὐτῷ οἱ Θρᾷκες, χαλεπὴν ἄλλως καὶ ὑπερβῆναι ὅσον τὴν παρόδον· αὐτὸς δὲ ὡδὶ τὴν θάλασσαν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ἦγε τοὺς ἀμφ' αὐτόν· ἔστι δὲ ταύτη ἡ ὁδὸς οὐκ ἄλλως, ὅτι μὴ τὰ ἀπ' ἄρχης ἀνέμων πνεόντων. εἰ δὲ νότος καταίσχοιεν, ἀπόρως ἔχει διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ὁδοιπορεῖν. τότε οὖν νότων σκληρῶν [NB], βορέαι ὑπιπτεύοντες, οὐκ ἄνω τοῦ θείου (ὡς αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξηγοῦντο) ὑμαρῆ καὶ ταχείαν τὴν πάροδον παρέσχον.

Alexander ex Phaſelide movens, aliquam exercitûs partem per montana Pergas mittit, qua Thraces iter monſtrarunt, arduum

dum quidem, ſed compendioſum. Ipſe SECUS MARE, PER LITTUS ſuos duxit. Via autem hæc aliter confici non poteſt, niſi VENTIBUS à Septentrione flantibus. Auſtro autem invaleſcente, ægre per littus iter fit. Tum vero pro vehementibus Auſtris, Boreales venti oborti, non abſque Divino quodam numine (ut ipſe Alexander & qui cum eo erant, INTERPRETABANTUR) facilem ac celerem tranſitum præbuerunt.

Audiamus nunc quæſo Strabonem, qui ita loquitur: lib. XIV.

Περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ θάλατταν στενά, δι' ὧν Ἀλέξανδρος παρήγαγε τὴν στρατιάν· ἔστι δ' ὄρος Κλίμαξ καλούμενον· ὑπόκειται δὲ τῷ Παμφυλίῳ πελάγει, στενὴν ἀπολείπων παρόδον ὑπὸ τῷ αἰγιαλῷ, ταῖς μὲν νηνεμίαις γυμνωμένῳ, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὁδεύουσι· πλημμυρούσῃ δὲ τὸ πέλαγος, ὑπὸ τῶν κυμάτων καλυπτόμενον ὑπὸ πολύ· ἡ μὲν οὖν ἀφ' ὕδατος ὑπέρβασις, φαύλη καὶ ἐπισφαλὴς ἐστί, τῷ δ' αἰγιαλῷ χρῶνται κατὰ τὰς εὐδίας· Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος εἰς χειμέριον ἐμπεσὼν καιρὸν, καὶ τὸ πλέον ὑπερείπων τῇ τύχῃ, πρὶν ἀνεῖναι τὸ κῦμα ὥρμησε, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν ὕδασι ψυχρῷ τὴν πορείαν ἐποιεῖτο, μέχρι ὀμφαλοῦ βαπτιζομένων.

Apud Phaſelidem ſunt ad Mare anguſtiæ, per quas exercitum traduxit Alexander. Eſt enim ibi mons Climax Pamphilio incumbens mari, & propter littus ARCTUM RELINQUENS TRANSITUM: qui tranquillo mari nudatur, & à viatoribus perambulari poteſt: Mari exundante fluctibus admodum obtegitur. Alexander autem in hibernam incidit tempeſtatem: cumque fortunæ maximam eventus partem crederet, antequam deſluerentur undæ profectus eſt. Itaque contigit ut totum diem milites per aquam iter facerent, uſque ad umbilicum in aquam demerſi.

Hîc Strabo, qui ubique cordatior eſt, cæteros ſcriptores (quos tamen Joſephus, quin & omnes, quo numero ipſe Strabo quoque comprehenditur, ſecum facere falſò teſtatur) illuſtrat.

Nihil igitur de Mari cedente exercitui Alexandri, *miraculum* quoddam *Divinum*, tantum ſaltem, quantum, ipſe Joſephus vult, Iſraëlitis factum fuit.

At probus ille piuſque Judæus Joſephus, dum de miraculo Iſraëlitis facto loquitur, admetitur interim multa, quæ in ipſa Sacra Scriptura minime reperiuntur : namque ait : *Acceſſerunt & imbres de cælo, & aſpera tonitrua, & fulguribus ſimul intermicantibus fulmina quoque deferebantur : & nihil omnino deerat eorum* [NB] *quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti ſolent*, &c. Quibus tum ſtatim ſimili plane mendacio ſubjungit : *Hæc ego ut in Sacris Codicibus inveni ; ita ſigillatim ſcripſi.*

Falſum namque id plane apparet ex collatione S. Scripturæ, cum hujus Joſephi verbis : niſi & inter Sacras Scripturas numerarit ejuſmodi fabellas, quales in Paraphraſi Jonathanis Ben Uzielis ad Exodi cap. XIV. reperimus ; (modo is jam ſua conſcripſerat, aut aliis ; fiſus fuerit ex quibus hæc hauſit ; ſi non ipſe talia confinxit :) à quo tamen plurimum diſſentit noſter Joſephus. Sed audiamus & hunc Ben Uzielem ita deblaterantem, per totum illud Exodi Caput illud XIV. quod huic commentariolo infarctum aliis forſan tædioſum erit, aliis verò non injucundum ; quod inde, qualia ſtercora pro ſaccharo ſuis venderent Judæi, perficiant videamus. Itaque illud totum quantum eſt, Latine converſum, ita habet : *Et locutus eſt Dominus cum Moſe, dicendo : Loquere cum filiis Iſrael, ut revertantur retrorſum, & caſtrametentur ante fauces Chiratha jacentium, qui creati ſunt ad ſimilitudinem filiorum hominum, maris & fœminæ, quibus oculi ſunt aperti : locus eſt* TANEOS, *qui eſt inter Migdol, & inter Mare ante idolum Tſephon, quod relictum eſt ex omnibus idolis Ægyptiorum : propterea dicent Ægyptii ; Præſtantior eſt Bahal-Tſephon omnibus idolis, quod relictum eſt & non percuſſum*,

cuſsum: itaque venient ad incurvandum illi, invenientque vos caſtrametatatos è regione ejus ad littus maris. Et dicet Pharao Dathan & Abiram filiis Iſraël, qui relicti ſunt in Ægypto; perplexi ſunt domus Iſraël in terra: concluſit eos idolum Tſephon è regione deſerti. Et indurabo figmentum cordis Pharaonis, ut perſequatur eos: & glorificabor in Pharaone, & in omni ejus exercitu, ut ſciant Ægyptii quod ego ſum Dominus: & fecerunt ſic. Et nuntiarunt Oĉturiones, qui profecti ſunt cum Iſraële, quod fugeret populus: & converſum eſt cor Pharaonis, & ſervorum ejus in malum contra populum, & dixerunt; Quid hoc facimus, quoniam dimittimus Iſraëlem à ſervitute noſtra? Et junxit ipſemet currum ſuum, & populum ſuum duxit ſecum verbis mollibus. Accepit quoque ſexcentos currus electos, & omnes currus Ægyptiorum ſervorum ipſius, qui timuerunt à verbo Domini ne morerentur peſte neque grandine: & mulam tertiam, ad trahendum & perſequendum celeriter, addidit quoque ſingulis curribus. Et induravit Dominus figmentum cordis Pharaonis Regis Ægypti, & perſecutus eſt filios Iſraël: filii autem Iſraël exibant manu excelſâ, ſuperiores facti Ægyptiis. Et perſecuti ſunt Ægyptii eos, & aſſecuti ſunt eos, dum caſtrametarentur ad mare, colligentes margaritas & lapides pretioſos, quos attulerat Phiſon ex horto Eden in medium Gihon, Gihon autem detulerat eos in mare juncoſum: mare autem juncoſum ejecerat eos in littus ſuum. Omnes verò equi curruum Pharaonis & equites ejus, & exercitus ejus erant ante os Chiratha, quod erat ante Idolum Tſephon. Pharao autem vidit Idolum Tſephon liberatum, & obtulit coram eo oblationes: & elevarunt filii Iſraël oculos ſuos, & ecce Ægyptii proficiſcebantur poſt eos, & timuerunt valde; & orarunt filii Iſraël coram Domino. Et dixerunt improbi ætatis illius Moſi; an propterea quod non erant nobis ſepulchra in Ægypto, adduxiſti nos ad moriendum in deſertum. Cur hoc feciſti nobis, ut deduceres nos ex Ægypto? Annon hic eſt ſermo quem dicebamus tecum in Ægypto; manifeſtet

ſe Dominus contra vos & judicet, dicendo : Ceſſa à nobis & ſerviemus Ægyptiis : quoniam melius eſt nobis ut ſerviamus Ægyptiis, quam ut moriamur in deſerto?

Quatuor ſectæ facti ſunt filii Iſraël ad littus maris juncoſi: una dicebat, Deſcendamus ad mare; altera dicebat; Revertamur in Ægyptum; tertia dicebat, Inſtruamus aciem belli contra eos; quarta denique dicebat, Clamorem tollamus ex adverſo eorum, & confundamus eos. Secta quæ dicebat; Deſcendamus ad mare, dixit Moſes: Ne timueritis, ſtate & videte liberationem Domini, quam facturus eſt vobis hodie. Secta quæ dicebat; Revertamur in Ægyptum, dicebat Moſes: Ne revertamini, quoniam quemadmodum vidiſtis Ægyptios hodie, non iterum videbitis eos uſque in ſæculum. Secta quæ dicebat; Inſtruamus adverſus eos aciem belli, dixit Moſes: Ne pugnetis. nam à conſpectu Domini obtinget vobis victoria prælii veſtri. Secta quæ dicebat; Clamorem tollamus ex adverſo eorum dixit Moſes: Tacete, & date gloriam, & laudem & exaltationem Deo veſtro. Et dixit Dominus Moſi: Cur tu ſtas & oras coram me? Ecce preces populi mei ante tuas : loquere cum filiis Iſraël, ut proficiſcantur; tu autem leva virgam tuam, & inclina manum tuam cum ea ſuper mare & diſſeca ipſum : & ingrediantur filii Iſraël in medium maris per aridam. Ego autem, ecce, ego induro figmentum cordis Ægyptiorum, ut ingrediantur poſt eos : & glorificabor in Pharaone, & in univerſo exercitu ejus, in curribus ejus & in equitibus ejus. Ut cognoſcant Ægyptii quod ego ſum Dominus, cum ego glorificatus fuero in Pharaone, in curribus ejus & equitibus ejus. Et profectus eſt Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſraël, & venit poſt eos : & profecta eſt columna nubis à facie illorum, & reſedit poſt eos, propter Ægyptios qui jaculabantur ſagittas & lapides in Iſraël; & nubes excipiebat illa. Et venit inter caſtra Iſraëlitarum & inter caſtra Ægyptiorum, & fuit nubes mediâ

parte

parte lux, & media parte tenebræ; ab uno latere obtenebrabat Ægyptios, ab altero verò latere illuminabat Iſraël tota nocte: nec acceſſit turma è regione turmæ ad inſtruendum aciem belli univerſa nocte. Et inclinavit Moſes manum ſuam ſuper mare cum virga magna & pretioſa, quæ creata eſt à principio, in qua inſculptum & expreſſum erat nomen magnum & pretioſum, & decem ſigna quibus percuſſerat Ægyptios, & tres patres mundi & ſex matres, & 12 tribus Jacob: Et ſtatim abſtulit Dominus mare vento Orientali totâ nocte, & poſuit mare ſiccum: & diviſæ ſunt aquæ in duodecim ſectiones è regione duodecim tribuum Jacob. Et ingreſſi ſunt filii Iſraël in ipſum mare per ſiccum: & aquæ coagulatæ ſunt veluti muri trecentis milliaribus à dextra & ſiniſtra eorum. Et perſecuti ſunt Ægyptii, & ingreſſi ſunt poſt eos totus equitatus Pharaonis, currus ejus, & equites ejus, in medium mare. Factumque eſt in cuſtodia matutina, tempore quo veniunt exercitus excelſi ad laudandum, & proſpexit Dominus in ira exercitum Ægyptiorum in columna ignis, AD PROJICIENDUM IN EOS CARBONES IGNITOS, ET IN COLUMNA NUBIS, AD PROJICIENDUM SUPER EOS GRANDINES; ET CONTURBAVIT EXERCITUS ÆGYPTIORUM. Et ſecuit rotas curruum Pharaonis, & erant ducentes eos cum duritia, ita ut irent & manerent poſt eos: itaque dixerunt Ægyptii hi ad illos; Fugiamus à populo domus Iſraël, quoniam ſermo Domini eſt qui agit prælia pro ipſis in Ægyptios. Et dixit Dominus Moſi: Inclina manum tuam ſuper mare, ut revertantur aquæ ſuper Ægyptios, ſuper currus eorum et equites eorum. Et inclinavit Moſes manum ſuam, &c.

Hæc itaque eſt ipſius Paraphraſis. At Joſephus poſt ſua tam tragice exaggerata; quæque tam in majus extulerat; tandem iſta plane attenuat, per illud *ſua ſponte*; quaſi hic nullum miraculum obtinuiſſet; ac per iſtud exemplum

Ale-

Alexandri Magni. Ac tandem poſt provocationem ad omnes illos qui Alexandri hujus vitam conſcripſerunt, quò omnem hujus Sacræ Hiſtoriæ fidem elevet, ipſiuſque auctoritati oppedere videtur addit : *Sed de his ut cuique libet ſentiat.*

CAPUT XI.

Affertur ſecundum, ex Joſepho, exemplum de Sampſonis nativitate, ſplendidis quoque mendaciis adornatum; uti & tertium de Saulo ac Davide: ubi Lector ducenta præputia, in capita humana, at numero quingenta, reperiet, mira Metamorphoſi Judaica, mutata. Quartum eſt de Moſis in cœlum adſcenſu; ubi & mendaciis ſuis teſtem ipſam Sacram Scripturam advocat. Quintum & ultimum (ne Lectorem talibus ac tantis nugis ulterius fatigem) eſt illa Regis Cyri, pro Judæis jam reditum ex captivitate meditantibus Epiſtola comparata cum illa quæ (illius) bis in ipſa continetur Sacra Scriptura, ac quidem Canonica.

VErum enim vero ſecundum ex hoc Joſepho, exemplum ſit de Sampſonis nativitate, &c quam ita narrat: Ἦν δὲ καὶ μανιώδης ὑπ' ἔρωτος πρὸς τὴν γυναῖκα, καὶ διὰ τοῦτο ζηλότυπος ἀκρῶς· μνησθεὶς δὲ τῆς γυναικὸς, φάντασμα γίνεται ἄγγελος τοῦ θεοῦ νεανίᾳ καλῷ τὴν ἰδέαν καὶ μεγάλῳ, καὶ διαγγελλόμενος αὐτῷ παιδὸς γονὴν κατὰ θεοῦ πρόνοιαν, καλόν τε καὶ Ῥώμης ὑπέρφανὸς, ὑφ' ᾧ πονήσειν Παλαιστίνους ἀνδρικῶς· παρήνει τε τὰς κόμας αὐτῷ μὴ ἀποκείρειν· ἔσαι γὰρ αὐτῷ τοῦτο πρὸς ἄλλο μὲν πᾶν πόνον ἀπροσμάχητον, τοῦ θεοῦ τοῦτο προστάττοντος, πρὸς ὕδωρ δὲ μόνον οἰκειότητος· καὶ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ᾤχετο, καὶ βάθησιν ἐλθὼν τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ τ' ἀνδρὶ παραγενομένῳ τὰ πρὸς τοῦ ἀγγέλου ἐκδιηγήσατο, ἐκθαυμάζουσα τοῦ τε νεανίσκου τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, ὡς ἐκεῖνον ἐκ τῶν ἐπείνων εἰς ἔκπληξιν καὶ ζηλοτυπίαν παρεξῆναι καὶ ὑπόνοιαν τοῦ ἐκ πρώτου πάθους κινουμένου· ἡδὲ βουλομένη τοῦ ἄλογον τ' ἀνδρὸς λύπην ψαλλῶσαι, τὸ θεῖον ἱκέτευε πάλιν πέμψαι τὸν ἄγγελον, ὡς αὖ καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς ὀφαθείη.

θείη· καὶ ϖϱοφαίνεται πάλιν κατὰ χάϱιν τοῦ θεοῦ ὁ ἄγγελος ὁποίων ἀνδϱῶν ἐν τῷ ϖϱοαστείῳ. καὶ τῇ γυναικὶ φαίνεται τοῦ ἀνδϱὸς μεμναμένῃ. ἡδὺ ἐπὶ μᾶλλον διηθεῖσα ὡς ἂν ἀγάγοι τὸν ἄνδϱα, συγχωρήσας μέτεισι τὸν Μάνωχον· ὁ δὲ θαυμάζων, οὐδὲ ὅτως ἐπαύετο τῆς ὑπονοίας· ἠξίωσε τι καὶ αὐτῷ δηλῶν, ὅσα τῇ γυναικὶ μαϱυσειεν· ἀϱκέσειν δὲ Φϱίασιν πάντην μόνῳ εἰδέναι, τὶς εἴη λέγειν ἐκέλευεν· ἵνα τοῦ παιδὸς γνησίῳ χάϱιν αὐτῷ καὶ δωϱεὰν ϖϱοσφέϱωσι τοῦ θεοῦ, μηδὲ πινῶν αὐτῷ δεῖσθαι Φήσας. οὐδὲ γὰϱ κατὰ χϱείαν ταῦτα διαγγελίσασθαι ϖϱὸς τοῦ παιδὸς γονῆς· τοῦ δὲ μένειν ϖϱοσκαλοῦντος καὶ ξενίων μεταδοῦναι, οὐκ ἐπείθετο· πειθεὶς δὲ ὅμως λιπαροῦντι· ὀπτήσειν ὡς ἂν ξένιον αὐτῷ τι κομίσῃ, καὶ θύσαντες ἔϱιφον τοῦ Μανώχου, καὶ τοῦτον ἑψῶν τῇ γυναικὶ κελεύσαντος, ἐπεὶ παιδὶ λῷ διϱέπει, ϖϱοσέταξεν ὅπως τὰς πέτϱας ἀποθείσῃ τοῦ πϱὸς τὰ κϱέα χωϱὶς τῶν ἀγγείων· καὶ ποησάντων, ἅπτεται τῇ ϱάβδῳ ἣ εἶχε τῶν κϱεῶν· τὰ δὲ λάμψαντος πυϱὸς, ἅμα τῇς ἅϱπις ἐκαίετο. καὶ ὁ ἄγγελος ἀϕὰ τοῦ καπνοῦ ὥσπεϱ ὀχήματος ἀνιὼν εἰς οὐϱανὸν αὐτῇς Φανεϱὸς ἦν. Μανώχῳ δὲ Φοβουμένῳ μή τι σϕαλεϱὸν αὐτῇς ἐκ τοῦ ὄψεως τοῦ θεοῦ γένοιτο, θαϱσεῖν ἡ γυνὴ ϖαϱεκελεύετο. ὅπῃ γὰϱ συμφέϱοιτο τῷ αὐτῶν τὸ θεὸν αὐτοῖς ϖϱοσθήσειν· καὶ κύει τε ἐκείνη, καὶ φυλακὴν εἶχε τῶν ἑπομένων, &c.

Insaniebat autem in uxorem ex amore [*Manaoch*], *eratque vehementer Zelotypus. Cumque aliquando sola ageret mulier,* SPECTRUM *se illius oculis obtulit Angelus Dei, specie juvenis pulchri & magni, latum nuncium afferens fore, ut favore Dei nascatur eis filius: qui ubi ad virilem ætatem pervenerit, compescendam ab eo esse Palæstinorum insolentiam. Jussitque ne capillitium ei detonderetur, utque Deo sic volente, ab omni alio potu abstineret, sola aqua contentus. Postremo addens à Deo se missum abiit. Illa marito reverso Angeli verba indicat, mire prædicans Juvenis staturam & pulchritudinem, ita ut vir tali laudatione motus ad Zelotypiam, nonnihil de uxoris pudicitia suspicari inciperet. Quæ volens hunc marito stultum mœrorem*

adimi, ſupplex Deum rogavit, ut iterum Angelum mittere dignaretur, quo ille à conjuge etiam poſſet conſpici: & impetrata hac gratia, rurſum in ſuburbano verſantibus, apparuit Angelus ſoli mulieri. Illa rogat ut pauliſper maneat, dum virum adducat: quo permittente, cum Manoche mox ad eum revertitur. Quo viſo ne tum quidem ſuſpicari deſiit: rogavitque ut ſibi quoque eadem indicaret. Illo reſpondente ſatis eſſe quod mulier ſciat, jubet quisnam eſſet dicere; ut nato filio referre ei gratiam & munus aliquod donare poſſint. Negavit ille ſibi opus muneribus; nec enim horum cauſa de filio lætum ſe attuliſſe nuntium. Cumque iterum rogaretur, ut ſaltem hoſpitalem tractationem admitteret, non annuit. Tandem exoratus ut parumper maneret, dum aliquid afferatur, quum mactaſſet hædum Manoches, coquendumque uxori dediſſet, paratis omnibus deponi juſſit in petra & panes & carnes abſque vaſculis. Quo facto virga, quam geſtabat, carnes attigit; confeſtimque flamma emicante cum panibus abſumptæ ſunt, & Angelus fumo tanquam vehiculo in cœlum aſcendere ab eis viſus eſt. Manoche autem ſolicito, ne quid periculi immineret, ex aſpectu Numinis, uxor bono jubet eſſe animo, affirmans, magno ſuo bono, Deum ſe vidiſſe: cumque concepiſſet diligenter mandata retinuit.

Tertium exemplum ſit, Saulum Aulicis ſuis hoc modo locutum, circa nuptias Davidis cum filia ſua. Βέλιαζ δὴ μοι παρ' αὐτὸ λαβεῖν, ἀντὶ ᾧ γάμε τ θυγατρὸς, ἐ χρυσὸν, ὐδ' ἄργυρον, ὐδ' ὅπως ταῦτ' ἐκ τ πατρὸς εἰκιῶν κομίσῃ, παλαισινῶν δὲ πμωρέας καὶ κεφαλὰς ἀυτῶν ἑξακοσίας· αὐτῷ τὶ γὰ ἐμοὶ τᾶτων ὐδὲν ἀν ὑπερθεινότερον οὔτε λαμπρότερον δῶρον γένοιτο. τῇ π παιδίμε πολὺ τῶν νεομισμένων ἐδνῶν ζηλοτύπερον, τὸ σωσικεῖν ἀνδρὶ τοιᾶτῳ ᾧ μαρτυρμένῳ, τῶ πολεμίων ἥτταν κομιθέντων δὲ τᾶτων πρὸς τ Δαβίδ τ λόγων, ἡθεῖς, τ Σάκλον ἐπαγδακέναι νομίζων αὐτῷ πρὶ τὴν συγγένειαν, ὐδὲ βελόμενθαι πρεσβείνας, ὐδὲ εἰ δυνατὸν ἢ δύσκολον ἐστι τὸ προκείμενον ἔργον τῷ λογισμῷ

λογισμῷ πεινήσας, ἄρμησεν ἀθρόος μετὰ τῆς ἑταιρείας ἐπὶ τὰς πολεμίους, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν γάμων καταγελωμένην πεῖραν· καὶ ὁ θεὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα ποιῶν εὐμαρῆ καὶ δυνατὰ, δίδοται τῷ Δαβίδῃ· κλεινὰς γὰρ πολλὰς, κεφαλὰς ἑξακοσίων ἀποτμηθὰς ἦκε πρὸς τὸν βασιλέα, διὰ τὸ τούτων ἐπιδείξεως, τὴν αὐλὴν τούτων γάμον ἀπαιτῶν.

Poscere autem pro nuptiis filiæ non aurum aut argentum, quod è paternis ædibus afferat, sed CLADEM PALÆSTINORUM, *&* SEXCENTA EJUS GENTIS VIRORUM CAPITA. *Nam mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filiæ fuerit honorificum non vulgaria dona ista accipere, sed in matrimonium viri spectatæ ac testatæ fortitudinis convenire. Quibus auditis David putans sincere à rege affinitatem suam expeti, nihil cunctatus, neque expendens negotii difficultatem, suo cum sodalitio ad imperata exsequenda properat: & his quoque ut in cæteris propitium Numen expertus, rem ex sententia conficit. Cæsis enim plurimis hostium,* SEXCENTA CAPITA ABSCISSA *signum Victoriæ ad regem retulit, promissi eum admonens.*

Nimirum metuit Josephus, si hic locutus fuisset de centum, ac ducentis, præputiis Philistæorum, id nimis ridiculum Græcis visum fuisset: namque *id sibi negotii credidit solum dari, Populo ut placerent quas fecisset fabulas.*

Nec sane mirum, hîc ita loqui Josephum; quum & de Mosis primo adscensu in Montem Sinai inter alia ita loquitur: Τῇ τρίτῃ δὲ πρὶν ἢ τὸν ἥλιον ἀναφῆναι νεφέλη τε ὑπεστέλλετο τὸ πᾶν στρατόπεδον τῶν Ἑβραίων, ὑφ' ὃν τοῦτο ἰδόντων γνώμων, καὶ τὸ χωρίον ἐν πέτραις ἦσαν πεπιημένοι πεδίον ἔφερεν· καὶ ἐν λοιπῷ παλὸς ἐν αἰθρίᾳ τυγχάνοντος, ἄνεμοί τε σφοδροὶ λάβρον κινοῦντες ὑετὸν κατήγιζον, ἀστραπαί τε ἦσαν φοβεραὶ τοῖς ὁρῶσιν· καὶ κεραυνοὶ καλενχθέντες ἐδήλουν τὴν παρουσίαν ἐν θεῷ εἰς Μωυσῆν ἤθελεν ὡς ἐπιτυχόντος· καὶ πρὸς μὲν τούτων [NB] ὡς βούλεται· Φρονείτω ἕκαστος τῶν ἐπιδεξομένων. ἐμοὶ δ' ἀνάγκη ταῦτα ἱστορεῖν καθάπερ ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀναγέγραπται· Ἀρ-

petente jam tertia (die) nubes primum præter ſolitum ſupra totæ caſtra Hebræorum ſublimis pependit, tentoria, quam late patebant, contegens, reliquum cælum circumquaque clara ſerenitate obtinente. Procellæ deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura ſimul crebro micantia terrebant, fulminaque eliſa ſignificabant Moſen ex ſententia cum Deo propitio conveniſſe. Hæc lecturi, ut cuique placuerit ACCIPIANT: mihi certe fas non fuit diſcedere ab illis, quæ in Sacra Hiſtoria conſcripta habentur.

Verùm comparet Lector tum hæc, tum totam hujus adſcenſus Hiſtoriam (Libro 3. cap. 4.) deſcriptam, cum ipſa Sacra Scriptura: quærantque apud Joſephum noſtrum, vitulum illum aureum ac quæ circa ipſum acciderunt; prout ipſa habet Sacra Scriptura. Videbit enim inde quam *non fas* ſibi duxerit *diſcedere ab illis quæ in Sacra Hiſtoria conſcripta habentur.*

Addat hiſce Lector tum quæ de Caino, Setho, aliiſque, confingit, tum quæ de Peſte pro Leonibus falſò ſubſtituta Lib. habet: pluraque alia, quæ ſat bene notarunt tam Celeb. Vitringa, quam alii: ut ſic malignarum fraudum, ac mendaciorum circa Sacram Hiſtoriam hunc Joſephum clare convinci oſtenderent: ac judicet (Lector) ex talibus, quid de poſterioribus ipſius libris (in quibus ex ipſa S. Scriptura convinci nequit; quod illa non eouſque pertingat) credendum ſit.

Tandem hoc unico adhuc addito exemplo revertemur ad noſtrum Ariſteam: quo Epiſtolæ nunc inſerendæ nos paulatim ducunt. Namque hæc illuſtrando ſervient iis, quæ de Daniele ab Alexandro lecto, atque explicato narrat; indeque ulterius conjectando in quantum huic Joſepho etiam circa illa quæ ut Ariſteæ patrocinetur affert credendum ſit.

Sacra igitur Scriptura jam initio libri Eſdræ ita loquitur: *Sic ait Cyrus Rex Perſidis, omnia regna terræ tradidit mihi* JE-

JEHOVA Deus Cæli : & ipſe commiſit mihi ut ædificem ſibi domum Hieroſolymis in Judæa. Quis inter vos de populo ejus eſt? Sit Deus cum eo, & aſcendito Hieroſolyma quæ ſunt in Judæa: & ædificato domum Jehovæ Dei Iſraelis, illius Dei qui habitat Hieroſolymis. Et quisquis reſiduus fuerit ex omnibus locis ubi peregrinatur; ſublevanto eum homines loci ipſius argento & auro & facultatibus, atque jumentis, cum voluntaria oblatione in domum Dei qui habitat Hieroſolymis importanda.

Hæc S. Scripturæ verba ſic, pro lubitu, Joſephus noſter tranſmutat ac concinnat, quaſi S. Scripturam, addendo, mutando, falſare ipſi ludus ac jocus eſſet; modo inde gentem ſuam melius Gentilibus Idololatris commendet Unde libro XIX. cap. 1, ὁ δὲ Κύρος ὁ βασιλεὺς λέγει· ἐπεὶ μὲ ὁ θεὸς ὁ μέγιστος τῆς οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα, πείθομαι τοῦτον εἶναι ὃν τὸ τῶν Ισραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ· καὶ γὰρ τὰ ἐμοὶ προεῖπεν ὄνομα διὰ τῶν προφητῶν· καὶ ἐᾶι τὸν ναὸν αὐτοῦ οἰκοδομήσω ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ χώρᾳ. Quibus ſubjungit Joſephus, ταῦτα ὑ ἐγὼ Κύρος, ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὁ τοῦ αὐτοῦ προφητείας ὁ Ησαΐας καταλιπε, προ ἐτῶν σί. ὅπως γὰρ ἐν ἀπορρήτῳ εἶπεν ταῦτα λέγειν τὸν θεὸν, ἐᾶι βούλομαι Κύρον ἐγὼ, ὃν πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀπέδειξα βασιλέα, πέμψαι μου τὸν λαὸν εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαι μου τὸν ναόν. Ταῦτα Ησαΐας ἐπροφήτευσεν ἔμπροσθεν ἢ καθαιρεθῆναι τὸν ναὸν ἔτεσιν ρμ'. ταῦτ' οὖν ἀναγνοὺς τὸν Κύρον, καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον, ὁρμή τις ἔλαβε καὶ φιλοτιμία ποιῆσαι τὰ γεγραμμένα. καλέσας τε τοὺς ὑπατεύοντας τῶν ἐν Βαβυλῶνι Ἰουδαίων, συγχωρεῖν αὐτοῖς ἔφη βαδίζειν εἰς τὴν αὐτῶν πατρίδα. καὶ οἰκοδομῆσαι τε τὴν πόλιν Ἱερουσάλυμα, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ναόν· Ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῦτον σύμμαχον· αὐτὸν τε γράψειν τοῖς γειτονεύουσιν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων ἡγεμόσιν καὶ σατραπῶν, ἵνα συμβάλωνται χρύσου αὐτοῖς, καὶ ἀργύρου εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ ναοῦ, καὶ πρὸς τούτοις θρέμματα πρὸς τὰς θυσίας· ταῦτα Κύρος καταγγείλαι τοῖς Ἰσραηλίταις

ταις, ἐξόρμησαν οἱ τ̃ δυοφυλῶν ἀρχοντες τ̃ Ἰούδα καὶ τ̃ Βενιαμὶδ&, οἱ π Δαΐτας καὶ ἱερεῖς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. πολλοὶ γὰρ κατέμειναν ἐν τῇ Βαβυλῶνι, τὰ ἡμαῖα καταλιπεῖν οὐκ ἐθέλοντες· καὶ ὡρμημένοις αὐτοῖς οἱ ἔ βασιλέως Φίλοι πάντες ἐβοήθουν καὶ συνεισέφερον εἰς ἔ ναὸ κάλασπολιὼ, οἱ μὲν χρυσίν, οἱ δ ἄργυρον· οἱ δ βοσκημάτων πλήθ& σὺν ἵπποις· καὶ τὰς π δίχας ἀπεδίδοσαν τῷ θεῷ· καὶ τὰς νομιζομένας κατὰ τὸ παλαιὸν θυσίας ἐπέλευν, ὥσπερ ἀνακιζομένης αὐτοῖς τῆς πόλεως, καὶ ἀναβιώσης τῆς ἀρχαίας ὧδὶ τιμὼ θρησκείαν συνηθείας· ἀπέπεμψε δ αὐτοῖς Κύρ& καὶ τὰ σκεύη ἔ θεοῦ, ἃ συλήσας τ̃ ναὸν βασιλεὺς Ναβυχοδονόσορ& εἰς τ̃ Βαβυλῶνα ἐκόμισε. παρέδωκε δὲ ταῦτα Φέρειν Μιθριδάτῃ τῷ γαζοφύλακι αὐτοῦ, προστάξας δῆναι αὐτὰ Ἀβασαάρῳ, ὅπως Φυλάττῃ μέχρι τῆς οἰκοδομίας ἔ ναοῦ· πληθέν& δὲ αὐτοῦ, ἀποδῷ τοῖς ἱερεῦσι καὶ ἄρχουσι τ̃ πλήθους, εἰς τ̃ ναὸν ἀποδοθησόμενα· πέμπει δὲ καὶ ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἐν Συρίᾳ σατράπας Κύρος, τὰ δὲ λέγουσαν· Βασιλεὺς Ὁ Κύρ& Σισίνῃ καὶ Σαραβασαίῃ χαίρειν· Ἰουδαίων τ̃ ἐν τῇ ἐμῇ χώρᾳ κατοικούντων ἐπέτρεψα τοῖς βουλομένοις εἰς τὴν ἰδίαν ἀπελθεῖν πατρίδα, τὴν π πόλιν ἀνακτίζειν καὶ τ̃ ναὸν οἰκοδομῆσαι τ̃ ἐν Ἱεροσολύμοις ἔ θεοῦ, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἐφ' οὗ καὶ πρότερον· κατέπεμψα δὲ μου καὶ τὸν γαζοφύλακα Μιθριδάτην, καὶ Ζοροβάβηλον τὸν ἄρχοντα τ̃ Ἰουδαίων, ἵνα θεμελίους βάλωνται τοῦ ναοῦ καὶ οἰκοδομήσωσιν αὐτὸν, ὕψους μὲν πῆχυς ξ'. τ' δ' αὐτὸν καὶ τὸ &, λίθου μὲν ξεστοῦ τρεῖς ποιησάμενοι δόμους, καὶ ἕνα ξύλινον ἐγχώριον· ὁμοίως δὲ καὶ θυσιαστήριον ἐφ' οὗ θύσωσι τῷ θεῷ. Τιμὴ δὲ εἰς ταῦτα δαπανηθῇ, ἐκ τ̃ ἐμαυτοῦ δόξαι βούλομαι· καὶ τὰ σκεύη δὲ ἃ ἐσύλησεν ἐκ ἔ ναοῦ Ναβυχοδονόσορ& ὁ βασιλεὺς, ἔπεμψα κομιδὴ Μιθριδάτῃ τῷ γαζοφύλακι, καὶ Ζοροβαβήλῳ τῷ ἄρχοντι τ̃ Ἰουδαίων, ἵνα ἀπακομίσωσι εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀποκαταστήσωσιν εἰς τὸν ναὸν ἔ θεοῦ· ὁ δὲ ἀριθμὸς αὐτῶν ἐστι τοιοῦτος· ψυκτῆρες χρύσεοι ν'· ἀργύρεοι υ'· θηλύκλεια χρύσεα ν'. ἀργύρεα υ'· κάδδοι χρύσεοι ν'· ἀργύρεοι Φ'. σπονδεῖα χρύσεα λ'. ἀργύρεα τ'. Φιάλαι χρύ-

σα-

σιναι λ'. ἀργύρεα βυ'. σκέυη τε ἄλλα μεγάλα χίλια. συγχωρῶ ὑμῖν καὶ τοῦ ἐκ προγόνων ἐθισμοῦ τιμῶ, κηνῶν καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου, δεκάχμας εἴκοσι μυριάδας πενταχιλίας καὶ πεντακοσίας· καὶ εἰς σμίδαλιν πυρῶν ἀρταβὰς βφ'. κελεύω δὲ τούτων χορηγίαν ἐκ τῆς Σαμαρείας γίνεσθαι Φόρων· ἐπίστασι δὲ τὰ ἱερὰ ταῦτα κατὰ τὰς Μωσέως νόμους οἱ ἱερεῖς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ προφέροντες ἔξονται τῷ θεῷ προσευχὰς τε ὑπὲρ βασιλέως καὶ ὑπὲρ γένους αὐτοῦ, ὅπως ἡ Περσῶν βασιλεία διαμένῃ. τοὺς δὲ παραβάσαντας τούτων καὶ ἀκυρώσαντας, ἀναστατοῦσθαι βούλομαι, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἶναι βασιλικάς· καὶ ἡ μὲν ἐπιστολὴ ταῦτ' ἐδήλου. τῆς δ' ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας σωτηρίας εἰς Ἱεροσόλυμα, μυριάδες ἦσαν δ'. καὶ διχίλιοι υξβ'.

Hæc dicit Cyrus Rex : Quoniam me DEUS ORBIS *regem conſtituit, HUNC ILLUM ESSE CREDO, quem populus Iſraëlitarum adorat. Is enim meum nomen, PER SUOS PROPHETAS PRÆDIXIT; & quod templum ei ædificaturus ſum Hieroſolymis in terra Judææ. Quibus tum addit : Hoc autem Cyrus cognovit ex lectione libri qui Eſaiæ prophetias continet* 210 *annis ante ipſius ætatem conſcriptas..... quibus lectis Rex, admiratus vatis divinitatem correptus eſt cupidine exſequendi quæ ſcripta legerat : convocatiſque clarioribus apud Babylonem Judæis, ait ſe illis permittere, ut proficiſcantur in patriam, urbemque Hieroſolymam, & Dei templum ædificent denuo. Nam & IPSUM DEUM futurum ipſis auxilio, & ſe ſcripturum vicinis Judææ ducibus, ut conferant eis aurum & argentum ad templi fabricam, & victimas ad ſacrificia.* Poſt quæ, nonnullis interjectis, ita pergit : *Quin & Epiſtolam ad Syriæ Satrapas in hæc verba ſcripſit : Rex Cyrus Siſinæ & Sarabaſanæ S. Judæis, qui regionem meam habitant, permiſi, ut quæcunque vellent in patriam propriam reverſi urbem denuo conderent, & TEMPLUM DEI Hieroſolymis ædificarent, eodem, quo prius, loco. Miſi autem ærarii mei Præfectum* MITHRIDA-

TEM

TEM, & Zorobabelem Principem Judæorum, ut fundamentis jactis TEMPLUM SUPERSTRUANT altitudine cubitorum sexaginta, & totidem latitudine : fiantque tres ordines ex lapide polito, & unum ligneum ex materia quam fert ista regio : similiter & altare super quo sacrificent DEO. quos sumptus omnes de meo fieri volo. Vasa quoque quæ Nabuchodonosorus Rex de Templo prædatus est, mitto per MITHRIDATEM ærarii Præfectum, & Zorobabelem Judæorum Principem; ut ea perferant Hierosolyma, & in Templum Dei restituant : quorum numerus est hic ; Pyxideres aurei 50, argentea 400; situlæ aureæ 50, argenteæ 500 ; libatoria aurea 30, argentea 300 : Phialæ aureæ 30; argenteæ 2400. Præterea vasa alia magna 1000. Concedo autem eis eosdem reditus, quos Majores eorum soliti sunt accipere, in pretium pecudum, & vini, & olei ducenta drachmas millia quingentas : & in similam duo millia artabas quingentas : & hæc è SAMARIÆ TRIBUTIS præberi volo. Immolabuntque Sacerdotes has victimas JUXTA MOSIS LEGEM HIEROSOLYMIS, & inter sacra precabuntur Deum pro salute Regis ejusque generis, ut regnum Persarum incolume maneat. Qui vero per inobedientiam hæc mandata irrita habuerint, eos in crucem agi volo, & facultates ipsorum Fisco nostro attribui. Atque hoc fuit Epistolæ argumentum.

Quæ postmodum de Nehemia narrat, illa eodem pene modo concinnat.

Verum ut etiam de priori, tum & de hac posteriori Epistola aliquid dicam; Josephus noster hîc plane eodem modo agit, ut circa Historiam 70 Interpretum Epiphanius: qui pro unica Epistola binas confingit, circumstantiasque æque veras addit : nisi quod vero fundamento (Epistolæ scilicet quæ initio libri Esdræ reperitur, tum & versu sexto ac sequentibus ejusdem primi Capitis) falsa superstrinxerit : quod aliter se habet in Epiphanio.

Inte-

Interim aperte hic Joſephus præter, ac contra, S. Scripturam loquitur: uti ex comparatione Epiſtolarum clare liquet. Ipſa namque S. Scriptura nihil, de Prophetis à Cyro lectis (multo minus de Eſaia) loquitur; nec de menſura Templi, nec de pluribus aliis, quæ ille ex propria auctoritate addit: neque Vaſorum aliorumque inſtrumentorum aut qualitas aut numerus conveniunt. Quod autem de Eſaia à Cyro lecto addit ſatis bene cum ipſo figmento de Prophetia Danielis ab Alexandro Magno lecta concordat.

CAPUT XII.

Quam admodùm rara fuerint Libri Legis, ante Captivitatem Babylonicam, exemplaria, oſtenditur (quod & pereruditè agnoſcit Celeberr. Camp. Vitringa) ac quam perpaucà à captivis iſtis in Chaldæam tranſvehi potuerint. Quod & ex prælectione Legis, poſt reverſionem ex iſta captivitate liquet, &c. Judæos, etiam poſt liberationem ex iſta captivitate, non, niſi urgente neceſſitate, ſe Gentibus commiſcuiſſe, ipſo teſtante Joſepho.

QUam rara autem Libri Legis, ſeu Pentateuchi, exemplaria fuerint inter Judæos, in captivitate Babylonica, oſtendit ſatis ſuperque illa non tantum Iſraëlitarum Samaritanorum, verum etiam Judæorum illorum, qui Templum Hieroſolymitanum poſſidebant, hiſtoria: inter quos nunquam à Salomonis uſque tempore, Idololatria extincta fuit; licet per (rara tamen) intervalla aliquis Rex veræ religioni deditus regnaret.

Inſtituerat Deus per Moſen, ut Lex quoquo Septennio publice prælegeretur populo. De quali tamen prælectione à Joſuæ tempore uſque ad imperium Joſaphati; inter quos ſpatium 531 intercurrit, à quo tempore rurſus de nulla prælectione Legis legimus, uſque ad 12 annum Regis Joſiæ; quod interſtitium tempus 282 annorum conficit. Cujus ſub imperio quoque Lex tam parum cognita (quin potius plane incognita) erat, ut cum occaſione reparationis Templi Li-

ber Legis, in Templo repertus eſſet, Rex (qui alias tenebatur ſibi deſcriptum habere exemplar, quod quotidie legeret) auditis Legis verbis, cum illa à Saphane Scriba ipſi prælegeretur, laceraret veſtimenta ſua; quod talia audiret.

Verba ipſius Sacræ Scripturæ, 2 Reg. lib. cap. 22. verſu 8. & ſequentibus, hæc ſunt : *Tum dixit Hilkia Sacerdos ſummus Saphani ſcribæ ; Librum Legis inveni in domo Domini : tradiditque Hilkia librum iſtum Saphani, qui illum legit.* [*v.* 10,] *Indicavit Saphan ſcriba Regi, dicendo, librum tradidit mihi Hilkia ſacerdos, legitque eum Saphan coram rege.* [11.] *fuit autem cum audiret Rex verba libri Legis, ut laceraret veſtimenta ſua :* [12.] *& præciperet Rex Hilkiæ ſacerdoti & Achicamo filio Saphanis, & Hakbori filio Mikajæ, & Saphani ſcribæ, ac Haſajæ ſervo Regis, dicendo :* [13.] *Ite, conſulite Jehovam pro me & pro populo, nempe pro toto Juda, ſuper verbis libri hujus qui inventus eſt. Nam magna eſt excandeſcentia iræ Jehovæ, quæ accenſa eſt in nos ; eo quod non auſcultarunt patres noſtri verbis Legis hujus.* [14,] *Itaque abiit Hilkia ſacerdos, & Achikam, & Hakbor, & Saphan, & Haſaia ad Huldam Prophetiſſam, &c.* [15.] *Quibus* (illa) *dixit, ſic ait Jehova Deus Iſraëlis ; dicite viro qui miſit vos ad me, ſic ait Jehova : ecce inducturus ſum malum contra locum hunc, & contra habitatores ejus* (ſecundum) *omnia verba iſtius libri quem legit Rex Judæ.* Adde his cap. 23. v. 2. *Aſcendit Rex in Domum Domini, omneſque habitatores Hieroſolymorum cum eo, cum ſacerdotes, tum Prophetæ, ac totus populus à minimo uſque ad maximum : & legit ipſis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus fuerat in Domo Domini.*

Ad quam hiſtoriam Celeberrimus Campegius Vitringa (lib. I. part. 2. cap. 9.) hæc ſequentia notat : *Hiſtoria in rem noſtram digna eſt omni attentione. Ex ea enim quid concludas aliud, quam LIBRI LEGIS rarum, quin rariſſimum eo tempore inter Judæos, imo inter ipſos ſacerdotes, fuiſſe uſum? Cetero-*

teroquin quare repertum Librum Legis miratur Sacerdos ſummus? Quare illius lectionem & ſenſa ſtupet Rex Joſias? Quare conſulitur extra ordinem Deus ad verba Legis ſuæ exponenda? Quare etiam congregantur ſeniores & Judæi univerſi ad Legis audiendam prælectionem, fœduſque ſuper conditionibus, in eâ perſcriptis, cum Deo renovandum?

Verum enim vero jam Joſaphati Regis tempore, 282 annis ante hanc (ut notavimus) prælectionem Joſiæ regis, tam maxime rara erant *Legis* exemplaria, ut Rex Joſaphat, cum Ben-hail, & Abadiam & alios cum proceres, tum Sacerdotes ac Levitas, mitteret ad docendum veram religionem populum Judaicum, per omnes civitates, illi Librum Legis ſecum haberent. Quod minime neceſſe fuiſſet, ſi exemplarium hujus Libri copia inter Judæos fuiſſet.

Ex modo dictis Lector conſiderare poteſt, quam perpauci (ſi modò plus quam unicum) Codices in Babyloniam, quò ex bello captivi avehebantur, deportati ſint.

Atque ſane videmus, Deum toties miſiſſe ſuos Prophetas, qui populum, quin & ipſos Reges ac Sacerdotes, docerent, monerent, &c. non ex Libro Legis, ſed ex ore Dei, ſeu inſpiratione Divina; etiam in ipſa illa captivitate Babylonica. Qui Prophetæ etiam defecerunt, nec amplius miſſi ſunt, poſtquam Lex (poſt reditum ex captivitate) omnibus Judæis notior facta fuit per prælectiones: ac potiſſimum, quando jam Synagogæ inſtitutæ eſſent.

Hoc præterea quoque videmus exinde, quod quum jam Lex per Eſdram, alioſque cum eo, prælegeretur populo, illi Legem interpretarentur. Namque ex Codicum Legis defectu, eo facilius linguæ Hebrææ notitiam in captivitate perdiderant ita, ut jam reverſi, quando jam contextus Hebraicus ipſis prælegebatur, eum intelligere non valuerint: ſicut & inde poſt in Synagogis legenti ſemper interpres adſtabat: quod lingua Hebræa plane in deſuetudinem veniſ-

ſet apud populum : Sacerdoteſque ac Levitæ illam ex Bibliis Sacris, addiſcerent, ac memoria retinerent.

Notabilia admodum hic ſunt verba Nehemiæ, cap. VIII. *Congregatus autem eſt univerſus populus ad unum uſque in platea quæ erat ante portam aquarum, & dixerunt ad Eſdram Scribam, ut afferret Librum Legis Moſis, quam præceperat Dominus Iſraëli. Attulit igitur Sacerdos Eſdra Legem* [Prophetarum, quod notandum, hic nulla mentio] *coram multitudine virorum ac mulierum, & quicunque* (ratione ætatis) *intelligentes erant ut audirent, in prima menſis ſeptimi ..... Et legerunt in Libro Legis Dei, luculenter, explicantes ſenſum, & erudientes inter legendum.* Ac rurſus v. 14. *Poſtero die rurſus capita Patrum totius populi* [ſeu *familiarum,*] *Sacerdotes, & Levitæ ad Eſdram Scribam, ut erudiret eos in verbis Legis. Inveneruntque ſcriptum, in Lege quam Dominus præceperat per manum Moſis, ut filii Iſraëlis ſedeant in tentoriis ..... Legit præterea* [Eſdras] *in Libro Legis ſingulis diebus, &c.*

Si autem hi *Capita Patrum*, *Sacerdotes*, ac *Levitæ* (exceptis illis paucis qui cum Eſdra Legem prælegebant, atque interpretabantur) ipſi Codices habuiſſent : nulla neceſſitas urgebat cur ad Eſdram accederent, ut ille ipſis Legem prælegeret, ac doceret.

Hiſce jam modo dictis perpenſis, conſiderandum Lectori relinquo, quomodo Rex Cyrus, qui nec Hebraice callebat, neque, procul omni dubio, illud unicum (ut puto) exemplar forte viderat ; quum & præterea Prophetarum ſcripta ita deliteſcerent adhuc, ut per Nehemiam aut Eſdram nulla ipſorum mentio facta ſit, ſed ſolius Libri Legis, quomodo, dico, is Eſaiam legere potuerit : quod, hîc altum tacente S. Scriptura, Joſephus tam audacter affirmat; quin & in illa prima Cyri Epiſtola, ipſum ita loquentem inducit : *Is enim meum nomen PER PROPHETAS ſuos prædixit.* Quæ nullo modo in Epiſtola, quæ ex Eſdræ libro ſupra allata fuit, comparent.

Præ-

Præterea admodum credibile exinde eſt, quod vel tantum unicum exemplar (forſan illud Joſiæ tempore repertum) vel ſaltem pauciſſimi numero (quod tamen minus credo, ob rationes alibi latius deducendas) reſtarent, natam fuiſſe iſtam fabulam, *Eſdram*, nempe, *Scripturam* hanc *ex inſpiratione*, atque inſtinctu Divino, quum jam tota deperdita eſſet, de novo quaſi prophetaſſe, atque in lucem denuo produxiſſe. Eſt igitur eadem fabula pene Joſephi, nunc Cyro regi, nunc Alexandro Macedoni applicata.

Adde denique & hæc, Judæos ſc. ſeſe olim cum aliis gentibus non commiſcuiſſe, imprimis circa religionem, quando jam ad veram religionem converſi, Legem ipſiusque præcepta obſervare cœperant. Quod eo magis locum obtinere debuit in Eſdra aliiſque pauciſſimis piis, qui in vero pietatis cultu perſtiterant. Joſephus ille noſter de ipſis teſtatur: *Judæos neminem ex aliis gentibus recipere diverſa de Numine ſentientem: neque communicare iis qui aliam ſequuntur vitæ rationem præter Judaicam.* Quibus adde jam hæc quæ is contra Apionem libro I. ita affert: *Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, neque mercimoniis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed noſtræ civitates procul à mari ſitæ ſunt: regionemque uberrimam poſſidentes in ea aſſidue laboramus, præcipue circa liberorum nutrimenta ſtudentes, legumque cuſtodiam: & traditionem pietatis, totius opus vitæ neceſſarium judicamus. Cumque accedat his quæ prædicta ſunt, etiam vivendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret nobis commercium Græcorum, &c.*

Ipſa verba Græca Joſephi ita habent. Ημεῖς πίνυν ὅτι χώραν οἰκοῦμεν θαλάττιον, οὐτ' ἐμπορίοις χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ὁμιλίαις· ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακραὶ ἀπὸ θαλάττης ἀνῳκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι, ταύτην ἐκπονοῦμεν. μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς

τὸς νόμους, καὶ τὰ κατὰ τάτους παραδεδομένα διοίβειαν ἔχον ἀναγκαιότατον ἐς βίε πιούμβοι. προπύσης τοίνυν τῆς εἰρημβίοις καὶ τὸ περὶ τὸν βίον ἰδιότητ. Θ., οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ πιοῦν πρὸς Ἕλλωας ἡμῖν ἀπιμιξίαν, &c.

Denique & ipſorum Apoſtolorum tempore [Act. 10, v. 28.] Petrus ad Cornelium cæteroſque ibi præſentes : Ὑμεῖς ἐπίσασθε ὡς ἀθέμιτον ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. Licet hæc aliquis paulò aliter interpretari queat : nempe ratione communis convictus,ac familiaritatis.Ratione religionis (circa iſta tempora ſaltem) aliud indicare videntur verba Chriſti apud Lucam cap. 23. v. 15. οὐ προσάγετε τὴν θαλασσαν, καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον.

Ut autem antiquis temporibus ab omni Gentilium, aliorumque Idololatrarum,commercio ita abſtinerent (ac quidem ex Legis Moſaicæ præſcripto) ut etiam noſtri Salvatoris tempore ingreſſum ad ἀλλοφύλους abominarentur ; Rabbinique ſeu ſcribæ , atque omnes quidem Phariſæi , ſibi ab ipſo Judæorum vulgo ita caverent, ut ne quidem attingi ſeſe ab illo paterentur [ut alibi latius oſtendo,] Cum, dico, hæc omnia ſeſe ita haberent, conſideremus , an tempore Ptolemæi Philadelphi tot homines, ac quidem *Seniores* , *Sacerdotes*, atque alias ex præcipuis populi; quin ex unaquaque duodecim tribuum (ſuppoſito jam pauliſper, illas ibi adhuc, ſicut ante Captivitatem Babylonicam ſuperfuiſſe) tot viri utriuſque linguæ, Græcæ ſcilicet æque atque Hebraicæ ſumme periti eligi potuerint (namque inter Græcos illos vixiſſe oportuerat;) illique præterea tam familiari convictu uti voluerint: tum & unde is Ptolemæus (aut-ſi mavis Demetrius, noverit has duodecim Tribus : tum denique quomodo illos Eleazarus eligere, ac quidem 6 ex unaquaque Tribu, mittere ad Ptolemæum valuerit.

Nam ſi quid certum in Hiſtoria Judaica, circa quam ipſi Sacræ

Sacræ Scripturæ magis quam Fl. Joſepho credendum eſt : certiſſimum eſt iſtas 10 Tribus à Salmanaſſare devectas, nunquam in patriam rediiſſe.

Illas autem in univerſum avectas fuiſſe ; atque ſic quidem, ut, ſi ulli, certe pene nulli [qua & Benjamin comprehenditur] ibi remanſerint, quoque certum eſt. Ita enim de ipſis S. Scriptura 2 Reg. cap. 17. v. 18. loquitur : *Iratusque eſt Dominus Iſraëli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi Tribus Juda tantummodo.* Ac v. 24. *Præterea adduxit Rex Aſſyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahajath, & de Emath, & de Sepharvaim, & collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Iſraël : qui poſſederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.*

Verum audiamus hîc & ipſum Joſephum, Antiquitatum libro undecimo ita loquentem : Πολλοὶ δ' αὐτῶν καὶ τὰς οὐσίας ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς Βαβυλῶνα, σπεύδοντες τὴν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα κάθοδον· ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε διὰ τὸ δύο Φυλὰς εἶναι συμβεβηκὸς ἔτι τε τὴν Ἀσίας καὶ τὴς Εὐρώπης, Ῥωμαίοις ὑπακούσας· αἱ γὰρ δεκα Φυλαί, πέραν εἰσὶν Εὐφράτου, ἕως δεῦρο μυριάδες ἄπειροι, καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυνάμεναι· τοῖς δὲ Ἔσδραν ἀφικνουμένοις ἱερέων καὶ λευιτῶν, καὶ γραμματέων, καὶ ἱεροψαλτῶν, καὶ ἱεροδούλων, πολλὴ τὴν ἀριθμόν. *MULTI vero ex iis, aſſumptis ſuis facultatibus, Babylonem venerunt, cupientes reverti Hieroſolyma. Reliqua ISRAELITARUM turba aſſuetum jam domicilium noluit relinquere. QUA PROPTER DUÆ TANTUM TRIBUS PER ASIAM ET EUROPAM SUB ROMANO DEGUNT IMPERIO. decem autem Tribus nunc quoque ultra Euphratem ſunt, infinita hominum millia, quæ vix eſt numerare. Cæterum ad Eſdram magna multitudo convenit tam Sacerdotum & Levitarum, quam Janitorum ſacrorumque cantorum, & miniſtrorum.*

Vide hîc, mi Lector, ipſum Joſephum teſtem. Cui ſi fidem habemus, *multi*, non vero omnes Judæi (concedamus

mus tamen plurimam partem) in patriam redierunt; imprimis autem Sacerdotes, Levitæ, cæterique Sacrorum miniſtri. Iſraëlitas interim, ibi inter Medos, &c. ita remanſiſſe, ut nemo ipſorum Judæos Hieroſolymam concomitaverit.

CAPUT XIII.

De X Tribubus tranſvectis; & an aliqua multitudo ipſarum remanſerit; ac quidem ita, ut Ptolemæi tempore unaquæque tot viros perdoctos exhibere potuerit, quot perhibentur poſtulati ac miſſi. De quibus tum X tum XII Tribub. ulterius diſſeritur. Notabilia admodum Joſ. Scaligeri verba. Cur Eleazarus VI ex unaquaque Tribu miſerit. Judæos tamen nonnullos de ſolis quinque ſenioribus eo tranſmiſſis loqui: contra aliquos ex Chriſtianis aſſerere, ipſum Eleazarum Summum Pontificem Judæorum cum cæteris LXX Interpretibus in Ægyptum conceſſiſſe.

UNde autem poſtea, decem illas Tribus ex earumque unaquaque 6 viros Hebraicæ, & Græcæ linguæ ſummè peritos, ibi in Palæſtina produxerit, omnibus nunc eruditis dijudicandum relinquo.

Nam ſi ibi aliqui Iſraëlitæ remanſerunt; certe non tot, qui aliqualem Tribuum umbram præbere potuiſſent, ibi reliqui manſerunt: neque dubitandum eſt illos à Cuthæis cæteriſque eò demigrantibus gentibus abſorbtas fuiſſe: quamvis ſtatuamus, (quod tamen credibile non eſt) ſolos pios ibi ſuperſtites manſiſſe. Neque ſi id verum fuiſſet, neceſſe erat è Babylone arceſcere quendam Sacerdotem (procul omni dubio è Judæorum numero) qui illos Legem Dei Iſraëlis, ſeu veri Dei, doceret: quum piæ iſtæ Iſraëlitarum reliquiæ id præſtare potuiſſent, impiæ vero id facere minime valuiſſent; nec, ſi valuiſſent, id voluiſſent.

Quin ipſe Joſephus nobis adſtipulatur (dum tamen alias perſæpe à S. Scriptura diſſentit) cum ſub finem lib. IX. c. 14. ait. Καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἡγημονίαν ἄρδην ἠφάνισε, καὶ πάντα τὸν λαὸν με-

μετῳκησεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Περσίδα. *Extinctoque* FUNDITUS *Iſraelitarum imperio, populum traduxit in Mediam & Perſidem.*

Quibus addi poſſent illa, quæ in Epiſtolis ad Celeb. Stephanum Morinum ſuper hac re diſſerui.

Petiit tamen ex ſuggeſtu Demetrii Phalerei ἀφ' ἑκάστης Φυλῆς ſex Interpretes, καλαῖς βεβιωκότας πρεσβυτέρους, ἐμπειρίαν ἔχοντας ϗ νόμου, καὶ δυνατοὺς ἑρμηνεῦσαι, &c.

At ipſe Demetrius alibi, nempe in Epiſtola illa ad Ptolemæum conficta: Διὸ πρὸ μὲν γεγόνασιν οἵ τε συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ, καὶ τὸ τῶν ἱστορικῶν πλῆθος, τὸ ὑπομνήσεως τῶν παραληφθέντων βιβλίων, καὶ τῶν καθ' αὐτοὺς πεπολιτευμένων, καὶ πολιτευομένων ἀνδρῶν, ἕως τοῦ ἀγνοῶ τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν τούτοις ἰδιωρίαν, ὡς φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης.

Hinc enim, ait ille, cum alii ſcriptores ac Poëtæ, tum HISTORICI OMNES [ergo & ipſe Hecatæus, niſi eum exceptum velimus] *abſtinuerunt à mentione librorum iſtorum, & virorum illorum, qui ſecundum Leges has adminiſtrarunt, & adminiſtrant Rempublicam,* &c.

Quantumvis igitur Scriptura Novi Teſtamenti etiam duodecim Tribuum meminerit, non tamen illa in Palæſtina reperit. Sic enim Apoſtolus Jacobus: Ἰακώβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ δοῦλος, ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ Διασπορᾷ, χαίρειν.

Quod *duodecim* quoque indicat, ne quidem omnes (ſicut ex Joſepho liquet) Judæos ac Benjamitas fuiſſe reverſos Hieroſolyma; ſed in Babylonia, aliiſque in locis circumvicinis remanſiſſe. Sicut & Petrus Epiſtolam primam ſcribit, ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις Διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας, illiſque poſtea (cap. 5. v. 13.) ſalutem impertit, nomine Babyloniorum, unde, proculdubio, è

Babylónia, tractu temporis ulterius dispersi fuerant; cum ait: Ἀπαλλάξαι ὑμᾶς ἢ ἐν Βαβυλῶνι συνεχλεκτὴ. Quæ frustra plane nonnulli eruditi, de Roma intelligi pertendunt. Illos cò è Babylone transmigrasse, ac quonam auctore, testatur dictus Josephus, allata Epistola ipsius Antiochi in qua hæc, inter alia, habemus: *Quia quosdam in Phrygia & Lydia res novas moliri audio, videtur hoc negotium curam meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi ex his Judæis, qui Babyloniam & Mesopotamiam incolunt, duo millia familiarum cum tota supellectile eò traducere, & locis opportunis per præsidia disponere, &c.* Græca verba habent: Πυθανόμενος τὰς ἐν Λυδίᾳ καὶ Φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης ἀπειροφῆς ἡγησάμην τοῦτο μοὶ δεῖσθαι. καὶ βουλευσαμένῳ μοὶ μετὰ τῶν φίλων, τὶ δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ Φρύγια, καὶ τὰς ἀναγκαιοτάτας πόλεις τῶν ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας Ἰουδαίων οἴκους δισχιλίους σὺν ὁπλισμῷ μεταγαγεῖν.

Non ingrata fore Lectori existimo verba Jos. Scaligeri, ex notis in Chronologiam Eusebii huc translata; quæ ita habent: *Quid ni rem tam alienam* [de Demetrio sc. Phalereo hanc Versionem ut prætenditur procurante] *à vero potuit memoriæ prodere, qui non veritus est dicere, senos interpretes ex omnibus* 12 *Tribubus missos fuisse? Quasi tunc duodecim omnes Tribus extarent, quarum decem tempore Ezechiæ in Mediam deportatæ fuerunt. An aliæ Tribus in Judæa eo tempore præter Judam & Benjamin? Memini equidem in Euangelio secundum Lucam fuisse vetulam Prophetida Annam Phanuëlis filiam ex Tribu Aser. Memini & inscriptionis Epistolæ Jacobi Catholicæ:* ταῖς ἐν Διασπορᾷ δώδεκα φυλαῖς. *Sed nihil ad rem. Nam tametsi eo tempore tantum duæ Tribus essent, tamen quadam vetere loquendi consuetudine Judæi tunc nomine* 12 *Tribuum comprehendebantur. Ut patet Actorum* XXVI, 7. τὸ δω-

δωδεκάφυλον ἡμῶν. *Quum tamen* δίφυλον, non δωδεκάφυλον *verius dixisset. Sed consuetudinis magnæ vis est, adversus quam nullæ regulæ post opponi possunt. Sic* 1 Cor. XV. 5. ὤφθη Κεφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα. *EXHIBUIT SE CEPHÆ, POSTEA IPSIS DUODECIM. Atqui undecim tantum erant. Nondum enim Matthias in locum proditoris substitutus erat. Hoc consuetudo extorsit, ut quia primum dicti erant* οἱ δώδεκα, *tamen ita etiam vocati fuerint, cum essent tantum* ἕνδεκα, *quod retinuit Marcus quum de eadem re loqueretur. XVI, 24.* Ὕστερον ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη. *Ita Paulo & Marco in eadem historia videtur non convenire in numero, quum tamen nulla discordia sit, Paulo secundum consuetudinem præteriti temporis, Marco secundum præsens tempus loquenti. Concedamus inter Judæos omnium Tribuum tribules aliquos fuisse, quod tamen falsissimum est, quomodo summus Pontifex Eleazarus eos ad manum & in numerato habere poterat, ut petenti regi statim suppeditaret, quandoquidem, si ita esset, (quod certe non fuit) nulli Tribui certus locus assignatus esse potuit, sed* 10 *Tribus oportuit quasi inquilinas in duabus reliquis habitare?*

Attamen non obstantibus hisce, Eleazarus ille Aristeæ mittit sex senes ex singulis Tribubus: quem sequentes & Josephus & Augustinus & Epiphanius & alii volunt: inter quos Justinus Martyr illos ab Herode missos somniat. quin &, quod plus est, Epiphanius rationem reddit, cur accuratè hunc numerum ex unaquaque miserit Eleazarus: ne nempe, si non ex quaque Tribu sex electi fuissent, hinc rixæ, & contentiones, imo seditiones ob honoris prærogativam huic Tribui datam, illi vero denegatam, suborirentur; atque inde periculum, saltem metus, belli intestini exortus fuisset. Ita enim Epiphanius loquitur: ut jam ante audivimus) Ἀπεστέλλοσι κατὰ τὸν τύπον ὃν ποτε ἐποίησε Μωϋσῆς, ἐνίκα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος κατὰ πρόσταγμα τοῦ Κυρίου, ἀκούσας ὃν παρέλαβε μετὰ σταυροῦ ἄνδρας

ἑβδομήκοντα, καὶ ἀναβηθι εἰς τὸ ὄρος· αὐτὸς δὲ, ἵνα τὴν φυλὴν τὰς φυλὰς εἰρήνην, ἵνα μὴ ἐξ ἑνὸς λάβῃ πέντε ἄνδρας, ἐξ ἄλλων δὲ ἓξ καὶ πήχυν εἶναι ἐν τοῖς φυλαῖς, διενοήθη μᾶλλον ἑβδομήκοντα δύο ἑαυτῷ λαβεῖν, καὶ τῷ ἀριθμῷ προσθῆναι, τῷ αὐτῷ δὲ τρόπῳ, ὡς ἔφην, καὶ τούτους ἀπέστειλεν *Mittunt autem secundum typum* [*seu præfiguratam formam*] *quem olim Moses fecerat, quando à monte* [Sinai] *rediisset ex mandato Domini, audivissetque* [illa] *tecum sume septuaginta Viros, & ascende in montem. Ipse itaque ob pacem inter Tribus conservandam; neque ex aliquibus (earum) assumeret quinque Viros, ex aliis vero sex; atque ita seditio inter Tribus exoriretur, excogitavit, potius septuaginta duos sibi assumendos esse, & numero adangere : sic enim, uti dixi, etiam illos* (in Ægyptum) *mittebat.*

Videmus itaque quanta cum cura atque anxietate hic egerit Eleazarus, seu *potius Senatus Populusque Judæus* : cum is Eleazarus, circa hanc rem, ne quidem semel ab Epiphanio nominetur. Judæorum vero illi, qui & huic versioni aliquatenus patrocinantur (nam & hos tam ante quam post natum Salvatorem nostrum Jesum Christum, in factiones fuisse divisos infra ostendam) discrepant quoque inter se super numero horum Interpretum. Namque Massechet Sopherim non numerum 70 vel 72 reperimus verum quinque Seniorum verba sunt : מעשה בחמשה זקנים שכתבו לטלמי המלך את התורה יונית והה היום קשה לישראל כיום שנעשה העגל :

Opus quinque Seniorum, qui scripserunt Ptolemæo Regi Legem Græcè : & fuit dies ille gravis Israeli sicut dies quo factus fuit vitulus.

De his tamen 12 Tribubus, quamvis & de 70 Senioribus missis, plane tacent Irenæus & Clemens : ac de 70-virali numero ipse Philo Judæus ut jam ante dictum fuit.

Ac

Ac certe quid opus erat tanto molimine tot arceſſere Interpretes Hieroſolymis, ubi tantus Judæorum numerus, ac quidem eò ex Judæa tranſvectus; in ipſa Ægypto degeret: interque illos certe nonnulli eſſent, qui Legis libros Hebraicè ſcriptos (forſan etiam Chaldaicè; ſed de hac re infra videbimus) poſſiderent?

Quin & ipſe Ariſteas, hic contra ſe teſtari videtur (ac ſatis imprudenter;) quod inferius dicat, poſt Verſionem jam perfectam, ac prælectam, judicaſſe populum Judaicum ibi congregatum, atque exclamaſſe, Verſionem illam ſincerè atque accuratiſſimè factam eſſe. Quod minime dijudicare potetant, ſi non ipſi accurata exemplaria ad manum habuiſſent; verum hac de re quoque infra latius

Accedat interim quod Judæi ſemper & ubique uſque ad ſuperſtitionem anxii fuerint & ſoliciti circa textus ac Scripturæ Legis puritatem: unde & procul omni dubio, ſi quæ Legis exemplaria Hebraica in Ægypto habuerunt, iſto tempore; eos quoque illa accurata ac ſincera poſſediſſe.

Et tamen confingitur Ptolemæum hic tam anxium fuiſſe, ne ex vitioſo apographo Leges verterentur, ut non contentus accuratum exemplar (vel exemplaria) ex Judæa petiviſſe, etiam 72 Seniores voluerit ac quidem 6 ex unaquaque Tribu. Neque minus hic accuratus Eleazarus, *elegit optimos & eruditione præſtantes viros, utpote PRÆCLARIS ORTOS PARENTIBUS:* [& hos ex unaquaque Tribu ex aliis electos] *qui non ſolum exercitati erant in literis Judæorum, ſed etiam in ſtudia & mores GRÆCORUM non ſegnem operam navarant:* ac porrò tales quales noſter Ariſteas ipſos quaſi Divinos viros deſcribere pergit.

Aſt eo non contentus Hilarius (in Pſalm. 8.) nec qui hic illum quoque ſequitur Baronius, ſtatuunt *ipſum Eleazarum, cum toto Judæorum Synedrio hujus rei cauſa conceſſiſſe in Ægyptum,*

ptum, (ex traditiuncula forsan, aliquem Eleazarum caput ipsorum extitisse; uti alibi affero.) quod ut aliarum rerum sacrarum ita & hujus rei cura ad illud pertineret. Alii quoque *Ezechielem*, qui membrum erat Synagogæ Magnæ, quæ tempore Esdræ, saltem Nehemiæ obtinuit; alii *Eleazarum illum senem qui sub Antiocho* Martyrii coronam tulit, & *Iesum Syrach*, & *Simeonem*; alii illum qui Salvatorem nostrum ulnis suis complexus, horum 70 numero immiscent. Verum hæc nulla refutatione digna.

CAPUT XIV.

Quanta veneratione, ob pietatem Ptolemæi Eleazarus, erga ipsum, quin & Sororem (qua cum iste in incestu vivebat) affectus fuerit; tum & ipse populus Judaicus. Multæ aliæ nugæ silentio fere prætereuntur. Notantur tamen nonnullæ: ut de Jordane fluvio, de mustela, animali, &c. Qua occasione Isaaci Vossii, maximi hujus Aristeæ (pòst) patroni, afferuntur verba, quibus ipsum Pseud-Aristeam appellat: de aureis literis, &c.

SUper Epistola Eleazari non est quod multum moremur. Nec continet ea aliquid observatione dignum; nisi hoc in transitu, quod valde illa deprædicet Philadelphi pietatem, his verbis: ἣν ἔχεις πρὸς τὸν θεὸν ἡμῶν εὐσέβειαν.

Quod 2 ipse quoque suam suorumque pietatem atque affectum erga regem multum exaggeret dicendo: εὐθέως ἂν προσηγάγομεν ὑπὲρ σῦ θυσίας, καὶ τ ἀδελφῆς, καὶ τ τέκνων. Ut pro quibus sacrificassent, &c. Qualia sacrificia pro ἀλλοφύλοις seu Gentilibus an licita fuerint Deo fidelibus Judæis?

Ac notanda hic SOROR nempe illa, cum qua incestuoso conjugio vivebat; quamque postea inter Divas retulit, seu consecravit. Quæ quam pia apud Judæos haberi potuerint, sive ut melius loquar, quam impia atque horrenda, haberi debuerint, Lex ipsa clarissimè docet; ubi de gradibus consanguinitatis, & ratione matrimoniorum, loquitur. Po-

Poſtremum eſt quod narret, ſe *præſente Populo* [ita intelligenda namque hæc verba παρόντων δὲ πάντων, *in præſentia omnium* : Quia antea dixerat, quod *congregata omni multitudine*] hanc Epiſtolam Regiam prælegiſſe; ac poſtea, quod univerſa multitudo cuncta felicia regi, &c. voviſſet; qua igitur multitudine præſente electionem hanc fecerat.

De nominibus horum Interpretum nullam movebo quæſtionem. Sic quoque fruſtra exſpectabit Lector me aliquid dictum ſuper ſermonibus Eleazari cum Ariſtea atque Andrea, ſuperque deſcriptione donariorum; ac denique ſuper egregia iſta, ne (ridicula dicam) deſcriptione terræ Judaicæ, Hieroſolymorum, & Templi, &c. quod donariorum conſiderationem aurifabris ſimilibuſque committam; ac deſcriptiones ejus tum terræ Judaicæ, &c. tum veſtimentorum Sacerdotalium, Geographis atque Hiſtoricis Sacris quoque committam.

Notari tamen poſſunt illa, atque ex iſtis judicium ferri quæ de Jordane narrat : nempe *quod ille perinde, ut Nilus, circa tempus meſſis exundans, multum terræ irriget, & circa regionem Ptolemæorum in alium fluvium illabatur, qui deinde in Mare ingrediatur.* Quod plane contra veritatem eſt.

Tum etiam illud quod de Muſtela Eleazarus aſſerit, dum de Legibus, itemque de mundis atque immundis animalibus loquitur : *Muſtelæ naturam eſſe peculiarem, quia hoc animal hoc proprium habet, ut auribus fœtum ſuum concipiat, ore vero pariat.* Qualia etiam in Epiſtola ſua Barnabas nobis tradit dum ait : Ἀλλὰ καὶ ἡ δασύποδα μὴ φάγῃ, ὁ φησίν· τοὺς τί; ὁ μὴ γίνῃ παιδοφθόρος, ὁδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς πιάπις· ὅτι ὁ λαγωὸς καθ' ἑναυτὸν πλεονεκτεῖ τὸν ἀφόδευσιν, ὅσα χάρ ἔτη ζῇ τοσαῦτα ἔχει τρύπας· ἀλλὰ ὁδὲ ἡ ὕαιναν φάγῃ ὁ μὴ, φησὶ, γλώῃ μοιχός, ὁδὲ φθορεύς, ὁδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς πιάπις· τοὺς τί; τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἑναυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καί ποτε μὲν ἄρρεν, ποτὲ θῆλυ γίνεται. ἀλλὰ καὶ

καὶ ἡ γαλὴν ἐμίσησε καλῶς· ὃ μὴ γὰρ, φησὶν, ἐμοιωθήσῃ τῆς τιθήσις, εἴτε ἀκούσῃ ἀνομίαν πιθήλας τῷ στόματι, ἢ ἀκαθαρσίαν ἀδὲ κελληθήσεσθε ταῖς ἀκαθάρτοις ταῖς ἡ ἀνομίαν ποιήσαις τῷ στόματι. τὸ γὰρ ζῶον τῦτο τῷ στόματι κύει : Quæ poſtrema verba, judice Iſaaco Voſſio, (ac rectè quidem, ita ſunt corrigenda : Τὸ γὰρ ζῶον τῦτο δι' ὠῶν συλλαμβάνει, καὶ τῷ στόματι κύει. Cui emendationi tum porro addit : *Muſtelam auribus concipere, & ore deinceps parere notiſſima inter tonſores fabella. Illam tamen non videtur audiviſſe nuperus editor : qui occaſione ex hoc loco ſumptâ, verba Iſidori conatus eſt corrumpere. Ita enim apud illum legendum erat : Falſo autem opinantur, qui dicunt Muſtelam aure concipere, ore effundere. Hoc præceptum eodem modo narrat* PSEUDO-ARISTEAS.

Quæ Voſſii verba eo libentius affero, quod videamus ex illis, eum, antequam turbine Zeli pro 70 Interpretibus in tranſverſum actus fuerat; ob *ætatem mundi* (quam longe aliter conceperat) defendendam, hinc melius ſtabiliendam, hunc Ariſteam (cui poſtea tam vehementer patrocinatus eſt) pro Scriptore perſonato; adeoque, ut ipſe loquitur, pro *Pſeudariſtea* habuiſſe.

Quod attinet verò Libros ad Ptolemæum ab his Interpretibus perlatos, fuerunt illi aureis literis conſcripti ſecundum noſtrum Ariſteam : quem alii quoque hic ſecurè ſequuntur; ut Joſephus, & ex ſuo Ariſtea Epiphanius.

Hoc ſane Judaicæ, circa hanc rem, vanitati ſatis bene quadrat, vel potius Helleniſtarum; quorum cauſam hîc agit Joſephus : ut ſcripta ſua ſic magis placere poſſent Græcis; quibus ſuam gentem ubique magnificè jactat.

Nec ſane male conveniebat, ut poſt tot ac tanta aurea dona accepta à Ptolemæo, illi ſaltem aureas literas transmitterent. Verum lege de hac re cap. XIX. Sect. 4 & 5. eruditiſſimi Hodii : qui & plura alia notatu ac lectu digniſſima, circa

circa hujus vani ſcriptoris figmenta, aſſert.

Talibus cum libris quando jam venirent ad regem Ptolemæum, ille ipſos admodum *benignè*, ac cum magna *admiratione* & *ſtupore* excepit, ſicut Ariſteas noſter habet; cunctaque alia negotia, & propter horum adventum, & imprimis propter libros allatos neglexit; imò, propter libros, etiam ipſos illos ſenes: donec Sacra iſta volumina adoraſſet. *Adoravit* igitur iſtos Libros; ac quidem χεδὸν ἑπτάκις ωεοσεκύνησε, *fere ſepties adoravit*. Quod *fere ſepties* totamque illam *adorationem* omittit, hîc paulo ſapientior Joſephus, Ariſteæque ſuo relinquit: quod, credo, illud χεδὸν ἑπτάκις æque difficulter, quam nos, intellexerit; vel ut ridiculum, ſicut eſt, rejecerit.

Narrat itaque rem multo ſimplicius, ac quidem hoc modo: neque enim raro ſuum deſerit Ariſteam, ac tum linguam, tum hiſtoriam, ſeu fabulam paulo melius accommodat. Ipſius namque verba, hîc cum illis Ariſteæ comparanda ſunt: Τῦτε φήνω ἀπολύσας ἐκείνυς, τὰς πομφθείσας ὑπὸ Ἐλεαζάρυ ωεπέμφει· ὡς δὲ ωεπήλθον μεθ' ἡμέρας τ δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ τ διφθερῶν αἷς ἐγγεγραμμένας εἶχον τὰς νόμυς χρυσοῖς γράμμασιν, ἐπηρώτησεν αὐτὸς ωερὶ τ βιβλίων· ὡς ὃ ἀποκαλύψαντες τ ἐνειλημάτων ἀπέδειξαν αὐτῷ, θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τ ἰσχνότητα τὰς ὑμένας, καὶ τ συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωσον (ὕτω γὰρ ἦρμοσο) καὶ τὸν ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν εἰπεῖν ἔχειν αὐτοῖς π ἐλθόσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, ωερὶ ὧν πάντων τῷ θεῷ, ἃ τὰς νόμυς εἶναι συμβέβηκεν· ἐκβοησάντων ὃ ὑφ' ἓν τ ωρεσβυτέρων καὶ τ συμπαρόντων γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, διὸ ὑωερβολῇ ἡδονῆς εἰς δάκρυα ωρέπεσε, Φύσει τ μεγάλης χαρᾶς παρούσης καὶ τὰ τ λυπηρῶν σύμβολα. κελεύσας ὃ τὰ βιβλία δοῦναι τοῖς ἀπὸ τ τάξεως, τότε τὰς ἄνδρας ἠσπάσατο.

Tum vero illis dimiſſis [quicunque (ut ſupra dixerat) privatorum negotiorum cauſa expetebant ipſius colloquium] *ab Eleazaro miſſos exſpectabat: ut vero ſenes illi venerunt cum muneribus à Pontifice miſſis, & cum membranis, quæ Legem AUREIS LITERIS inſcriptam continebant, primum de Libris eos rogavit, ut vero ex involucris depromptos obtulerunt, multum diuque miratus membranæ ſubtilitatem, & commiſſuras, quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent, gratias ſe illis habere dixit, qui venerint, & majores etiam ei, qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus Leges attulerint. Cumque Seniores eorumque comites uno ore omnia fauſta regi acclamaſſent, præ nimia lætitia lacrymas non continuit, quæ quidem mœroris inſignia etiam magnum gaudium conſequi natura voluit. Juſſitque Libros accipere, quorum hoc erat officium, tum demum viros ſalutavit, &c.*

Attamen, ſecundum Ariſteam noſtrum *fere ſepties adoravit* Ptolemæus: forſan quod inter adorandum, ulterius adorare ipſum puduerit (cum eſſet Idololatra) vel tæduerit, illeque inde ſeptimam adorationem imperfectam reliquerit.

Quid autem adoratio fuerit, ſive illa eſſet religioſa, ſive civilis, jam alii docuerunt. De Religioſa adoratioue loquitur Minutius Felix, his verbis: *Cæcilius ſimulacro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſum ſolet, manum ori admovens, oſculum labris impreſſit.* Sicut etiam hiſce (in Apologia) Apulejus: *Nulli Deo ad hoc ævi ſupplicavit: nullum Templum frequentavit: ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.*

Hinc quoque illud baſia jactare: verum iſta Eruditis ſatis cognita ſunt.

Hæc autem Ptolemæi *Adoratio* inter religioſas fuerit; quod Libri illi eſſent plane Divini. Namque ita & Ariſteas, & Deme-

Demetrius, & ipſe quoque Ptolemæus, de iſtis, ſeu de Lege Judæorum ac Divina, loquuntur. Neque hoc ſuffecerit. Omnes enim qui ibi *aderant*, ac *ſuperveniebant*, unanimiter illa approbabant, ac quidem cum exclamatione: ita namque noſter Ariſteas: Ὁμαθυμαδὸν ὑπὸ πάντων ἐπὶ μίαν φωνὴν, τῶν τε παρόντων, καὶ τοῦ βασιλέως. Rex præ gaudio à lacrymis ſe temperare nequivit.

Joſephus ſolummodo loquitur de *Senioribus* ipſorumque comitibus, ita ferè exclamantibus. Ariſteas vero noſter id & cunctis ibi præſentibus, atque omnibus, qui dum hæc ita fierent, eò adventantibus, attribuit. Quod itaque non de ſolis Judæis, verum & de Ethnicis intelligendum fuerit. Nam removerant quidem à ſe illos, qui negotii cauſa ad ipſum accedere conabantur. Aſt cogitari non poteſt, ipſum nullis Aulicis, nulliſque ſatellitibus ſtipatum Seniores iſtos exſpectaſſe. Hi igitur Ethnici atque Idololatræ, tali quoque exclamatione, ob libros iſtos utebantur.

Hæc certe, ſi qua alia, Judæorum Helleniſtarum (quos ſemper ab illis, qui Hebraicis codicibus patrocinabantur, diſtinguo: quamvis nec ipſis circa omnia fides adhibenda) commenta ſunt. Quod à primis iſtis temporibus, quibus Iſraëlitæ in Ægyptum veniebant, ibique degebant, uſque ad ultimam Urbis ac Templi deſtructionem Judæi Ægyptiis inviſi, contempti atque exoſi fuerint. Quod de Alexandrinis Joſephus ita teſtatur: Κατὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀεὶ μὲν ἦν στάσις πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν τοῖς ἐπιχωρίοις ἀφ' οὗ χρησάμενος προθυμοτέροις κατὰ τὴν Αἰγυπτίων Ἰουδαίοις Ἀλέξανδρος, γέρας συμμαχίας ἔδωκε τὸ μετοικεῖν κατὰ τὴν πόλιν ἐξ ἰσομοιρίας πρὸς Ἕλληνας. *In Alexandria autem ſemper erat incolis adverſum Judæos ſeditio, iam ab illo tempore, ex quo ſtrenuis Alexander, contra Ægyptios uſus Judæis, præmium ſocietatis tradidit eis, & habitandi apud Alexandriam facultatem, & jus civitatis æquale cum gentibus.*

Quæ ut ulterius eo capite (Libri 2 Belli Judaici) perſequitur : ita illa perinſigni ſtrage Judæorum (quippe ultra 50000) Neronis tempore ibi facta, confirmat. Quibus addenda hæc, contra Apionem (lib. 1.) Φαίνονται μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διαθέντες κοινῇ μιᾷ ἅπαντες Αἰγύπτιοι. *Videntur maxime contra nos male affecti, ac quidem unanimi conſenſu, omnes Ægyptii.* Tum & illa quæ Philo, contra Flaccum [Agrippa jam in gratiam à Cæſare recepto] perorans ait: *Ægyptii rumpebantur invidia; & propter INVETERATAM & PENE HEREDITARIAM cum Judæis ſimultatem, ægrè ferebant extitiſſe Judæorum quempiam Regem; haud aliter quam ſi ipſi avito regno exturbarentur ſinguli.*

Hinc de applauſu cæterorum Ægyptiorum rite judicare valemus : quum & jam Moſis tempore, & ante Moſem, Judæi Ægyptiis abominationi fuiſſent : nec videmus id temporis tractu imminutum : quum illi & Apin & Iſin, & Oſyrin, & Anubin, & neſcio quoſnam alios Deos ſumma cum veneratione colerent. Unde Juvenalis Sat. XV.

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin.
Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci,
Dimidio magica reſonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.
Illic cæruleos, hîc piſcem fluminis, illis
Oppida tota canem venerantur, nulla Dianam.
Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina! &c.

Attamen hic Ptolemæus, tantus Idololatra, tantus Serapidis cultor, taliſque luxu atque impudicitia, fratrumque occiſor (ne nunc cætera addam) tam religioſe, tantaque cum pie-

pietatis demonſtratione hos interpretes veneratus eſt, ut χεδὸν ἑπτάκις, ſi non ipſos interpretes, ſaltem libros adoratus ſit: ſic enim noſter: Ὡς εἶδεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἄνδρας ἐπερώτα περὶ τῶν βιβλίων· ὡς δὲ ἀπεκάλυψαν τὰ τῶν ἀνειλιμμάτων, καὶ ὑμᾶς ἀνείλιξαν, πολὺν ὑπομείνας χρόνον, καὶ προσκυνήσας σχεδὸν ἑπτάκις, εἶπεν· ὁμολογῶ μὲν, ἄνδρες ὑμῖν· τῷ δὲ ὑμᾶς ἀποστείλαντι, μᾶλλον. μέγιστον δὲ, τῷ θεῷ, οὗ τινός ἐσι τὰ λογία ταῦτα· *Rex vero ut vidit viros iſtos de Libris, interrogavit: quum autem jam illos detexiſſent, atque aperuiſſent membranas, ille longo temporis ſpatio ſubſiſtens, & ADORANS FERE SEPTIES, dixit: Gratias ago vobis viri, ſed majores ei qui vos miſit, maximas vero Deo illi, cujus hæc ſunt Oracula.*

Quid adoratio fuerit apud Gentiles ſive illa religioſa eſſet, ſive politica, jam dudum ab aliis explicatum fuit. Hanc autem fuiſſe religioſam, ut jam ſupra innuere cœpi (vel pro tali venditatam,) ex rerum circumſtantia ſat liquere videtur.

Quod interim omiſeram (quamvis res tanti non ſit, ut anxie memoretur) eſt, quod tanta cum cura, ac tam belle deſcribat & Regionem Judaicam, & Jordanem, & urbem Hieroſolyma, & Templum, & Leges, & Sacerdotes; tum & ipſa veſtimenta, & munera ſacerdotalia; quin & Summi Pontificis λογεῖον, & munus, ſicut & alia: quaſi ipſe fuiſſet non ſolummodo Judæus, verum & in ipſa adyta admiſſus. Quum tamen ſe non Judæum, ſed Gentilem venditet iſtaque ita præſtet, ut ſe merito deridiculo propinet. Quare, certe, talia hîc refutari, Lectori tædio foret.

Verum & conſideranda hac occaſione veniunt hæc verba (Lucæ, Act. c. XXI. v. 28.) Judæorum: *Atque adeo Græcos introduxit in Templum, & polluit ſanctum locum iſtum; (viderant enim antea Trophimum Epheſium in urbe cum eo,*

quem à Paulo existimabant introductum fuisse in Templum.) Commota est igitur tota Civitas, &c. ibi ulterius legenda.

I nunc, mi Lector, ac crede hos Gentiles ita à Summo Sacerdote Eleazaro, in Templum ejusque fere interiora; atque ad conspiciendos solis Judæis sacros ritus, ac sacrificia, &c. fuisse admissos.

CAPUT XV.

De die festo atque anniversario ob hanc versionem celebrato : ubi Philonis verba cum illis, quæ Aristeas ac Josephus narrat, conferuntur. Sicut & de Victoria Ptolemæi contra Antigonum; atque an jam tempore Philadelphi alia quædam versio Græca extiterit.

AT Rex Ptolemæus non contentus ejusmodi cum Librorum, tum & Virorum veneratione, ait : Μεγάλῳ δὲ πίθεμαι τῷ ἡμέραν ταύτην, ἐν ᾗ ὤφθημεν ἐνεγκάσθαι. καὶ καθ' ἑμαυτὸν ἄπιστον ἔσεσθαι πάντα τὸν ζωῆς ἡμῶν χρόνον. συνέτυχε δὲ καὶ κατὰ τὸν νίκην ἡμῖν συμπεπωκέναι [sive mavis συμπεπωκέναι, quod si memoria non fallit me, jam ab alio quopiam, observatum fuit] τῆς πρὸς Ἀντίγονον ναυμαχίας. Διὸ δεῖπνησαι σήμερον μεθ' ὑμῶν βούλομαι.

Quæ hoc modo, in tertia persona Ptolemæum loquentem inducens Josephus concinnat : Τῷ μὲν πρῶτε ἡμέραν καθ' ἣν ἦλθον πρὸς αὐτὸν, ἄπιστον ποιήσειν, καὶ κατὰ πάντ' ἔτος, ἄπιστον εἰς ὅλον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπηγγέλλετο. ἔτυχε δὲ αὐτὴ εἶναι τῆς παρουσίας αὐτῶν, καὶ τῆς νίκης ἣν Ἀντίγονον ναυμαχῶν ἐνίκησε. συνεσταθῆναι δὲ αὖπαλ αὐτοὺς ἐκέλευσε, &c.

Quæ ita redduntur à Sigismundo Gelenio : *Diem quidem adventus eorum tam gratum sibi confessus est, ut quoad viveret, per singulos annos redeuntem ejus memoriam colere se velle promitte-*

mitteret. Forte enim eadem erat, qua Antigonum navali prælio vicerat : voluitque ut convivæ ſibi eſſent.

Sed Philo, nulla hujus victoriæ, aut diei feſti atque anniverſarii, ob horum adventum facta mentione, longè alium diem feſtum atque anniverſarium uſque ad ſua tempora (non quouſque ſuperviveret hic Ptolemæus) inſtitutum fuiſſe, ac quidem ob tam beneperactam verſionem, aſſerit.

Ita enim ille, (in Vitæ Moſis libro ſecundo) poſt maxima hujus Interpretationis encomia, ut à Prophetis atque Hierophantis (tali namque iſtos Interpretes dignatur honore) adornata, loquitur : Διὸ καὶ μέχρι νυῦ ἀνὰ παῖ ἔτος ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἄγεται καλὰ τ Φάρον νῆσον, εἰς ἣν οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον ἀλλὰ καὶ πλεῖοι ἕτεροι διαπλέουσι, τό, τε χωρίον σεμνύνοντες, ἐν ᾧ πρῶτον τὸ τ ἑρμηνείας ἐξέλαμψε, καὶ παλαιᾶς ἕνεκα εὐεργησίας ἀεὶ νεαζούσης εὐχαριστήσαντες τῷ θεῷ. μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς καὶ τὰς εὐχαριστίας οἱ μὲν πρεσβύτεροι σκηνὰς ὅπι ἕ αἰγιαλῶ, οἱ δὲ ὅπι τ αἰγιαλίτιδ ψάμμω κατακλίναντες ἐν ὑπαίθρῳ, μετ' οἰκείων καὶ φίλων ἑστιῶνται, πολυτελεστέραν τ ἐν βασιλείοις καταστολῆς τότε τὴν ἀκτὴν νομίζοντες. ὅτω μὲν οἱ νόμοι ζηλωτοὶ καὶ φιλαίτητοι πᾶσιν ἰδιώταις τε καὶ ἡγεμόσιν ὑπεδείκνυτο, ἐ ταῦτ' ἐκ πολλῶν χρόνων ἕ ἔθνος οὐκ ἀτυχοῦντες. τὰ δὲ τῶν μὴ ἐν ἀκμαῖς πέφυκε πᾶς ὑπισκιάζειν. εἰ δὲ γνοίητο τις ἀφορμὴ πρὸς τὸ λαμπρότερον, πίστιν εἰκὸς ὑπάρχειν γνῶσιν. καταλιπόντας αὖ οἶμαι τὰ ἴδια, καὶ πολλὰ χαίρειν φράσαντας τοῖς πατρίοις ἐκάστοις, μεταβαλεῖν ὅπι τ τούτων μόνων τιμήν· εὐτυχία γὰ ἕ ἔθνος εἰ νόμοι σωσαναλάμψαντες, ἀμαυρώσουσι τὰς ἄλλας, καθάπερ αἱ τειλαι ἡλίου τὰς ἀστέρας. &c.

Quapropter uſque ad hoc temporis quotannis Feſtum & publicus ſacer conventus in Inſula Pharo celebratur, ad quem non ſolummodo Judæi, ſed & [NB] *quamplurimi alii, tranſnavigant;*

gant; locum illum venerantes in quo primùm interpretatio reſplenduit, & ob vetus (illud) beneficium, ac ſemper innovatum Deo gratias agentes: atque poſt gratias peractas, gratamque beneficii recordationem, hi quidem tentoria in ipſo littore, alii quidem in littorali arena, ac quidem ſub dio, ponentes, cum familia ſua, aliiſque cum amicis, convivia celebrant; eo tempore littus illud pretioſius æſtimantes Regio in Baſilicis apparatu. Atque ita LEGES æmulationi factas, atque in poteſtatem [legendi examinandique ſc.] *veniſſe, tam populi, quam Ducum* [Sacerdotum Scribarumque, ſi rem bene capio] *patet. Et hæc quidem acciderunt, quando jam ex multo tempore gens minime feliciter ageret: ita ut illa aliquo modo, dum non vigeret, umbrâ fuerit obtecta. Verum ſi quando melior occaſio illucéſcendi, (populo) reſurgat, quantum credimus (eum) reſumpturum incrementum! Namque exiſtimo, ſi nobis occaſio amplioris ſplendidioriſque exoriatur fortunæ, quantam (nobis) illam oportet exoriri? Crediderim enim, ſingulos ſua relinquentes, patriiſque ſuis poſſeſſionibus longum vale dicentes, ſe tranſlaturos ad iſtum ſolum cultum (ſeu feſtivitatem.) Namque ex felicitate gentis (noſtræ) Leges denuò reſplendentes, obſcurabunt alias Leges, ſicuti ſol exoriens cætera obſcurat ſydera!*

Quam plane autem hæc diverſa ab Ariſteæ ac Joſephi verbis! Ac quidem (quod notandum) non ſoli Judæi hoc feſtum, eamque ob cauſam celebrabant. Verum & præter illos, ac cum ipſis, perquamplurimi alii. Quod ſane de Gentilibus intelligi debet: quum Chriſtiani iſto tempore nondum alio quam Judæorum nomine cogniti eſſent, uſque ad tertium Claudii annum; aliáſque illi inter Judæos ἢ ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἀριθμῷ eſſent, ſive ex Hebræorum, ſive ex Gentilium numero ad Chriſtianiſmum converſi fuiſſent: quod Judæi nondum converſi ipſos ſummo odio atque acerbitate perſequerentur: ſicuti tum ex Apoſtoli Pauli,

tum

tum ex aliorum exemplis in Actis Apoſtolicis patet.

Nunc itaque conſidera, mi Lector, quam bene, ſeu potius malè ', hîc Judæi Alexandrini (ad quos nondum nomen Chriſtianum pervenerat) cum Ethnicis Alexandrinis, ac circa tale feſtum concordarint. Unicuique quippe notum eſt, quali, ac quam vehementi odio Gentiles Alexandrini, cæterique Ægyptii in gentem Judaicam incenſi fuerint, qualibus ac quantis cladibus eos affecerint. Ita ut hîc talia Philonis, Judæi Alexandrini, nullaque Hebraica literatura tincti (unde maxime cogebatur patrocinari codicibus Græcis) meritò videantur *Annales Voluſi*. Vellem, ſane, talia tali ac tanto aliàs viro non excidiſſe. Verum conferat cum hiſce feſtum illud Canobiticum, quod à Strabone Libro *deſcribitur*, atque à me alibi adducitur.

Quod autem attinet victoriam illam navalem contra Antigonum, de iſta ita loquitur, ac ſatis confidenter, Clariſſimus Iſaacus Voſſius : *Quærant Scaliger & alii, quænam iſta ſit Victoria. Sed profecto ut de ea dubitemus, id non patitur Diodorus Siculus; qui libro XX. ad annum tertium Olymp. CXIIX. fuiſſe hanc pugnam deſcribit.*

Atqui tunc temporis puer adhuc erat hic Philadelphus; cum, aſſerente noſtro hoc Voſſio, Ptolemæus Lagi huic victoriæ XXII. annos ſupervixerit, Philadelphuſque ſolo hujus Lagi ultimo biennio unà cum patre (excluſis Euridices liberis) regnare cœperit. Et is tamen, ſecundum hunc eundem Voſſium, de ſua Victoria contra Antigonum parta loquitur. Quæ ſane æque difficulter, quam magnus ille Scaliger comprehendere valeo.

Pro feſto verò hoc anniverſario videamus nunc quoque Iſ. Voſſii argumentum his verbis conceptum : *Ptolemæus* [*Lagi F.*] *tam memorabili victoria lætus, præſentiſſimoque liberatus periculo, anniverſarium Sacrum*, [NB] *& anniverſaria inſtituit convivia. Et hujus quóque feſti* [intelligo *annui*]

disertim meminit Diodorus. Jam verò festum hoc observatum fuisse quamdiu vixerit Ptolemæus Lagides liquet ex verbis Aristeæ [& tamen Aristeas non de Lagide, sed de Philadelpho loquitur] *Sic quippe ille alloquentem LXX Interpretes adducit Ptolemæum:* Μεγάλῳ ὦ πίθεμαι τῷ ἡμέραν ταύτην ἐν ᾗ παραγεγόναμεν, καὶ καθ' ἕκαστον θύοντι πάντα τὸν ζῶντος ἡμῶν χρόνον. *Causam dein addit: quia nempe eo die profligarit Antigonum; ideoque velle se cum Interpretibus in commune convivari.*

Ut ergo Festum istud anniversarium adstruat, provocat, uti videmus, ad Diodorum Siculum: cujus tamen propria verba non affert. Quapropter operæ pretium videtur, ut illa huc adducam. Sunt autem hæc sequentia:

Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν πολεμίων τὴν ἐκ χαρᾶς γεγονὼς, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς χαριστήρια, τοὺς φίλους εἱστία. *Ptolemæus vero, post liberationem ab hostibus, in summa lætitia versans, ac Dis sacrificia gratitudinis ergo sacrificans, amicos suos convivio excipiebat.*

Consideret nunc Lector quo modo ex istis verbis extundatur Festum anniversarium, ac quidem per totam Ptolemæi Lagidis vitam. Attamen hoc posterius ulterius quoque ex Aristeæ verbis adstruere conatur; nempe ex his ab ipso adductis: Μεγάλῳ δὲ πίθεμαι, &c. Quæ Aristeæ verba sic, non simul versa, (consultò uti credo) affert, ut ita, prout ego judicare valeo, Lectoribus Græcè non callentibus callidè imponeret.

Causam porro addit idem Vossius hujus Festi; at Latinè, quæ nec verbis Aristeæ vel Græcis, vel ex eo versis, respondet. Quod ex illis Aristeæ supra allatis (ubi & Josephi verba subjungo) clarè liquet.

Optime igitur Scaliger aliique quærunt de quanam victoria hîc loquatur Aristeas: quamquam minime necessarium sit investigare veritatem in historia fabulosa.

Nec

Nec tamen præfractè denegare velim, etiam tempore Philadelphi (quamvis id minus verum puto) à Græciſſantibus Judæis aliquam Verſionem (aliqualem ſaltem) Pentateuchi, ac quidem ſolius Pentateuchi, modo id verum ſit, fuiſſe factam. Attamen nullo modo id conſtat, verſioniſque talis adornatio meris, nec probabilibus, nititur conjecturis; non ſolidis ſaltem, ne nimis in contrarium tendere velle videar.

Contrarium tamen ex omnibus hujus confictæ hiſtoriæ circumſtantiis patere videtur; potiuſque concludendum, paucos ibi in Ægypto Hebraicos codices tum temporis extitiſſe, aliquoſque Hebraicè peritos, ex illis cæteros docuiſſe; donec tandem in Templi ibi ædificati ab Onia uſum verſio Græca fuit adornata, populoque ipſius lectio, tum & ulterior notitia, communicata: atque adeo ante illud tempus (quod 96 annis ſerius poſt hunc Philadelphum fuit) conſtat textum Hebraicum quidem in Synagogis (quod notandum) fuiſſe in Sabbatis prælectum; verum per Interpretem populo fuiſſe Græcè verſum, atque explicatum; eodem fere modo, ſicut in ipſa Palæſtina, poſt Captivitatem, ſive citius, ſive ſerius, Hebraicè quidem Lex prælecta, verum Chaldaice, per Targumim reddita; atque ita, ut verba Legis, ac ſenſum, inde capere valerent, fuit verſa atque expoſita.

CAPUT XVI.

De Libris, ſeu codicibus ad Ptolemæum allatis, deque ipſorum numero, tam Canonicorum, quam Apocryphorum. De Convivio quo Rex Interpretes excepiſſe perhibetur, ejuſque apparatu, ac precibus ibi peractis; tum & quinam iſtas peregerint. De quæſtiunculis quas Rex hiſce Judæis propoſuiſſe dicitur. De Menedemo, & an iſte huic convivio interfuerit; deque ipſius ætate, &c. Cedreni teſtimoniis quantum ſit tribuendum, quantumque fidei & ipſi Ariſteæ.

VErum enimvero priuſquam videamus hos Interpretes cum Ptolemæo Rege accumbentes, dicamus adhuc aliquid de Libris eò allatis.

Ariſteas noſter de pluribus libris ſeu voluminibus loquitur, quos τεύχη vocat, tum circa horum LXX, ſenum ad Ptolemæum adventum, tum quoque alibi. Quod meo judicio, de ſingulis libris Moſaicis (qui Pentateuchum conſtituunt) intelligendum non eſt, ſi plura apportarunt exemplaria; quod inde apparere videtur, quod in ipſo ad Ptolemæum horum LXX adventu is, eo modo exemplaria poſtulaverit, ut commode id non aliter intelligere queamus. Namque ita Ariſteas: Κελεύσας δὲ εἰς τάξιν ἀποδοῦναι τὰ τεύχη. *Præcipiens ordine reddere Codices*, ſeu Volumina ſicut & alibi. Unde credendum videtur (ſi tamen hîc aliquid credendum) hos Interpretes, ex mente, ſive mavis ex fictione, Ariſteæ, ſingulos ſibi exemplar Hieroſolymis apportaſſe: quum ſic ab invicem ſeparati, intra LXX (aut circiter) dies Verſionem hanc prætenſam abſolverint.

At quæſtio hîc magni momenti (ubi ſic multa mira de lente tractantur) moveri queat; an nempe omnia iſta exemplaria, ſeu Codices, vel volumina, aureis literis conſcripta fuerint; an vero unicum tantum, idque in orbem circumiverit, ac redierit. Tum quoque, an quum ſinguli ſuum Codicem verterent, iſti ſinguli quoque ſuam Verſionem aureis

reis literis conſcripſerint : ac tertiò, ubi tandem, quum unicum ſolummodo exemplar in Bibliothecam illam publicam repoſitum fuit, ubi, dico, cætera LXIX (ſive mavis LXXI) exempla remanſerint : quandoquidem omnia æque accurate verſa fuerant : an denique unicum ex iſtis omnibus denuo adornatum, ſeu deſcriptum fuerit. Quod tamen rurſus accuratiſſimo omnium Interpretum examine indigebat. De qua re tamen nullibi ulla mentio fit.

Verum enim vero Epiphanius, dum aſſerit, *ſingulo pari unicum librum datum fuiſſe ad vertendum, &c. ita ut unusquiſque liber Biblicus ſic triginta ac ſexies verteretur; & ita quoque ſimul verterentur Apocryphorum libri;* hunc Epiphanium rogatum velim, an, cum ille ſtatuat, prius Libros Sacros ad Ptolemæum fuiſſe tranſmiſſos, quam Senum poſtea ab ipſo poſtulatus fuit adventus; an, dico, plures initio tranſmiſſi fuerint, an vero hi ſenes cæteros (nempe iſtos Apocryphos, qui tantam in ſe continerent occultam ſapientiam) demum apportaverint. Siquidem non ſolummodo XXII Canonicos verum & præterea (Credat Judæus Apella) LXXII Apocryphos, ac quidem etiam intra iſtos ipſos dies LXXII converterunt. Verum de hiſce latius infra.

Tranſeamus igitur ad regium iſtud Convivium; cujus apparatus, feſtivitaſque continuata fuerunt ſecundum Ariſteam per VII. ſecundum Joſephum per XII dies. At evincit noſter Ariſteas, qui perbelle recitat atque enumerat, quot quæſtiunculæ unoquoque die à Rege Ptolemæo his Interpretibus propoſitæ, ac quam perſapienter iſtæ ab iis ſolutæ fuerint. Quas tamen ut Philo ſic in genere, (ut ita loquar) politicas vocat, ita quoque Joſephus eas non nimis imprudenter ſilentio tranſit.

Apparatus autem iſte factus fuit per Dorotheum : nec tantummodo Rex cum Judæis accumbere voluit; ſed & præter quæſtiunculas illas (quarum me ὕστερον πρώτερον me-

miniſſe ſentio, quaſque Ariſteas μάλα Ἰουδαϊκῶς deſcribit) etiam ut Judæis hiſce gratificaretur, *preces more Judæorum, ac quidem per Judæum peragi voluit.* Quem Judæum ſicut Ariſteas Eleazarum, ita illum Joſephus Elizæum appellat.

Et hæc quidem fiebant repudiatis ac remotis Ægyptiorum *Hierocerycibus* ac *ſacrificatoribus.* Ita enim noſter Ariſteas. Διὸ τὸς ἱεροκήρυκας, καὶ θύτας, καὶ τὸς ἄλλους, οἷς ἔθος ἐστὶ τὰς κατάρχας ποιεῖσθαι, παρητήσατο.

Quæ tamen bonus ille interpres Garbitius (ſicut & plura alia non melius) tranſtulit: Is ergo Sacros Præcones, & Sacrificatores Ægyptios accerſivit. Quum interim iſtud verbum ἀπέχεσθαι, quod hîc *removere*, *abſtinere*, ſimiliaque, ipſisve æquivalentia, denotat, non intelligeret, aut ſane non obſervaret. Quod tamen diſcere debuerat ex Joſepho: qui hîc ſicut & alibi magis τὸ πρέπον, ſeu decorum, ſervans, ita loquitur: Ἐπεὶ δὲ ἀνω κατεκλίθησαν, ἐκέλευσε τὸν Δωρόθεον οἷς ἔθος ἐστὶ ξενίζειν διαπλέουσι πάντες οἱ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας πρὸς αὐτὸν ἀφιγμένοι, κατὰ ταῦτα ὑπηρετεῖν· διὸ τὸς ἱεροκήρυκας καὶ θύτας, καὶ τὸς ἄλλους οἱ τὰς κατάρχας ἐποιοῦντο, παρῃτήσατο. τὸν δὲ παναγεγραμμένων ἕνα Ἐλισσαῖον ὄντα ἱερέα παρεκάλεσεν ὁ βασιλεὺς ποιήσασθαι κατάρχας· ὁ δὲ στὰς εἰς μέσον, ἤρξατο τῷ βασιλεῖ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τοῖς συνοῦσιν ὑπ' αὐτοῦ. εἶτα κρότῳ ἐξ ἁπάντων μετὰ χαρᾶς καὶ βοῆς ἤρθη. *Poſtquam autem diſcubitum eſt juſſit* [*Rex*] *Dorotheum illis miniſtrare* [NB] *ſicut ſolet hoſpitibus ad ſe à Judæa venientibus. Quapropter ſacris præconibus ac ſacrificulis, aliiſque id genus, quorum eſt à ſuis precatiunculis* [*hæc quoque* μάλα Ἰουδαϊκῶς] *auſpicari convivium, locus hîc non fuit. Sed unum ex convivarum numero Sacerdotem Eliſæum nomine precatione conſecrare ipſe Rex juſſit. Qui ſtans in medio precatus eſt omnia fauſta Regi, ſimul atque ſubditis:* [Vide rurſus quam plane Judaicè, non vero Ethnicè!] *applauſumque & acclamatum eſt ab omnibus libenti & hilari animo.*

Et

Et hoc quidem accidit, ut Is. Voſſius prætendit, anniverſario illo] ac feſto die, quo ob victoriam contra Antigonum Dîs ſuis [ac forſan potiſſimum Serapidi ſuo, niſi illi tunc nondum ab ipſo traductus eſſet] χαριστήρια celebrabat.

Attamen cogitandum eſt, etiam ex Voſſii noſtri hac opinione adfuiſſe ſaltem Pontificem, vel Pontifices Ægyptiorum. Qui Pontifices in tam magna dignitate atque honore apud Ægyptios erant, ut ex ipſis quandoque Reges crearentur. Et hi quidem neceſſario adeſſe debebant, ob ſacrificia Ethnica ibi celebranda, ſi Rex ſic χαριστήρια Dîs ſuis celebrare vellet. Quod ſi verum (ſicuti id procul omni dubio eſt) Judæi, ob enormem ibi idololatriam, adeſſe nequibant: modò religionem propriam conſervare tam pii viri, & non aliis Judæis ſcandalo, Ægyptiiſque ipſis ludibrio eſſe, vellent. Præſertim cum & Philoſophi Ethnici, ut perhibetur, his conviviis intereſſent: quod de Menedemo Erethrienſi, Philoſopho Cynico, noſter Ariſteas, & Joſephus, & ipſe Tertullianus, ex talium traditione affirmant. Niſi velimus & hos Philoſophos quoque, vel tunc ſubito vel jam antea ad Judaiſmum, ſimul & convivas jam proſelytos fuiſſe factos: atque hinc remotos fuiſſe Sacerdotes Gentiles.

Interim Rex (ſi talibus credendum) etiam per illos ſive ſeptem, ſive duodecim, dies propoſuit quæſtiones his convivatoribus Judæis; quas Joſephus (qui tamen nullas affert) ait fuiſſe Phyſicas: cum tamen omnes quæ apud noſtrum comparent Ariſteam ſint vel Politicæ, vel Morales. Philo autem illas ſimpliciter vocat urbanos ac ſerios ſermones, & quæſtiones novas atque inſolitas. Ita enim ille de hoc convivio (ſeu conviviis) loquitur: Ὡς δὲ ἦκον ἐπὶ ξενίαν κληθέντες λόγοις ἀστείοις καὶ πανδαίοις τὸν ἑστιάτορα ἐψύχων ἀνθεστῶντες· ὁ μὲν γὰρ ἀπεπειρᾶτο τῆς ἑκάστου σοφίας, καινὰς, ἀλλ' ἃ τὰς ἐν ἔθει ζη-

τήσεις

πάσης ποιότητος· οἱ δ' ἀστείως καὶ εὐφυβόλως, οὐκ ἀπειρήπως δ' ἀκριβῶς μακρηγορεῖν ἐξ καιρὸν, καθάπερ ἀποφθεγγόμενοι, τὰ προτεθέντα διελύοντο. δοκιμαζόμενοι δ', &c.

Ut vero adveniebant, vocati ad hoſpitium ſermonibus urbanis & ſeriis, quaſi ex ſua parte convivio excipiebant Regem, qui ipſos convivas habebat. Is namque experiebatur uniuscujuſque eorum ſapientiam, NOVAS atque INSOLITAS ipſis proponens quæſtiones. Illi vero peraptè atque accuratè (cum non permitteret tempus longis uti ſermonibus, ut per apophtegmata, propoſita ſolvebant. Igitur probati, &c.

An vero hæ quæſtiones, quas narrat Ariſteas ipſis propoſitas fuiſſe, ac recitat, tam *novæ* ſint atque *inſolitæ*, Lectores, quibus iſtas curatius examinandi lubido inceſſit, expendant.

Verum enimvero Menedemus ille Erethryenſis nobis minime prætereundus eſt. Is enim, teſte Tertulliano, ut *Providentiæ Vindex, illos* (ſenes) *de ſententiæ communione ſuſpexit: neque ſolus Menedemus* (teſte noſtro Ariſtea,) *ſed & alii omnes & præcipue quidem Philoſophi: Nam cum Rex ad Philoſophos, QUI NON PAUCI ADERANT, dixiſſet: ego arbitror iſtos homines excellere virtute, & præ aliis eſſe intelligentes, qui ex tempore ad hujuſmodi quæſtiones ita aptè reſpondent, omnes à Deo ſermonis ſui initium capientes: tum Menedemus Philoſophus Erethryenſis: Rectè ſane, inquit Rex*, &c.

Si quis vero dubitet, an iſte Menedemus huic convivio interfuerit audiat ita loquentem Voſſium: *Sed & Menedemum Philoſophum, qui eidem cum LXX Interpretibus convivio interfuit, & ante, & hoc quoque tempore floruiſſe, multorum teſtimoniis confici poteſt. Legationem ſuſcepiſſe ad Ptolemæum conſtat ex HERMIPPO apud Diogenem.*

Quis ſane, mi Lector, contra talia teſtimonia vel hiſcere aude-

deret? Attamen nunc illi nobis teſtes examinandi veniunt: ac primò quidem, quem hîc tam diſerte nominat, Laërtius: qui ita in ipſius vita: Τὰ μὲν πρῶτα καὶ Φρενῖτιν, κύων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων. ὕστερον δ' ἐθαυμάσθη, ὥστε καὶ τὴν πόλιν ἐγχειρίσασθαι· ἐπρέσβευσε δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον, καὶ Λυσίμαχον, τιμώμενος παρ' ἀμφοτέροις, ὁ μὲν ἀλλαὶ καὶ πρὸς Δημήτριον.

Primo igitur contemptui haberi cœpit, caniſque ab Eretrienſibus, ac delirus appellari. Poſtea vero in ſumma admiratione omnium fuit, adeo ut civitatis quoque gubernacula ipſi traderentur: legationibuſque crebris ad Ptolemæum & Lyſimachum, præterea ad Demetrium [Poliorcetem ſc.] *functus, ubique honoratus eſt.*

Hæc certe hactenus perbellè pro Voſſii ſententia procedunt. At idem Laërtius narrat, illum patriâ deſertâ, *ad Antigonum ſeceſſiſſe, ibique vitam mœrore terminaſſe*: idque ex *Hermippo* refert. Atque ex Heraclide, illum, *quum ad Antigonum profectus eſſet ut patriam è ſervitute eriperet, illumque eò inducere non poſſet, ſeptem dies totos cibo abſtinuiſſe, atque ex animi dolore vitâ exceſſiſſe.* Quibus ſimilia (teſte Laërtio) Antigonus Caryſtius refert: Mortuuſque eſt, ut idem Laërtius, ex Heraclide, tradit *ſeptuageſimum tertium agens ætatis annum.*

Quibus tamen addendum, ex eodem Laërtio, illum Platonis diſcipulum fuiſſe; ita enim iſte: Πεμφεὶς δὲ Φρυγὸς ὁ Μενέδημος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων εἰς Μέγαρα, ἀνῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα, καὶ θηρευθεὶς κατέλιπε τὴν στρατείαν.

Miſſus autem ab Eretrienſibus in Megarum præſidio futurus, contendit ad Platonem in Academiam, inque illius retia non invitus incidit, deſeruitque militiam: ac jam ante, eodem teſtante, *Reipublicæ regimini* ſe immiſcuerat.

Nunc quæſo, ſemel rationem ſubducamus. Plato, cujus

ille discipulus fuit, mortuus est anno ante Christum natum 346. Philadelphus autem regnare cœpit anno, (ante Christum) 282, intercurrit itaque inter istius mortem hujusque imperium spatium 64 annorum. Nec fuit sane minor 24 vel 25 annis natu cum jam Platonis discipulus fieret. Quod si jam statuamus (ut quantum possibile est hic concedamus) eum postremo Platonis anno ipsius factum discipulum; patet illum usque ad tertium annum CXXV Olympiadis, i. e. post Gallos ab Antigono devictos, adeoque ad XCIV ætatis annum vixisse, & anno septimo post Ptolemæi Lagi mortem obiisse.

At cum jam ostensum sit (ubi de Bibliotheca Philadelphi loquebar) ultimis tantum imperii temporibus ad Bibliothecam coacervandam eum operam impendisse; ac quidem sex aut septem ante obitum annis: quis quæso cogitare queat, hunc Menedemum interpretationi, seu Versioni septuaginta Interpretum, (quæ prætenditur) interfuisse. Quum præterea nullo modo ostendi possit, neque ullo modo verisimile sit (ut quamoptime jam Eruditissimus Hody ostendit) illum unquam regnante Philadelpho, Ægyptum adiisse, ibive fuisse versatum. Et tamen non solus Aristeas, verum & admodum diu post, Cedrenus tradit, *Regem proceribus præsentibus, unàque Menedemo philosopho, & Demetrio Phalereo, quæsiviisse, &c.*

Verum hic Cedrenus non minus credulus ac nugator, & mendax est, quam ullus Judæus Paraphrastes, aut Talmudicus: quorum testimonia quoque, post pauca interjecta, adducam.

Interim, cum hic Pseud aristeas, tam nugax sit, ac mendax, tamen summam prætendit sinceritatem, veritatisque amorem; illaque quæ scripsit se hausisse ex ipsis Scribis Regiis, &c. Ita enim loquitur: Ψεύσασθαι μὲν ὰ καθῆκον ἐστι τοῖς τ ἀναγραφομένων. εἰ δὲ καὶ τ τοιαῦτα, ὰχ ὅσιον ἐν τούτοις· ἀλλὰ ὡς γέγονεν,

γονεν, ὅταν διασαφῶμεν, ἀφοσιώμενοι πᾶν ἁμάρτημα. διόπερ ἐπιφέρω, ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἐξ λόγων δύναμιν ὧν ἐξ ἀναγραφομένων ἕκαστα τῶν γινομένων, ἐν τε τοῖς χρηματισμοῖς ἐξ βασιλέως, καὶ ταῖς συμποσίοις, μεταλαβεῖν.

Sed profecto non licet aliquid falsi narrare, de illis, quæ excepta & annotata sunt; & nefas judicem etiam præterire aliquid in hujusmodi rebus: sed ut hæc sunt acta, ita ea exposui, ut vitarem omnem errorem. LICET IPSE HÆC PERCEPISSEM, tamen studiose istam expositionem meam accepi ab illis, qui singula quæ fiunt ac dicuntur in regiis negotiis, ac conviviis, excipere solent, &c.

Si autem hoc verum est, omnes alii scriptores, qui de hoc negotio scripsere, aut non legerunt hunc Aristeam, aut mendaces sunt, aut aliorum mendaciis decepti.

Interim videmus, quam anxius fuerit hic Pseudaristeas, ne fidem apud alios non inveniret: sicut & illud indicat his sequentibus: *Existimo autem fore, ut & aliis omnibus qui hæc sunt lecturi, videantur ea supra fidem esse.* Nec sane immerito, cordatos homines ipsi fidem denegaturos veretur.

CAPUT XVII.

De Interpretum ad Versionem accessu, cum ex Aristea, tum ex Philone, &c. separati ne an simul junĉti sederint. Josephi Ben Gorion, tum & aliorum Judæorum testimonia afferuntur, uti & Samaritarum ex Chronico Samaritano.

TAndem vero post bene ita curatam cuticulam, ac convivium per tot dies continuatum, & post donata singulis tria talenta, puerumque ipsa offerentem, jam sese ad interpretandi laborem accingunt.

Ita enim Aristeas: *Post tres autem dies quam illa quæ exposuimus sunt acta, Demetrius ad se adsumpsit illos viros, &*

in insulam per aggerem maris septem stadiorum est progressus, &c.

Sed Philo rem hoc modo concinnat : Δοκιμασθέντες δὴ, εὐθὺς ἤρχοντο τὰ τῆς καλῆς πρεσβείας ἐπιτελεῖν, καὶ λογισάμενοι παρ' αὐτοῖς ὅσον εἴη τὸ πρᾶγμα ἑρμηνείας νόμων χρησμοῖς διερμηνεύειν, μήτ' ἀφελεῖν τι, μήτε προσθεῖναι, μήτε μεταθεῖναι δυναμένους, ἀλλὰ τῷ ἐξ ἀρχῆς ἰδέαν καὶ τὸν τύπον αὐτῶν διαφυλάττοντας· ἐσκόπουν τὸ καθαρώτατον τῆς τοῦ τόπου χωρίων, ἔξω πόλεως· τὰ γὰρ ἐντὸς τείχους, ἀπὸ παντοδαπῶν πληρωθέντα ζώων, διανύσεις, καὶ πλοῦς, καὶ τὰς ὑγιαινόντων οὐκ εὐαγεῖς πράξεις, ἰῶ ὕπαπαῖ. νῆσος ἡ φάρος προκειμένη τοῦ λεξανδρείας, ἧς αὐχὴν ὑπαίθριος τέταται πρὸς τὴν πόλιν, προκλυζόμενος οὐκ ἀγχιβαθεῖ, πολλὰ δ' πυκνώδει θαλάττῃ, ὡς καὶ τὸ τῶν κυμάτων φορᾶς τὸν πολιὸν ἦχον καὶ πάταγον οὐκ πάνυ μακρὰν διαστήματος προεκλύειν. τοῦτον ἐξ ἁπάντων τὸν κύκλῳ κρίναντες ἐπιτηδειότατον εἶναι τὸν τόπον ἐπισυχάσαι καὶ ἐπιρεμῆσαι, καὶ μόνῃ τῇ ψυχῇ πρὸς μόνους ὁμιλῆσαι τοὺς νόμους, ἐσταθοῖ κατίμειναν, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους λαβόντες, ἀνέπεμψαν ἅμ' αὐταῖς καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν, αἰτούμενοι τὸν θεὸν μὴ διαμαρτεῖν τοῦ προθέσεως.

Igitur probati statim cœperunt munere suo, ad quod delegati essent, perfungi Atque sic apud se perpendentes quanti negotii esset ac difficultatis Leges Divinitus datas PER ORACULA (in aliam linguam) transferre ; ita ut neque demerent, neque superadderent, neque immutarent quid ; sed ita (verterent) ut primitivam ideam ac typum conservarent ; circumspiciebant purissimum istius regionis locum [ergo erat ex propria ipsorum electione, non ex anxietate Ptolemæi] *ac quidem extra urbem. Nam locus ac spatium intra mœnia, tum quod propter morbos ac mortes, & ipsorum sanorum actiones nefarias ipsis suspecta erant* [Tanti quippe laboris ac molestiæ erat scribere ex instinctu Divino, adeoque prophetare.] *Insula autem*

Pharus

Pharus Alexandriæ ab anteriori parte adjacet; cujus collum, quasi loro, ad urbem extenditur undis circumcincta alludentibus, non mari profundo, sed pro plurima parte limoso & uliginoso: ita ut fluctuum impetus ac sonitus inde exortus per longum spatium amoveatur. Hunc locum ex omnibus circumvicinis, quum judicarent aptissimum, ut ibi in quiete ac solitudine, ac sola mente circa leges versarentur, ibi remanebant, & accipientes Sacros Libros, simul cum ipsis extendebant manus ad cælum precantes Deum, ne à scopo suo aberrarent.

Quum autem Philo non magis quam Aristeas, aut Josephus, affirmet, illos separatim ab invicem sedisse, ad vertendum: tamen Justinus Martyr primus (quanam ex traditione, alia quam Jucaica, nescio) eos in 72 cellulis ab invicem divisos, convertisse Sacros Libros tradit. Ita enim ille, in Cohortatione ad Græcos: [quæ tamen jam suprà, inter alia, quin & ipsa Græca verba adduxi] de hoc secessu loquitur.

Atque uti illi extra omnem turbam constituti primo quoque tempore interpretationem absolverent, non in urbe ipsa sed septem ab ea stadiis, ubi Pharos exstructa est, pari cum interpretibus numero domunculas exstrui præcepisse [Ptolemæum;] *ut sigillatim pro se quisque interpretationem perficeret: illa quoque cura, qui operam eis dare jussi fuerant, mandata, ut omnibus quidem modis ipsis inservirent, à congressu autem illos mutuo prohiberent; quo exquisitæ interpretationis veritas ex ipsorum consensu cognosci posset.*

Hunc Justinum secuti sunt, in hac re (aliàs enim ab illo discrepant) Clemens Alexandrinus & Irenæus, ex quibus Clemens: ἑκάστῳ δὲ ἐν μέρει καθ' ἰδίαν ἑκάστην ἐξηγεῖσθαι τὴν προφητείαν, &c. *Unoquoque sua vice (seu pro sua parte) ac separatim suam explicante prophetiam.*

Irenæus vero (ut ipsius Græca verba quoque huc asseram:) ὁ ὃ πειρῶν αὐτῶν λαβεῖν θελήσας, διλαβηθεὶς τι μὴ πάθῃ σω-

σωθήμενοι ἀποκρύψωσι τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς διὰ τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν, χωρίσας αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ἐκέλευσε τοὺς πάντας τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν γράψαι. &c. *Ille autem experimentum eorum ſumere volens, & metuens ne forte conſentientes eam veritatem, quæ eſſet in ſcripturis, abſconderent per interpretationem, ſeparans eos ab invicem, juſſit omnes eandem interpretari Scripturam; & hoc in omnibus libris fecit.*

Auguſtinus quidem ait : *ut cum ad hoc opus ſeparatim ſinguli ſederint (ita enim eorum fidem Ptolemæo Regi placuit explorare, in nullo verbo, &c.* Majorem tamen pietatem, ut videmus, Regi tribuit Irenæus.

Quid autem Judæi (illi nempe qui inter Talmudicos huic factioni addicti ſunt, ſuper iſtius Verſionis negotio nugentur, nunc, ut in parentheſi audire, mihi non uſque adeo fruſtraneum ſeu ſuperfluum videtur.

In *Sopherim* nempe ita loquuntur : *Ptolemæus Rex convocavit* [non dicunt unde] *LXXII ſenes, collocavitque in totidem ædiculis : quumque nondum aperuiſſet, quamobrem convocati eſſent, ingreſſus ad ſingulos ait : SCRIBITE MIHI LEGEM DEI VESTRI. Porro Deus ita mentes ipſorum dirigebat, ut cum ſcriberent ſinguli, unam & eandem undiquaque Legem omnes ſcriberent, unoque conſenſu in XIII locis ab Hebræo diſcederent.*

De quibus XII locis, ita Patres Hieroſolymitani in titulo Megilla : *Tredecim autem loca immutaverunt in Lege Interpretes Ptolemaici.* Scripſerunt enim Geneſ. I. v. 1, *Deus in principio fecit.* Geneſ. I. v. 26. *Faciam hominem in ſimilitudine & imagine.* Geneſ. I. v. 29. *Maſculum & fœminam creavit eos.* Gen. II. v. 2. *Et conſummavit die ſexta, atque requievit die ſeptima.* Gen. XI. v. 7. *Venite confundam linguam eorum.* Gen. XVIII. v, 12. *Riſit Sara apud proximos ſuos.* Gen. VLIX. v. 6. *In furore ſuo interfecerunt taurum, & in impetu ſuo*

ſuo effoderunt murum. Exod. IX. v. 20. *Moſes ſumptis uxore & filiis ipſos jumentis impoſuit.* Exodi XII. v. 40. *Habitatio autem filiorum Iſraël, quatenus habitaverunt in terra Ægypti & in terra Canaan, fuit per annos quadringentos & triginta.* Exodi XXIV. v. 5. *Miſerunt autem* [illegible], *& præſtantiores de filiis Iſraël*; pariter ac verſu II. *Inque electis filiorum Iſraël nullus defuit.* Numeri XVI. v. 15. *Nullius cujuſquam deſiderabile ego accepi.* Deuteron. XVII. v. 3. *Quæ vos colere ego neutiquam volui.* Deuteron. XIV. v. 7. & Levitici XI. v. 6. *Loco* λαγωὸν *vocem* δασύποδα *reponere maluerunt ſeptuaginta illi ſenes, ne forte Lagidem offenderent.*

Eadem illa & in Talmude Babylonico habentur. Ubi & ſub eodem titulo cap. 1. §. 8. habent : *De Rege enim Ptolemæo iſta fertur hiſtoria : ſenes ipſum LXXII ſibi accitos tot conclavibus concluſiſſe, IGNAROS PLANE CUR CONVENERANT : tum vero ſingulos juſſiſſe, ut ſibi Legem Moſis doctoris ſui Græcè deſcriberent. Deus autem tam miro opere unumquemque illorum animo adjuvit, ut in verſione Leges omnes omnino conſentirent.*

Quæ autem de XIII illis locis dicunt forſan alibi latius conſiderabo : neque tamen iſta tanti ſunt, ut de iis multum laboremus ; præcipue quod jam aliquid de ipſis dictum ſit.

At Joſephus ille Ben Gorion, prout Seb. Munſterus eum Hebraice edidit, ita loquitur : *Proinde Ptolemæus Macedo, qui ſuper Ægyptum conſtitutus fuit Rex, vir erat miſericors, ſapiens, prudens, & qui libenter legebat in libris [hic præcepit duobus principibus ſuis, quorum nomina erant Ariſteas & Andreas, ut congregarent libros multos. Collectis autem plurimis voluminibus ſcriptis Medorum atque aliorum populorum linguis, dixit Rex ad eos, quot habetis libros? Reſponderunt ei NONGENTOS ET NONAGINTA QUINQUE. Et ſubridens Rex ait ad eos, Agite apponamus adhuc quinque, ut aſcendant*

ad

ad millenarium numerum. Ad quem dixit Ariſteas, Obſecro, Domine, ne attendas quod fruſtra laboravimus pro libris iſtis, in quibus nulla eſt utilitas. Quare ſi regi bonum videtur, ſcribat ad Pontificem Hieroſolymitanum ut ille ad te mittat ſapientes, qui in illa ſunt urbe, callentes linguam Græcam, qui tibi explicent LEGEM ſuam. Illa enim ſcripta habet res ſanctas, & omnes alii libri non habent niſi niſi vanitatem. Fecit itaque Rex ſecundum illum modum, mittens Scribas & munera ad Pontificem, qui erat in diebus illis, qui conferrent cum eo, & conſultarent ſuper hac re. Tunc miſit Pontifex ad eum SEPTUAGINTA SACERDOTES, inter quos præcipuus erat Eleazarus vir gravis [qui poſtea Antiochi temporibus probatus eſt & interfectus pro Domino Deo ſuo.] Cumque veniſſet Eleazarus cum ſeptuaginta Sacerdotibus & Interpretibus in Ægyptum, conſtituit eis Rex ſingulas domos, ſeparans unum ab alio, & aſſignans unicuique ſcribas expeditos. Sacerdotes autem illi explicuerunt totam Legem, & reliquos Biblicos Libros, viginti ſcilicet quatuor, quos tranſtulerunt in linguam Græcam, & obtulit Eleazarus ſcriptum eorum Regi. Tunc LEGIT REX uniuſcujuſque ſcriptum, ut illi tranſtulerant, & ecce omnium Interpretum una erat & concors expoſitio, idemque ſenſus: de qua re lætatus eſt plurimum, &c.

At in Bibliis Polyglottis Anglicanis, ubi is Ben Gorion Arabicè, pro ſecundo quodam Machabæorum libro editur; quum tamen ipſius ibi hiſtoria ultra Cæſarem: ac Triumviratum extendatur; ita habetur: *Erat vir Macedo, Tolomæus nuncupatus, ſcientia atque intelligentia præditus, qui cum habitaret in Ægypto, CONSTITUERUNT EUM ÆGYPTII REGEM ſuper regionem Ægypti, Quare inquirendarum ſcientiarum amore auctus, omnes ſapientum libros undique collegit. Cupiens autem viginti quatuor Libros ſibi acquirere, ſcripſit Sacerdoti magno in Jeruſalem, ut ſibi mitteret ex peritioribus*

iſtis libris, ſeptuaginta ſenes, miſitque Epiſtolam cum munere ad Sacerdotem. Perveniente itaque epiſtola Regis ad Sacerdotem, ſelegit ſeptuaginta peritos viros, eoſque miſit cum Viro, qui dicebatur Eleazarus, præſtans religione, ſcientiâ atque diſciplina; qui profectus eſt in Ægyptum. Cum autem innotuiſſet eorum adventus Regi, ſeptuaginta domicilia parari, eoſque ibi excipi juſſit. Præcepit præterea ſingulis deſtinari Scribam, qui exciperet horum librorum interpretationem characteribus Græcis & Græca lingua. Interdixit inſuper, NE CONSPIRARENT IN CUJUSQUAM ISTORUM LIBRORUM IMMUTATIONEM. Exceperunt itaque Scribæ ex ſingulis eorum, Viginti quatuor Librorum tranſlationem. Et cum abſolutæ eſſent tranſlationes, illas obtulit Regi Eleazarus; eaſque inter ſe (ipſo præſente) contulit. Quibus collatis concordare compertæ ſunt: unde valde lætatus eſt Rex, præcepitque pecuniam plurimam dividi inter gentem, &c.

Neque autem captivos poſt hanc verſionem liberatos tradit; non ante, ut Ariſteas. Verum hæc ſimiliaque, circa quæ inter ſe ulterius aut concordantes, aut, diſcrepantes nugantur, non operæ pretium eſt curatius examinare. Quam belle autem in modo allatis inter ſe conſonent hi verpæ, tribus tantum verbulis conſideremus.

In editione Hebraica reperimus duos Principes Ariſteam atque Andream; apud noſtrum Græcum, Ariſteam Hyperaſpiſten, & Andream unum ex ἀρχισωματοφυλάκαις: quorum nomina tamen in editione Arabica non comparent. Sic in Munſteri editione mittuntur 70 Sacerdotes, in Arabica tantum 70 viri periti. Cætera ipſe Lector inter ſe conferat. Niſi quod & hoc notandum, apud Hebræum, Regem ipſum Exemplaria verſa legiſſe & examinaſſe, apud Arabem vero Eleazarum.

Tum porrò & ex *Sopherim*, & ex *Megilla* obſervet quam *ignari fuerint cur eò convenerant*, dum Rex ad illos: *Scribite*

mihi Legem, &c. iſtaque cum ipſo Ariſtea & aliis conferat. Addantur hiſce & hæc ſequentia quæ æque ac tria loca modo hîc allata auctori editionis Oxonienſis debeo] ex Chronico inedito Georgii Homædidæ : *Cum Ptolemæus, cognomento Galeb Lanz & Philadelphus, ut erat ſcientiæ, ac præcipue hiſtoriarum ſtudioſiſſimus rimator intellexerat, in ſcriptis Moſis ac* PROPHETARUM HEBRÆORUM *curioſa plurima reperiri, abs Hieroſolymis LXXII Seniores & ſapientia inſignes viros accerſivit.* DUO TAMEN ISTJUS COLLEGII IN ITINERE PERIERUNT; *reliqui vero Legem &* [NB] *Prophetas in Græcum transferebant ex Hebræo, juſſu principis conclavibus ſigillatim incluſi. Placuit autem Ptolemæo iſta verſio; adeo ut ſigillo addito,* IN ÆDE DEI SUI *illam reponeret, & ſenes ipſos muneribus largis dimitteret; additis etiam contribulibus, quos captos bello Ægyptus tenuerat. Fuit autem juſtus ille Simeon è numero* LXXII *virorum Interpretum.*

Quin & hæc *Samaritanorum* teſtimonia audiamus, ex Chronico Samaritano Abulphetachi : *Anno ante Chriſtum* 275, *mundi* 4150, *annoque* DECIMO *Ptolemæi Philadelphi egregii literatorum fautoris, accitis Alexandriam Aarone, & lectiſſimis Samaritarum, nec non doctoribus Judæorum ſub Eleazaro ſuo, Legem Moſaicam in Græcorum dialectum ut transferrent ex Hebraico; cum de monte locoque electo Templi, & in Deut. XXXII. v.* 35. *de die retributionis in GRÆCO & Samaritico, pro* ἐμοὶ ἐκδίκησις PAULI APOSTOLI *& Maſoretharum, aliiſque in verſibus, Verſiones iſtæ variarent, Rex approbavit magis Samaritarum interpretationem, eoſque ſplendidis muneribus donavit : imò vero Judæos ille monte benedicto Gerazim reſcripto omnino arcuit. Referunt autem triduanas tenebras paſſum fuiſſe mundum, cum Judæi in Græcum Moſis Libros verterent.*

Pene

Pene applicarem certe his Samaritarum verbis, modo ſint vere Samaritarum, ob Apoſtolum Paulum, ipſiuſque verba ibi memorata; [verſionem vero hanc ex Appendice editionis Ariſteæ impreſſæ excerpſi] illa Virgilii, ex Eccloga quarta, parumper tamen inverſa :

Alter erat tum Tiphus, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas : erant etiam altera bella
Atque alter ad Trojam magnus mittebatur Achilles.

Ubi verſum claudicantem mihi condonabunt, ſpero, poëtæ.

Quod autem attinet illa quæ de monte Gerazim Samaritani dicunt, plane contrarium notant Judæi, ac ſub Ptolemæo Philometore ex contigiſſe : nempe Rabbi David Ganz, ex Meor, Enajim; & Joſephi lib. 13. cap. 6. ubi & videre licet, aliter iſtam rixam (in qua Victores ſeſe Judæi jactant) accidiſſe, ac quidem ſub Alexandro Macedone : non tamen ob verſionem Græcam.

Verum hæc ſimiliaque inter recutitos diſputata fere ubique vacillant, ſeſe que mutuò quandoque deſtruunt. Nec ipſi Judæi ſibi inter ſe bene conſtant : nedum ut cum Samaritanis conveniant.

De XIII locis, interim, & hoc cæteris addendum; quod ſcilicet dicatur, illa hos interpretes certo conſilio, certaſque ob rationes immutaſſe : quum tamen Judæi Alexandrini, quibus coram hæc verſio jam peracta, ac publice, prælegebatur, ita etiam publice teſtarentur, illos recte atque accurate vertiſſe : atque jam ante Rex Ptolemæus interdixiſſet, *ne conſpirarent in cujuſquam iſtorum librorum immutationem.*

Certe opportet ut iſta XIII loca ſic ex inſpiratione Divina immutaverint; quandoquidem ſic ſeparatim ſive ſinguli, ſive bini ſimul, à reliquis ſeparati, huic verſioni incumberent.

At notandum quoque eſt, ex Chronico iſto Samaritano 1°. Regem Samaritarum Verſionem approbaſſe, eoſque muneribus honoraſſe: Judæis vero, ac quidem ob malam verſionem [ſuper qua nimirum Samaritarum conſedere Duces] monte Gerizim interdixiſſe, ac præterea *tenebras*, & quidem triduanas totum orbem, ob [NB] Judæorum verſionem obtexiſſe. Quum tamen ipſi Judæi longè aliam cauſam, rationemve harum tenebrarum triduanarum reddant: ob Legem ſcilicet ſic Gentibus expoſitam, adeoque, quaſi, profanatam. Tertiò autem notandum eſt, hoc Chronicum mentionem facere [prout ex Verſionis Ariſteæ appendice, editioni hujus Scriptoris Oxonienſi ſubjuncto, reperio] Apoſtoli Pauli, verborumque ipſius: quod indicat hunc Chronologum Samaritanum fuiſſe Chriſtianum; ipſiuſve hoc Chronicum à Chriſtiani nominis homine quopiam fuiſſe interpolatum.

CAPUT XVIII.

Ubi, atque an ſinguli ſeparatim, an bini ſimul juncti, an vero omnes ſimul in unico conclavi, conſederint, Verſioni illi incumbentes, perpenditur ex Epiphanio, ex Cyrillo, ex Novellis Juſtinianeis, ex Philone, ex Joſepho, ex Hieronymo; denique & ex Ariſtea. Unde, ac quam incaute, Juſtinus Martyr ſua hauſerit. Hinc Fabella de LXXII Grammaticis qui à Piſiſtrato ſuper Homeri poëmatibus congregati fuerant, ac ſeorſim ſepoſiti, cum noſtra Interpretum fabella comparatur.

UT autem rurſus ad Scriptores Chriſtianos me convertam, Epiphanius certe illos non ſingulos, ſed binos numero conſediſſe narrat, licet non minori cum anxietate illos ibi collocet. Ita enim loquitur: Ἑβδομήκοντα δύο γὰρ ὄντες τὸν ἀριθμὸν καὶ ἐν τῇ Φαρία νήσῳ, καλυμμένῃ ὑπ' ἄνω γῆς, ἀνίκηρυ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐν λ' καὶ ἓξ οἰκίσκοις, ζυγὴ ζυγὴ κατὰ οἰκίσκον, ἀφ' ἑσπέρας ἕως ἑσπέρας συγκλειόμενοι, καὶ τῆς ἑσπέρας ἐν τειά-

τελακοντα ἓξ σκαφιδίοις ὡδηγήσαι, εἰς τὸ τῦ Πτολεμαίυ Φιλαδέλφυ παλαῖον, καὶ μεθ' αὑτῦ ἑστιᾶσθαι, καὶ κατὰ ζυγὸν ἐν κοιτῶσι τελακοντα ἓξ καθεύδοντες, εἰς τὸ μὴ συνδιάγειν μεθ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἀνοθεύτως ἐρμηνεύεσθαι, ὕτως διετέλων· τὰς γὰρ παρειρημένας τελακοντα ἓξ οἰκίσκυς, ὁ ῥηθεὶς Πτολεμαῖος κατασκευάσας ἐν τῷ πέραν εἰς τὴν νῆσον, διπλᾶς τε αὐτὰς τοίχας, δύο δύο ἐνέκλεισεν, ὡς ἔφθη, καὶ παῖδας δύο ὑπηρετῶν αὐτοῖς ἅμα ἐνέκλεισεν, ὀψοποιίας ἕνεκεν καὶ ὑπηρεσίας, μετὰ καὶ ταχυγράφων· ἀλλ' ὅπ θυρίδας τοῖς οἰκίσκοις ἐκείνοις ἐκ τῦ τοίχων ἐποίησεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ τῦ δωμάτων τὰς καλυμμάτας ἀναφωλίδας ἀνέῳξεν· οἱ δ' ὕτως διάγοντες ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας, ὑπὸ κλεῖδα συγκεκλεισμένοι ὕτως ἑρμηνεύοντο· Ἑκάστῃ δ' ζυγῇ βίβλος μία ἐπεδίδοτο, ὡς εἰπεῖν ὁ βίβλος τῆς τῦ κόσμυ γενέσεως μία ζυγῇ, ἡ ἔξοδος τῦ ἡμῶν Ἰσραὴλ τῇ ἄλλῃ ζυγῇ, &c.

Nam cum eſſent 72 numero, & in Pharia inſula (quæ ſuperior terra nominata eſt) è regione Alexandriæ urbis, in 36 cellulis, duo (numero) ſimul à mane ad veſperam concluſi eſſent; ac tempore veſpertino in 36 naviculis, transvecti ad Ptolemæi Philadelphi palatium, etiam cum ipſo convivarentur: Sic & in 36 cellulis dormiebant, ut ita non ſimul inter ſe converſarentur: Verum ſic ſincere [ſine mutua communicatione] *intepretarentur, degebant. Ptolemæus enim jam nominatas 36 cellulas in ulteriori ripa inſulæ iis pariaverat; ipſosque ſic per paria dividens, duos numero ſimul concluſit, ut dixi, & duos famulos cum ipſis unà incluſit (ut cibum pararent, aliaque munera obirent) ſimul cum amanuenſibus tachygraphis. Ac ne quidem feneſtras muris inſeruit: verum ex ſuperiori tecto ut lumen admitteretur curavit. Illi vero ita, ſub clave concluſi à mane ad veſperam, interpretabantur. Singulo pari etiam ſingulus liber dabatur, ut, ex. gr. Liber Creationis Mundi* (huic illive) *uni pari; liber Exodi filiorum Iſraëlis alii pari, &c.*

Contra autem Cyrillus Hieroſolymitanus illos plane ſe-

parat; dum in Catecheſi ſua ita loquitur : Πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος, φιλολογώτατος γνήμιος βασιλεὺς, τὰς καθ' ὅλην οἰκουμένην βίβλους συναθροίζων, ὡς δὲ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τοῦ τῆς βιβλιοθήκης προεστῶτος, ὡς εἰ τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ θεῖα γράφα ἐπακούσας, καὶ πολὺ κάλλιον κρίνας, ὁ ὡς δὲ ἀκόντων ἀναγκαστῶς τὰ βιβλία κτήσασθαι, ἀλλ' ἐξιλεώσασθαι δώροις μᾶλλον καὶ φιλίᾳ τοὺς ἔχοντας. καὶ γινώσκων ὅτι τὸ μὲν ἀναγκαστὸν δολοῦται, πολλάκις ἀπροαιρέτως διδόμενον· τὸ δὲ προαιρέσεως διδόμενον, σὺν ἀληθείᾳ πᾶσι δωρεῖται, Ἐλεαζάρῳ τῷ τότε ἀρχιερεῖ, πλείστα δῶρα πέμψας εἰς τὴν ἐκεῖθεν τοῦ Ἱεροσολύμων ναὸν, ἐξ ἑκατὸν φυλῶν τοῦ δωδεκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἑρμηνείαν ἐπίηστον ἀποστεῖλαι. εἶτα καὶ τὸ θείας, εἰ μὴ τὰς βίβλους εἶναι λαμβάνων ἀπόπειραν. καὶ τὸ μὴ συνδυάσαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἀποσταλέντας ἑβδομήκοντα, ἐν τῇ λεγομένῃ Φάρῳ τῇ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν κειμένῃ, τῶν μεταγλωττισμένων ἑρμηνευτῶν, ἑκάστῳ ἴδιον οἶκον ἀποδείξας, ἑκάστῳ πάσας τὰς γραφὰς ἐπιτρέψαι ἑρμηνεῦσαι. τούτων δὲ ἐν ἑβδομήκοντα καὶ δύο ἡμέραις πληρωσάντων, τὰς ὁμοῦ πάντων ἑρμηνείας κατὰ διαφόρους οἴκους ἀλλήλοις μὴ προσιέντες, ἐπίστασαν τὸ σωάγωγον, ὅπερ τὸ αὐτό. καὶ ὁ μέντοι ἐν νοήμασι, ἀλλὰ καὶ ἐν λέξεσιν ἦσαν συμφωνοῦντας· ὁ γὰρ διαλογισμὸς καὶ κατασκευὴ σοφισμάτων ἀνθρωπίνων ἐστὶ τὸ μεταγινόμενον, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου· ἢ τῷ ἁγίῳ πνεύματι λαληθεισῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο. *Ptolemæus Philadelphus humanarum literarum amantiſſimus Rex, dum undecunque libros congregat, à Demetrio Phalereo, qui Bibliothecæ (ipſius) præerat, inaudiens de Sacris Legis ac Prophetarum libris, ac multo melius putans non ab invitis illos extorquere; ſed potius donis atque amicis poſtulationibus demereri poſſidentes; ſimulque gnarus, quod id quod vi ac neceſſitate fit, dolo ac fraudi ſubjectum ſit; quum ſine delectione id tradatur; contrà quod ex libera voluntate traditur, cum ſincero animo donetur : miſit ad Eleazarum pluri-*

plurima dona pro Templo ibi Hieroſolymitano; ac curavit ut ſex ex unaquaque duodecim Tribuum Iſraëlis ad interpretationem [librorum] mitterentur. Poſt quæ & tentare voluit, an revera eſſent Sacræ Scripturæ: Ac ſi per paria [hi interpretes] *ſimul jungerentur ii, qui miſſi fuerant, id ſuſpectum eſſe credens; in Pharo, ita dicta, ſingulis Interpretibus ſingulas domus (ſeu cellulas) attribuit; atque ita unicuique illorum omnes (in univerſum) ſcripturas vertendas commiſit. Illis autem intra ſeptuaginta duo perficientibus totam omnium interpretationem, dum per diverſas cellulas ſic ſeparati, inter ſe non coïrent, perfecerunt quod collatum unum idemque eſſet; atque non tantum illos ſenſu, verum & ipſis verbis conſentientes reperiebat. Neque enim erat quæſita quædam inventio per humana ſophiſmata paratum (in fraudem) hoc opus: ſed ex Spiritus Sancti inſtinctu illarum quæ per Spiritum Sanctum loquebantur Scripturarum interpretatio abſolvebatur.*

Imperator tamen Juſtinianus, in Novellis, Epiphanium ſequitur. Ita enim ille Nov. 146, de hac verſione ſecutus hîc Epiphanium, loquitur: Τῇ τ' ἑβδομήκοντα χρήσονται ᾠδῇδε, πάντων ἀκριβεστέρᾳ, καὶ ᾠδῇ τοῖς ἄλλοις ἐγκεκριμένῃ· διὰ τὸ μάλιστα ἐκ τοῦ ἑρμηνεῖαν συμβεβηκέναι, οἳ κατὰ δύο διαιρεθέντες, καὶ κατὰ διαφόρους ἑρμηνεύσαντες τόπους, ὅμως μίαν ἅπαντες ἐκδεδώκασι σωφρονῶν.

Quæ cæteris accuratior; & melior iſtis, judicatur, ob id quod circa Verſionem contigit: quod ſcilicet BINI NUMERO JUNCTI, ſicque ab invicem & locis quoque, diſcreti tamen omnes eandem interpretationem reddiderint.

Nec immerito Juſtinianus conſenſum dat Epiphanio, qui ipſis culinæ aliarumque neceſſitatum miniſtros (ne ſc. fame, aut aliter inopia laborarent) adjungit; neque unicum ſolum ſed plures, ut videtur, unicuique amanuenſes: ne nimio labore fatiſcentes ſuccumberent oneri: ſicut & hac cautione contrà uſus eſt, ne ullo modo inter ſe colloquerentur,

tur, ut domunculas ſine feneſtris fabricaret : ut, ſi abſque clamore, aut voce ſonora, per nutus, aut aliter, ſibi aliquid inter ſe communicare voluiſſent, id ipſis quoque impoſſibile eſſet. Nec minus caute egit dum ipſos per 36 numero ſcaphas, binos binos (ut ſic loquendo Epiphanium ſequar) numero tranſvectos ad Regem, ac revectos vult.

Nec dubito, quin tanto ſpatio ſcaphas ſeparatas voluerit, ut nullos ſermones, illi quî transvehebantur ſeſe inter ſe conferere, nedum, ſimul inter ſe conferre poſſent, voluerit.

Ego, ſane, ſi præſens adfuiſſem, etiam hanc cautionem adhibuiſſem, ne ſcilicet, ad menſam, niſi juſtis interſtitiis accubuiſſent, etiam aliis convivis interpoſitis ; ut ne ſic ibi aliquid alter alteri inſuſurrare valuiſſet : neque minus quam Juſtinus, ejuſque ſequaces ſingulos ſingulis domunculis incluſiſſem ; nec ſimul unquam ullibi eos convenire paſſus fuiſſem, antequam verſio hæc jam ab omnibus ac ſingulis facta atque abſoluta fuiſſet. Quæ tamen neque Philo, neque Ariſteas, nec Joſephus excogitare valuerunt : niſi forte metuerint venturum quendam poſteris temporibus Hieronymum, qui quaſi unico Spiritus hauſtu, domunculas iſtas, cæteramque hujuſmodi cautelam, miſerandum in modum diffiaret. Interim *Tantæ molis erat ſacros hos vertere libros* niſi legere mavis Lector : *has tantas condere nugas:* nempe fabulas circa hanc verſionem.

Philo quidem illis omnem proſpectum foras ademerat ; attamen ſimul junctos, atque ita concluſos, voluit. Hoc enim iſta verba ſatis clare indicant : Καθίσαντες δ' ἐν ἀποκρύφῳ, καὶ μηδενὸς παρόντος ὅλως τῶν τῆς φύσεως μερῶν, γῆς, ὕδατος, ἀέρος, θερμοῦ, ψυχροῦ πρώτην τῆς γενέσεως ἔμελλον Ἱεροφαντήσειν, &c. *Sedentes in occulto, neque ulla perſona aut re præſente, præter partes ipſius naturæ, terram, aquam, aërem & cœlum, de quibus primam generationem prophetare debebant, (Creatio Mundi enim*

enim eſt initium Legis) ſicut & Divino motu prophetabant, &c. quæ porrò magna verborum pompâ exaggerat.

Sed liberiores eos voluit Ariſteas ; qui tantum ipſos ſimul ſeorſim conceſſiſſe, ac conſediſſe tradit ; tum & verſiones ſuas inter ſe contuliſſe. Sic namque loquitur : Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας, ὁ Δημήτριος παραλαβὼν αὐτὸς, καὶ διελθὼν τὸ ἔπαλξιν σταδίων ἀνάχωμα τῆς θαλάσσης πρὸς τὴν νῆσον, καὶ διαβὰς τὸν χάρακα, καὶ παρελθὼν ὡς ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη, σωέδριον πεποιημένον εἰς καλλιτεχνίαν εἶχον παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, διαφερόντως ἔχοντα, καὶ πολλῆς ἡσυχίας ἔφερον, παρεκάλει τοὺς ἄνδρας τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐπιτελεῖν. παρόντων ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἦν, καλῶς. οἱ δὲ ἐπιτελοῦντες ἕκαστα σύμφωνα ποιοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς ταῖς ἀντιβολαῖς τὰ δὲ ἐκ τῆς συμφωνίας γινόμενον περιττῶς, ἀναγραφῆς ἄξιον ἐτύγχανε παρὰ τοῦ Δημητρίου. *Poſt tres autem dies, quam illa quæ expoſuimus, ſunt acta, Demetrius aſſumpſit ad ſe illos viros, & in inſulam per aggerem maris ſeptem ſtadiorum eſt progreſſus, ac trajecto ponte partes verſus ſeptentrionem occupavit : ibi congregatis illis viris in domo ſplendidè exſtructa juxta littus, & ab omni tumultu & ſtrepitu remota ; cum ibi etiam adeſſent omnia quibus opus foret, hortabatur eos ad interpretationem Legis perficiendam. Illi autem, rem aggreſſi, ſinguli* EX COLLATIONIBUS AD CONSONANTIAM ELABORABANT; *& quod ita conſonum & elaboratum erat, ut dignum eſſet deſcriptione, per Demetrium ſcripto excipiebatur.*

Tum & aliis locis idem indicat, cum ipſorum conſeſſum σωέδριον & σωεδρίαν appellat ; ſicut & per hæc : σωαγόμενοι τὰ παρακείμενα ἐπετέλουν ; ac per iſta : ἐτρέποντο πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν ἑκάστου διαφοράν.

Unde certe non immerito Hieronymus, in Prologo ad Pentateuchum, ita : *Neſcio quis primus auctor 70 cellulas exſtruxerit, quibus diviſi eadem ſcriptitarint : cum Ariſteas ejuſdem* [Ptolemæi] ἀποκρισιάριος, *& multo poſt tempore Joſephus,*

nihil tale retulerint : ſed in una baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant. non prophetaſſe. Aliud enim eſt vatem agere, aliud eſt eſſe interpretem : ibi Spiritus futura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert.

Juſtinus tamen πρόσχων (ut Apoſtoli Paulus ac Petrus loquuntur) Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ γραυδέσι, atque Hieronymo longe magis credulus, ſibi perſuadet, & aliis perſuadere conatur, ſe ipſum cellularum iſtarum ruinas ibi in inſula Pharo propriis oculis contemplaſſe : ſicut & ſtat pro ipſorum Divino inſtinctu. Hæc autem illum ex Judæis, ſive Alexandrinis, (ut puto) ſive aliis didiciſſe, ſibique perſuadere paſſum, oſtendunt ſatis illa, quæ jam ex Sopherim, & Gorionide, & ex Georgii Homedidæ Chronico attuli. Unde autem & ſibi perſuaderi paſſus ſit, *Miſiſſe Ptolemæum ad Regem Judæorum Herodem*, fateor me plane ignorare. Hæc interim oſtendunt, quæ fides circa talia Juſtino tribuenda ſit.

Quæ inter Celeberr. Meurſii *addenda*, *ad Piſiſtratum*, ex Diomede Scholaſtico, ſeu Commentario ipſius, in Dionyſii Thracis librum de arte Grammatica, nondum in hunc diem edito, affert Celeberrimus Jacobus Gronovius, operæ pretium duco ut huc afferantur : ut inde perſpiciatur, quomodo fabulæ ex fabulis originem trahant. Extant autem illa verba, in Præfatione Voluminis quinti Theſauri Græcarum Antiquitatum, hoc modo : Ἀναγκαῖον δὲ, μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς ῥαψῳδίας μνησθῆναι καὶεῖνο, ὡς ἔν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα διεφθάρησαν, ἢ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ὑπὸ σεισμοῦ. Καὶ ἀλληναλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων, καὶ φθαρέντων, ὕστερον διῃρέθη ὁ μὲν, ἔχων ἕκαστον στίχους τυχὸν Ὁμηρικούς. ὁ δὲ χιλίους. ἄλλος, διακοσίους. ἄλλος, ὅσους ἂν ἔτυχε. καὶ ἔμελλε λήθη παραδεδόσθαι ἡ παλαιὰ πίστις. Ἀλλὰ Πισίστρατος, Ἀθηναίων στρατηγὸς, θέλων ἑαυτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ ἐξ Ὁμήρου ἀναιρεῖσαι, πολλά τι ἐβιβλίωσατο. Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, τὰ ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους ἀναγεῖν πρὸς αὐτὸν,

αὐτὴν, ὅτι μισθῷ ὠρισμένῳ καθ' ἕκαστον στίχον. Πάντες δὴ οἱ ἔχοντες ἀπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδιαστρόφως τὸν ὡρισθέντα μισθόν. Οὐκ ἀπεδίωκε δὲ τὸν Φίρωνα, ὃς ἤδη παρειλήφει στίχους παρ' ἑτέρου, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὸν αὐτὸν ἀπέδιδε μισθόν. ἐνίοις γὰρ αὐτῶν ἕνα ἢ δύο στίχους ἔυρισκε περιττούς, ἐνίοις δὲ πλείους. ὅθεν τις ἐθ' ὅτι καὶ ἰδίους παρεισφέρει, τοὺς νῦν ὀβελιζομένους. Καὶ, μετὰ τὸ πάντας συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΔΥΟ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ συνθεῖναι τὰ ἔξ Ὁμήρου, ΕΚΑΣΤΟΝ ΚΑΤ ΙΔΙΑΝ, ὅπως ἀνδείξῃ τῷ συντιθέντι καλῶς ἔχειν, ὅτι μισθῷ πρέπουσι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων, ἑκάστῳ δεδικαίωκε πάντας τοὺς στίχους καθ' ἰδίαν, ὅσους ἦν συναγαγών. καὶ, μετὰ τὸ ἕκαστον συνθεῖναι καθὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τοὺς λεχθέντας γραμματικούς, ἐφείλοντας ὑποδείξαι αὐτῷ ἕκαστον τὴν ἰδίαν σύνθεσιν, παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι δὴ, ἀκροασάμενοι, ὃ ποῖός ἐστιν, ἀλλὰ ποῖος τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τῇ τέχνῃ ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ, καὶ ὁμοφρόνως, ὑπερεπῆναι τοῦ συνθέσιν, καὶ διόρθωσιν, Ἀριστάρχου, καὶ Ζηνοδότου. καὶ πάλιν ἔκριναν, τῶν δύο συνθέσεων τὴν καὶ διορθώσεων, βελτίονα τοῦ Ἀριστάρχου. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους ποὸς τὸν Πεισίστρατον, διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ τοὺς ἰδίους στίχους, οὓς καὶ εἴρηται, σκεψάμενοι πεποίηκαν, καὶ ἤδη ἐν σωθείσῃ ἐγένοντο, τοῖς ἀναγινώσκουσιν, οὐκ ἔλαβε τοῦτο τοὺς κριτὰς, ἀλλὰ, διὰ μὲν τοῦ σώθειαν, καὶ πολλὴν, ἀφῆκαν αὐτοὺς κεναῖς. ἐβελίσκους δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ ἀναξίων τοῦ ποιητοῦ, στίχων παραλήμμοι, τοῦτο αὐτὸ ἀπέδειξαν, ὡς ἀνάξιοί εἰσι τοῦ Ὁμήρου.

Necesse vero, post originem rhabsodiæ meminisse etiam ejus, quod corrupta aliquando Homeri poemata fuerint, sive igne, sive etiam terræ motu. Libris vero, quocunque tandem modo, dissipatis, & corruptis, postea inventus quispiam est, qui Homericos versus forte centum haberet; quidam etiam, qui mille: quidam rursus, qui ducentos: alius, quocunque numero. Ac futurum sane erat, ut poesis ista omnis oblivioni traderetur. Sed Pi-

ſiſtratus, Athenienſium imperator, gloriam ſibi parere cupiens, & poëmata Homeri inſtaurare, tale quiddam excogitavit. Denuntiavit per totam Græciam, ſi Homericorum verſuum quiſpiam haberet quicquam, uti id ad ſe afferret, pro ſingulis mercedem certam acceptarus. Itaque quicunque habebant, afferebant; & mercedem præſtitutam integram accipiebant: neque expellebat eum, qui vel illos quoque verſus, quos jam ante acceperat, afferebat. Nam quandoque inter iſtos verſum unum, alterumve, ſupervacuum inveniebat, & interdum plures numero: ſiquidem eſſent aliquando, qui adferrent à ſe factos, nunc expunctos. Cumque omnes contuliſſent, SEPTUAGINTA DUOS GRAMMATICOS ADVOCAVIT, & SEORSIM COLLOCATOS, componere quæ Homeri forent, cuncta juſſit; mercede etiam præſtitutâ viris doctis, ac poëmatum judicibus, conveniente: deditque in manus unicuique quotquot collegiſſet verſus. Ac, cum quiſque ea, prout viſum ſibi, compoſuiſſet, Grammaticos, quos dixi, omnes convenire in unum juſſit: uti in præſentia omnium ſinguli compoſita à ſe oſtenderent. Qui cum ea recitata audiiſſent, non contentione ullâ, ſed pro veritate rei, & ut arti conveniret, collatis in commune ſententiis, uno ore pronuntiarunt, compoſitionem ac correctionem, Ariſtarchi, & Zenodoti, cæteris præſtare: deinde rurſum, ex utraque eam, quæ Ariſtarchi eſſet, prævalere judicarunt. Quia vero quidam illorum, qui Homericos verſus ad Piſiſtratum attulerant, ut mercedis plus acciperent, ſuos quoque, uti dictum eſt, data opera appoſuerant, ac jam ii legi quoque conſueviſſent, non id tamen judices cepit; verum propter conſuetudinem, ac receptum ante uſum, eos ita reliquerunt: verum, obeliſco appoſito, quotquot improbos, alienos, & poëta indignos eſſe exiſtimarent, indicarunt.

Conjiciat nunc Lector, an hæc hiſtoria de LXXII Grammaticis, *ſeorſim collocatis, ut illa quæ vere Homeri eſſent diſcernerent*, &c. ex fabula Judæorum de LXXII *cellulis in Pharo*,

Pharo, &c. fuerit hauſta, an contra illa de cellulis in Pharo, & interpretibus iis ſeparatim incluſis, ex iſta quam jam modo ex Diomede Scholaſtico produxi : ac conſideret an non ambæ æque pro fabellis (quamvis una ex altera ducta fuit) habendæ ſint ; unaque ex altera hauſta. Certe melius de iſta re nobis conſtare poſſet, ſi nobis de illius Diomedis ætate certe conſtaret.

CAPUT XIX.

De Inſpiratione Divina circa hanc Verſionem ex Irenæo, Clemente Alexandrino, & Tertulliano, De Libro Eſdræ quarto, nugiſque quæ in iſto continentur; adeoque de Apocryphis (ac quidem LXX) converſis. Quinam Libri olim Canonici fuerint ſecundum Iſaacum Voſſium; &c.

UT autem aliquid nunc addam de *inſpiratione Divina*, quam tamen in illis Interpretibus, neque Hieronymus, neque ipſe prætenſus Ariſteas aut Joſephus, agnoſcunt : jam vidimus pro ea ſtare Philonem. Sed non minus id faciunt Clemens Alexandrinus, Irenæus, Epiphanius, & Auguſtinus, Chryſoſtomus ac Cirillus, omnes Hebrææ linguæ ignari; atque inde eo magis Græcæ verſioni patrocinantes.

Irenæus namque ita Lib. III. c. 25. *Convenientibus autem ipſis in unum* [poſt verſionem nempe ſeparatim factam] *apud Ptolemæum, & comparantibus ſuas interpretationes, Deus glorificatus eſt, & ſcripturæ vere Divinæ creditæ ſunt ; omnibus eandem, & iiſdem verbis, & iisdem nominibus recitantibus ab initio uſque ad finem, ut* GENTES [NB] *COGNOSCERENT per inſpirationem Dei interpretatas eſſe Scripturas.*

Et tamen hæ gentes inde minime ad religionem Judaicam converſæ fuerunt. Ac ne de ullo quopiam ex gentibus id ullo modo patet : quum tamen omnes iſtam verſionem (etiam ipſe Ptolemæus) ut perhibetur ut Divino afflatu factam haberent. Verum :

Verum audiamus hîc quoque Clementem Alexandrinum; qui ita fatur : Ἑκάστῳ δὲ ἐν μέρει καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ ἑρμηνεύσαντι τῶν προφητείαν, συνέπνευσαν αἱ ἑρμηνεῖαι σύναιμοι βληθεῖσαι, καὶ ταὶς διανοίαις, καὶ ταὶς λέξεσι. Θεῖον γὰρ ἦν βέλημα μεμελετημένον εἰς Ἑλληνικὰς ἀκοάς ὃ δὴ ξένον ἔπνευμα Θεῖον, τὸ τὴν προφητείαν δεδωκότος, καὶ τὴν ἑρμηνείαν, οἱονεὶ Ἑλληνικὴν προφητείαν, ἐνεργοῦσης. ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν κατὰ τὸν Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως χρόνους, ἔπνευσε Ἔσδρας ὁ Λευίτης, ὁ ἱερεὺς γενόμενος, πάσας τὰς παλαιὰς αὖθις ἀνανεώσατο προφητείας.

Quum autem unusquisque SUAM *interpretatus esset* PROPHETIAM, *omnes simul interpretationes sententiis & dictis consenserunt. DEI enim consilium singulare erat,* QUI GRÆCORUM AURIBUS ILLA PARAVERAT. *Neque vero absque inspiratione alienum : ut qui prophetiam dederat, interpretationem quoque tanquam Græcam prophetiam daret cum & in captivitate per Nebucadnezar deperditis Sacris Scripturis, tempore Artaxerxis Regis Persarum, Esdras, qui Levita erat, inspiratus* (divinitus) *Veteres Scripturas per prophetiam renovavit.*

Cui succinit ita modò adductus Irenæus : *Et non esse mirabile, Deum hoc in eis operatum; quandoquidem in ea captivitate populi, quæ facta est à Nebuchodonosor, corruptis Scripturis, & post 70 annos Judæis descendentibus, temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspiravit Hesdræ Sacerdoti Tribûs Levi, prophetarum omnes rememorare Sermones, & restituere populo eam Legem, quæ data esset per Moysen.*

Tum & Tertullianus; qui occasione *Scripturæ Enoch*, (cui magis strenue quam feliciter se patronum exhibet,) libro de *Habitu mulierum*, cap. 3. ita loquitur : *Quemadmodum & Hierosolymis Babyloniæ expugnatione deletis, omne instrumentum Judaicæ literaturæ per Esdram* CONSTAT *restauratum.*

Quo-

Quonam vero auctore id conſtet videri poteſt ex Eſdræ (ſeu potius Pſeudo-Eſdræ) Libro quarto. Ita enim ille cap. XIV. v. 21. *Quoniam Lex tua exuſta eſt : quamobrem nemo ſcit quæ à te facta ſunt, vel quæ incipient fieri opera. Si ergo inveni apud te gratiam, immitte in me Spiritum Sanctum, ut ſcribam quicquid fuit factum in ſeculo ab initio, quæ fuerunt ſcripta in Lege tua, ut poſſint homines invenire ſemitam tuam ; & qui voluerint vivere, ultimis temporibus vivant. Reſpondens itaque mihi dixit : Abi, congrega populum, & indicite eis, ut non quærant te diebus quadraginta. Tu autem tibi præpara libros multos ; & accipiens tecum Serajam, Debarjam, Schelemiam, Echamum, & Chatzielem, hos quinque viros paratiſſimos ad ſcribendum velociter, advenito huc.* Et poſt nimis abſurda ac ridicula, quam ut hic referantur, quæque ipſe Lector ibi videre poteſt, pergit ita, verſu 41. *Quapropter ubi apertum os meum non fuit clauſum amplius. Sed ut altiſſimus dederat intellectum quinque illis viris, ſcripſerunt ea quæ dicebantur exceſſu mentis, & quæ non intelligebant. Ac nocte quidem ſumebant cibum ; ego vero per diem loquebar, & per noctem NON TACEBAM. Sic fuerunt ſcripti per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Fuit autem completis quadraginta diebus, ut loqueretur Altiſſimus, dicens : Quæ priora ſcripſiſti palam, ut legant digni & indigni ; poſteriores vero ſeptuaginta conſerva, ut tradas eos ſapientibus è populo tuo : in his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Atque ita feci.* Aſt alias ipſius nugas jam puto me alibi atrigiſſe.

Vide nunc, mi Lector, quali teſte & Apocryphorum patrono, qualique teſtimonio hitantur hi patres ac Scriptores Eccleſiaſtici ; teſte ſcilicet aliquo Chriſtiano Judaizante, qui tali piâ fraude ſuæ ſectæ (ut ſemper hæretici primitivæ, ac ſequentis, Eccleſiæ Chriſtianæ ſolebant) patrocinari conabantur.

Quem

Quem ſcriptorem ſane, ſi jam non aliam rem agerem, vivis ſuis coloribus depingerem. Nunc ſolummodo perpendat Lector, 1. Legem totam exuſtam fuiſſe, tempore captivitatis Babylonicæ; adeoque nullum iſtis, qui ex illa captivitate reduces erant, exemplar ſuperfuiſſe. 2. Hanc totam Legem, vel ſi mavis Pentateuchum, ſic ut illum nunc habemus, tum & præterea iſtos multos libros, de quibus tam ridicule nugatur, ex revelatione Divina, mediantibus, ſeu ſubſervientibus potius, iſtis quinque viris, quadraginta diebus (non 72) fuiſſe reſtitutos, ac conſcriptos, ac quidem ad numerum ducentos ac quatuor; quorum 134 videntur fuiſſe Canonici, reliqui vero 70 Apocryphi, de quibus Epiphanius male ſomniat.

O! Medici mediam tali pertundite venam.

Interim is Epiphanius non niſi 22 Libros Canonicos numerat: ſub quo numero non ſola Lex, ut ſcimus, verum & cæteri Hiſtorici ac Prophetici comprehenduntur. Et tamen hi 70 Apocryphi (niſi qui reſtant ex illorum numero fuerint, quod tamen falſum aliunde liquet) poſt Epiphanium penitus perierunt: neque alius quiſpiam vel ante, vel poſt ipſum, eorum ullibi meminit: niſi fuerint iſti, quibus magnus ille Iſaacus Voſſius, tam ſtrenue patrocinatur; *Libri*, videlicet, *Sibyllini*, *Theognis*, *Phocylidis* ſimiliſque commatis nugæ, per 70 virorum patronos, in ipſum Canonem intruſi.

Sed Voſſius vult hujuſmodi libros in Canonem à Judæis acceptos fuiſſe, eoſque tamdiu locum inter cæteros Canonicos locum poſſediſſe, donec à Judæis ac ceteris Hebraïzantibus, tandem (ac quidem Hieronymo adjuvante) ex Canone malignè extruſi fuerint. *Crédimus? an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?*

At certe, qualeſcunque hi prætenſi libri fuerint, non tamen inter Eſdræ, aut Epiphanii Apocrypha numerari potuerunt;

tuerunt; quum Græcè conſcripti ſint : multo minus inter illos 134 Eſdræ Canonicos. Verum ſtultum videri queat tam ſtultas refutare nugas : quare hoc tantum addam; Hieronymum, virum ſolum fere (niſi quod & Origenes excipiendus ſit) Hebraicè doctum, ſolumque fere aptum huic liti dijudicandæ, (quod præterea cordatus eſſet, ac permagno judicio præditus, quicquid contra clamet If. Voſſius) merito contra hujuſmodi, pro prætenſis LXX Interpretibus, inſurrexiſſe teſtimonia. Quamvis parvam inierit gratiam, apud ſui temporis ſemidoctos (quali nomine is Voſſius *Hieronymi* ſectatores condecorat) atque ob illorum ignorantiam & invidiam, tam multa paſſus fuerit : neque ipſius Auguſtini, (alias Magni Viri, ſed hîc, ex imperitia linguæ Hebraicæ minus æqui & apti judicis) reprehenſiones effugere potuerit. Quo eodem fato, ſimilia ipſius æmulator ſtrenuus, *nec inferiora ſecutus*; quique non minori labore ac prudentia in Critica Sacra verſatus fuit, *Deſiderius Eraſmus* Monachorum ſimiliumque, bonarum artium, omniumque humaniorum ſtudiorum, ex craſſa ignorantia, oſorum pati debuit : dum Herculeo quodam labore Augeæ ſtabulum repurgaret vertendo, corrigendo, repurgando, ac vera ſcripta à falſis ac ſuppoſititiis diſcriminando, cum Verſiones Novi Teſtamenti, tum Scriptores Eccleſiaſticos antiquos; interque illos, non minimo labore, modo nominatos *Hieronymum* atque *Auguſtinum*.

CAPUT XX.

De Interpretum ad Regem Ptolemæum quotidiano acceſſu : de convivio ad Regis menſam : ac quam bene, aut male potius, huc Hebræi cum Ægyptiis convenire, ac convivari, potuerint; quum ne omnes quidem Judæi inter ſe communicarent, ſimulve convivarentur; vulguſque Judæorum illis qui Chachamim, ſeu Sapientum nomine veniebant, fere abominationi eſſet. Reditur hinc ad Interpretes, illorumque in vertendo conſenſum : tractaturque de XIII locis per ipſos immutatis; de Jobi uxoris verbis, cap. II. v. 9. de Origenis in Epiſtola ad Africanum ſuper prætenſa LXX virali verſione teſtimonio. Tandemque cur Græci ita pro LXX virali verſione ſteterint.

VErum enim vero ad noſtrum redeamus Ariſteam, qui tranſlationis hiſtoriam ita perſequitur : *Ac quidem quotidie ad nonam uſque horam, in tali ſtudio congregati erant : deinde diſcedebant ad curandum corpus; quibus omnia large ſuppeditabantur quæ cupiebant, & PRÆTER HÆC quotidie de illis quæ Regi apparabantur : & his Dorotheus ex mandato Regio ſubminiſtrabat.*

Hoc erat igitur ſub tempus veſpertinum & inclinante ſaltem jam die; quod tempus Ariſteas hic (quod omnes eruditi ſciunt) dies Veterum Judæorum, Græcorum ac Romanorum more dividit; & porro addit : *Atque etiam quotidie BENE MANE veniebant in aulam, & ſalutato Rege redibant in locum ſuum.*

Bene quidem hoc, quod quotidiano penſo jam abſoluto, ad curandum corpus diſcederent. At quamprimum dies illuceſceret ipſis, ſi non adhuc ante lucem, regia, & ipſe Rex, ſolutandi gratia, iis adeundus erat.

Sed contra, ſi Epiphanio fides adhibenda, *illi à mane ad veſperam concluſi erant, ac TEMPORE VESPERTINO, in 36 naviculis tranſvecti ad Ptolemæi palatium, cum ipſo convivabantur; ac in 36 lectulis* [ibi ſine omni dubio in aula] *dormiebant, ne ſimul converſarentur.* Si

Si autem, ſecundum Ariſteam, matutino tempore Regem adierunt ſalutandi eum gratia, oportet ut & ipſe Rex admodum matutinus ſurgeret, ſeque ad illos admittendos pararet : niſi vellet ipſos, ſero ac poſt tertiam diei horam revertentes, rurſus ad interpretandi laborem ſeſe accingere. Nec certe credendum eſt Regem tam primo mane ob hos ſalutatores ſurrexiſſe; adeoque neceſſe fuit illis plus temporis inſumere in hoc opere quam 70 dies.

Epiphanii Ariſteas certe hæc melius confinxit: ille enim quod ſciret *Auroram* (ut loquuntur) *Muſis amicam*, eos à primo mane opus urſiſſe vult; ac *tempore veſpertino in aulam ſeu palatium veniſſe aſſerit*; *ac cum Rege ſimul epulis, poſt diurnum penſum, operam dediſſe*; eoſque ibi ſic noctem tranſegiſſe; ut ſummo mane ad interpretandi munus reverterentur

Verum ut de his epulis quoque aliquid addam : Secundum Ariſteam Dorotheus quidem, præter illa quibus ex conſuetudine ac pro lubitu quotidie veſcebantur, ipſis ſic quoque quotidie de *illis quæ Regi apparabantur ſubminiſtrabat*: vel, ſi mavis, *illi cum ipſo Rege convivabantur.*

Quod autem tam ſecurè de Regis menſa veſcerentur, ſatis bene conciliare nequeo cum diæta ac victu Judæorum ab ipſo Deo, per Moſen, illis præſcripta ac mandata;

Nam ſi Chriſtiani fuiſſent, ac quidem è Græcis, poſt Apoſtoli Petri revelationem ſuper iſta re, [Act. cap. X. v. 28.] ac Pauli præcepta ad Corinthios [Epiſt. I, cap.] converſis; facilius in animum inducere poſſem, *illos propter conſcientiam nihil interrogaſſe.*

At ipſe Sanctus Petrus, poſt iſtam revelationem ſibi factam, de iſta licentia, ita ad Cornelium, illoſque qui apud ipſum congregati erant, loquitur : ὑμεῖς ἐπίστασθε ὡς ἀθέμιτόν ἐστι ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι καὶ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. *Vos ſcitis nefas eſſe Viro Judæo propius adjungere ſe, aut accedere, ad alienigenam.*

Si vero ad prima Judaiſmi initia adſcendamus, atque inde rurſus deſcendamus ad ſeriora tempora, repericmus hæc Geneſeos cap. 43. v. 32. *Non enim poterant Ægyptii ſumere cum Hebræis cibum; quia abominationi id erat in Ægypto.*

Quin & ipſe Joſephus, ne ſcilicet Ægyptios offenderet, ſeorſim à fratribus cibum capiebat. Namque *appoſuerunt ei ſeorſim, & illis ſeorſim: Ægyptiis vero comedentibus APUD EUM ſeorſim*: ut in eodem verſu, ante verba modo allata, habemus.

Quin & Flavius Joſephus, contra Apionem: (ſicuti iſta verba jam ſupra attuli) *Præterea quum nobis ſit propria vivendi ratio, nihil fuit antiquis temporibus quod nobis converſationem faceret cum Græcis.*

Si quoque ad ipſorum Gentilium teſtimonia nos convertamus, reperiemus Herodotum ita loquentem, Lib. Οὔτ' ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἔτι γυνὴ ἄνδρα Ἕλληνα φιλήσειεν ἂν τῷ στόματι, οὐδὲ μαχαίρῃ ἀνδρὸς Ἕλληνος χρήσεται, οὐδὲ ὀβελοῖσι, οὐδὲ λήβητι, οὐδὲ κρέως καθαροῦ βοὸς Ἀφέτμημένου Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται. *Nemo Ægyptius, Ægyptiave viri Græci aut os ſuaviatur, aut cultro, aut veru, aut ollâ illius utitur, aut puræ bovis carne cultro Græco inciſâ veſcitur.* Et hoc quidem ille de ipſis Græcis.

Idem Joſephus de Judæis, adverſus Apionem, ait Judæos *neminem ex aliis gentibus recipere diverſa de numine ſentientem; neque communicare cum iis, qui aliam ſequuntur vitæ rationem:* ut jam quoque ſupra adduxi.

Interim (fingente ita noſtro Ariſtea) Eleazarus Ægyptios ita familiariter excipiebat legatos, ut in interiora Templi Hieroſolymitani illos duxiſſe, cunctaque ibi maxime notatu digna oſtendiſſe videatur; ſacerdotes, altaria, ſacrificia: quin & ipſum ſummum Pontificem, in veſtimentis Pontificalibus, cum ipſis *duodecim* lapidibus, &c.

Attamen nec ipſi Judæi inter ſeſe indiſcriminatim vivebant

bant (ne de Templo nunc loquar, ad cujus interiora, commune Judæorum vulgus non admittebatur:) quum ſapientes ipſorum, ſeu *Chachamim*, *Rabbinive* (qui ſectæ Phariſaicæ erant) ſe plane abſtinerent ab עם הארץ, *populo terræ*, ſeu communi Judæorum vulgo: atque ita quidem, ut nunquam convivarentur cum illis: quod, præterea, illum ſic pro impuro ac polluto haberent, ut ne attingi quidem ab illo ſe paterentur; ne ſic ipſi impuri, ſeu polluti, redderentur; hincque apud Joan. Cap. VII. v. 49. legamus: Ἀλλὰ ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον ἐπικατάρατοί εἰσι. Quanto minus ergo veriſimile nobis videri debet, hos *Chachamim*, ſeu *Sapientes*, tam familiariter convixiſſe Ptolemæo, atque aulicis ipſius; niſi id ex Joſepho ſolvere valemus, ubi de Dorotheo convivium dirigente loquitur.

Verum enim vero ad Verſionis iſtius laborem revertamur: ubi videmus, Epiphanium unanimi illo conſenſu, de quo ſupra locutus ſum, non contentum, *addere*, *hos Interpretes ex motu proprio voces ſubinde aliquas vel addidiſſe, vel ſubtraxiſſe*: attamen per miraculum; ne quis exiſtimet illos id feciſſe pro lubitu. Ita enim ille: Ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ μίαν συμφωνίαν, τὴν πᾶσαν ἑρμηνείαν ἐκδεδώκασι, καὶ ὅπου παρῆκέ τις λέξις, σαφηνείας ἕνεκα ἃ λέγω παρέθεσαν, καὶ συμφώνως ἀλλήλοις συμπεφωνήκασι, καὶ ἐκδέδωκε. καὶ ταῦτα ἀγνοοῦσί τινες ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ἑρμηνεύει. ὅπου δὲ πάλιν ἐκβολῆς λόγων τινῶν χρεία, ὅπως ἐκβαλοῦσι, καὶ συναδόντως ἑρμηνεύσασιν, ὡσπερεὶ ἐν τῷ αὐτῷ πάντες ἐκαθέζοντο, καὶ συμβαλόντες ἀλλήλοις ἡρμήνευον. ἄδηλον, εἰ ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα δυὸ διερμήσεται ἡ ἀλήθεια [credo plane hic legendum, ἄδηλον, vel ἄδηλον ἦν] ὥστε γνῶσιν τοῦτο τοῖς φιλαλήθως ἐξετάζειν βουλομένοις, ὅτι οὐ μόνον ἑρμηνεῦσαι ἐκεῖνοι γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ δόσιν μέρους παρῆκαν. ὧν γὰρ οὐκ ἦν χρεία εἰς ἑρμηνείαν παρῆκαν, &c.

Ex inſtinctu vero Spiritus Sancti, unanimi verborum conſenſu,

totam illam verſionem ediderunt; atque ubi aliquid addi debuit illuſtrationis gratia, ſic iiſdem verbis concordabant inter ſeſe, atque ita (illud) edebant: & hoc quidem faciebant ſinguli, (ſeu ſingula paria) ſive interpretabantur, interim neſcientes quid aut qualia alii ſinguli, ſic quoque ſeparatim poſiti interpretarentur. Ubi autem rurſus aliquid (ut ſuperfluum) ejici, ſeu rejici oportebat, ſimiliter omnes ac ſinguli id rejicientes, iisdem verbis (textum) vertebant: quaſi omnes ſimul in unum congregati conſediſſent, ac communi ita conſilio, ac mutuò conferentes vertiſſent. Hincque clare in iſtis ſeptuaginta duo ipſa veritas reperietur. Unde & illud notum fiet, illis, qui ſtudio veritatis ducti, iſta examinare volunt, eos (Interpretes) non ſolummodo Interpretes fuiſſe, ſed quadantenus (ſeu pro parte) Prophetas.

Quin & jam ante dixerat: .... *οὐχ εὑρέθη διαφωνία, ἀλλὰ θεῦ θαυμάσιον ἔργον, εἰς τὸ γνωσθῆναι ὁπὸ πνεύματος ἁγίου ἔχοντες δωρεὰν ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες, ὡμοφώνησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὅπου ἐπροστέθετο λόγος, ὑπὸ μὲν πάντων εὑρέθη προστεθειμένος. ὅπου δὲ ἀφῄρητο, πάντες ἐπίσης εὑρέθησαν ἀφῃρημένοι. καὶ ὧν μὲν ἀφῄρηντο οὐκ ἔστι χρεία. εἰς δὲ τὸ γνώσεσθαι σαφὲς τὸ εἰρημένον, ὅτι θαυμαστῶς κατὰ θεῦ οἰκονομίαν, καὶ ἐκ συμφωνίας πνεύματος ἁγίου συμφώνως ἡρμήνευσαν, καὶ οὐδὲν ἀλλήλοις ἐδιενέχθησαν*, &c. *Non reperiebatur diſcrepantia, verum Dei mirabile opus, ſed ad cognoſcendum, quod iſti homines haberent donum Spiritûs Sancti, ſic concordabant in eremo: & quando lectio aliqua, vel verbum aliquod, addita fuerant, patebat (illa) ab omnibus eſſe appoſita: ubi vero aliquid detractum erat, patebat id ab omnibus ac ſingulis ſublatum. Et eorum, quæ abſtulerunt nulla eſt utilitas. Ut autem hæc dicta tibi manifeſta ſint, & ex communi ſenſu* [tam rei, quam verborum ſc.] *mirabiliter ſecundum Dei œconomiam, ac Spiritus Dei directione, uno conſenſu (ſeu vocibus inter ſe convenientibus) interpretati ſint, neque inter ſeſe diſcrepaverint*, &c.

De

De immutatione tali quoque Talmudici (ut jam ſuprà vidimus) loquuntur : de 13 ſcilicet iſtis locis; in quibus certo conſilio : ne nempe, Regi ægre facerent, aut ſcandalum Gentilibus : aut, denique, ne myſteria Judaicæ religionis nimis temere his Gentilibus revelarent. Hæc enim omnia prætenduntur. An autem talia hîc prætendi poſſent judicet Lector inſpectis iſtis 13 locis, quos jam ſupra adduxi.

At neque iſte locus in Jobi cap. II. v. 9. qui in Hebraico contextu habet : Χρόνῳ δὲ πολλῷ ὡσβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν ὑποδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τοῦ σωτηρίας μου; ἰδοὺ γὰρ ἠφάνισται σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες, καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων. σὺ τε αὐλὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι, ἀγρυπνηρεύων αὖθις. Καὶγὼ πλανῆτις, καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας. ὑποδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου, καὶ τῶν ὀδυνῶν αἵ με νυῦν συνέχουσιν. ἀλλὰ εἶπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα. Ὁ δὲ ἐμβλέψας, εἶπεν αὐτῇ, &c. *Tempore autem multo tranſacto dixit ei uxor* [quam Targumiſtæ *Dinam* appellatam volunt] *quouſque ſuſtinebis dicens : Ecce permaneo tempus adhuc parvum exſpectans ſpem ſalutis meæ? Ecce enim deletum eſt memoriale tuum de terra; filii & filiæ meæ uteri dolores & labores, quos in vacuum laboravi cum ærumnis : ipſe vero in putredine vermium ſedes, pernoctans ſub dio; & ego errans & ancilla, locum ex loco, & domum ex domo circumiens exſpecto ſolem quando occidet, ut requieſcam ab ærumnis quæ me premunt. Sed dicito aliquod verbum in Dominum, & morere. Ille vero* [eam] *aſpiciens dixit, &c.*

Hæc, præterquam quod in aliis compareant Codicibus, etiam reperiuntur in Exemplari iſto Alexandrino, apud Angli-

glicanos tanti habito. Videant nunc patroni Græcæ verſionis (ii nempe qui omnes Canonicos libros à prætenſis iſtis LXX ſenibus converſos volunt) an illa etiam ad iſta XIII loca, ſimiliave unanimi conſenſu, immutata, omiſſa, aut ſuperaddita, pertineant.

Ad Polyglottorum Anglicanorum textum Græcum, hæc Flaminius Nobilius (ratione variarum Lectionum) notat: *Longa hæc mulieris oratio in Complutenſi reſecta eſt, ut reſpondeat vulgari, ſed eſt in omnibus exemplaribus, & à Chryſoſthomo, homiliâ* 28 *in primam ad Corinthios, & Olympiodoro, exponitur.* Et certe talia exhibet *Catena Græcorum Patrum* in Jobum: ubi & *Didymus*, & *Olympiodorus*, & *Chryſoſthomus*, & *Baſilius* illa verba agnoſcunt, commentarioque ſuo adornant.

Aſt operæ pretium eſt, huc afferre Origenis Adamantii verba ex Epiſtola ejus ad Africanum: ac quidem eo magis quod illa nondum (niſi in calce modo nominatæ Catenæ) edita ſint. Habentque autem iſta hoc modo: Καὶ ποῦς καὶ ἐν ἄλλαις ὴ πολλοῖς ἁγίοις βιβλίοις εὕρομεν πῆ μὲν πλείονα παρ' ἡμῖν κείμενα ἢ παρ' Ἑβραίοις, πῆ ὴ λείποντα. ὑποδείγματος δὲ ἕνεκεν, ἐπεὶ μὴ πάντα οἷόν τέ ἐστι ὑποβαλεῖν, ὀλίγα ἐκθησόμεθα. οἷον ἐκ τῆς Ἐσθὴρ ὅτι ἡ τοῦ Μαρδοχαίου εὐχὴ, ὅτι ἡ τῆς Ἐσθὴρ, οἰκοδομήσαι δωμάτια τὸν ἐντυγχάνοντα, παρὰ Ἑβραίοις φέρονται· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ὑπῳδαὶ, οὐδὲ ἡ τοῦ Ἀμὰν, ὅτι τῇ καθαιρέσει τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους μεμιγμένη, οὐδὲ ἡ τοῦ Μαρδοχαίου ἐξ ὀνόματος Ἀριαξέρξου, ἀπολύσαι τὸ θανάτου τὸ ἔθνος. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ τὰ ἀπὸ τοῦ, γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσαι, μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν, μέχρι τέλους οὐ κεῖται παρὰ τοῖς Ἑβραίοις. διόπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ, παρ' ᾧ τοῖς Ἑβδομήκοντα καὶ Θεοδοτίωνι, ὅτι ἰσοδυναμοῦσιν ἀλλήλοις. καὶ ἄλλα μυρία εὑρομεν ἐν τῷ Ἰὼβ, καὶ καθ' ὀλίγον, καὶ κατὰ πλεῖον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, ἢ ἐν τοῖς παρὰ Ἰουδαίοις. καθ' ὀλίγον μὲν, ὅτε, ἀνισάμενος τρεῖς, παραφέρει πρὸ αὐτῶν

τῶν θυσίας κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, τὸ, μέχρι ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν καὶ ὅτι, ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ προσῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Διάβολος ἦλθε μετ' αὐτῶν, τὸ, περιελθὼν τὴν γῆν, καὶ ἐμπεπατηκὼς ἐν αὐτῇ. εἶτα δὲ οὐκ ἦν πρὸς Ἑβραίοις μετὰ, τὸ, ὁ Κύριος εἶδεν, καὶ ὁ Κύριος ἀφείλετο, ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο. Πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις πρὸς τὰ Ἑβραϊκὰ, ὅτι, εἶπε τῷ Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἕως τοῦ, μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἰδοὺ, ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου, ἕως τοῦ, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν πόνων μου, καὶ τῶν ὀδυνῶν αἳ μενοῦν συνέχουσι. μόνον γὰρ τὰ ῥητὰ τῆς γυναικὸς ἀναγέγραπται, τὸ, ἀλλ' εἶπον τι ῥῆμα πρὸς Κύριον καὶ πλανᾶται. πάλιν τι πλεῖόν ἐστι ὅσα διὰ μέσου ὅλου τοῦ Ἰὼβ παρ' Ἑβραίοις μὴ κεῖται, παρ' ἡμῖν ἢ οὐχὶ, καὶ πολλάκις μὴ ἔστι πέντε ἢ τρία, ἐνθάδε ἢ δεκαπέντε, δεκαεξ, καὶ δεκαεννέα. καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἃ μετὰ πολλοῦ καμάτου ἀνελεξάμεθα, ὥστε μὴ διαλανθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν πρὸς Ἰουδαίους καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων; καὶ τὰ ἑξῆς. *Præterea & in aliis Sacris libris reperimus, nunc quidem plura posita quam apud Hebræos, nunc vero desicientia. Et ex. gr. pauca quædam afferemus; quoniam impossibile est afferre omnia: ut ex Libro Hester, ubi neque Mardochæi precatio, neque illa, (quæ tamen ædificare pium Lectorem, qui in illas incidat, valent) apud Hebræos habentur: Sicut neque Epistolæ, illa Hamanis in exitium Hebræorum populi scripta, neque ista Mardochæi nomine Artaxerxi, qua populus à mortis pœna liberatur. Verum & in Libro Job illa, quæ ab hisce verbis incipit: At scriptum est illum rursus resurrecturum, cum illis quos Dominus resurgere facit; quæ usque ad finem, non reperiuntur apud Hebræos. Quare & non apud Aquilam habentur: contra tamen apud Septuaginta, & Theodotionem; quæ inter se ibi consonant. Ac quidem alia decies millena reperimus in Jobo, quæ aut minus aut magis discrepant, vel in nostris Apographis,*

vel in Codicibus Hebræorum. At parum quidem diſtant hæc: Exſurgens mane obtulit pro illis ſacrificia, ſecundum numerum ipſorum, VITULUM UNUM PRO ANIMA IPSORUM; ut &, ac quando Angeli Dei veniebant, ut ſe coram Deo ſiſterent, & Diabolus veniebat cum ipſis, illud; POST QUAM TERRAM AMBIVISSET, ATQUE IN ILLA AMBULASSET. Sicuti neque apud Hebræos erat illud; DOMINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT: UTI DEO VISUM FUIT, ITA FACTUM FUIT. Plura (ſimul) verò in noſtris, quam apud Hebræos ſunt; quando, nempe, Jobo uxor dixit: QUAMDIU PERSEVERABIS, dicens, ecce parum temporis adhuc permaneo, exſpectans ſpem ſalutis meæ; uſque ad illud, ut requieſcam à laboribus meis, & doloribus qui me angunt. Solummodo namque verba fœminæ deſcribuntur (hæc:) ſed loquere verbum aliquod contra Deum, & morere. Rurſusque plurima in Hebræo textu habentur, quæ apud nos (Græcos) non comparent: ac ſæpius verba quatuor, aut tria; quin & quandoque quatuordecim, ſedecim, imo & novendecim. At quid opportet me enarrare illa (omnia) quæ cum magno labore collegimus, ne nos lateret diſcrepantia iſta, quæ inter Apographa (ſeu Codices) Judæorum, ac noſtra eſt?

Epiſtolæ vero iſtæ, quarum hîc meminit Origenes, in Appendicibus Græcis, (inter noſtra Apocrypha) exſtant. Quas quam bellè Fl. Joſephus immutet, ac pro lubitu adornet, Lector, cui id non nimis tædioſum fuerit, examinet. Non enim ea res tanti eſt, ut hîc ipſum per talia (quorum exempla jam circa Epiſtolas Cyri, atque alia, dedimus) nimis detineamus.

Videmus, mi Lector, ex hiſce quanta diſcrepantia ab Origene notetur inter Hebræos codices & Græcam illam prætenſam LXX Interpretum Verſionem.

Græcos autem illos Patres, qui Hebraicè minimè callebant,

bant, ſtetiſſe pro verſione iſta, eamque facile pro Divinitus inſpirata amplexos fuiſſe, plane non mirum eſt: quum ex Hebræo contextu contra Judæos argumentari non valerent [unde & illa effugia Epiphanii, aliorumque de quibus ſtatim loquemur.] Quod tamen aliter obtinuit in Origene, Hieronymo, ac ſi qui plures Hebraicæ linguæ non ignari fuerunt.

Unde autem iſti Appendices, cæteraque Apocrypha ſcripta, quæ Græce tantum, neque aliter unquam, reperta fuere, prodierint, jam puto me alibi oſtendiſſe.

CAPUT XXI.

De Miraculo intercurrente circa hanc LXX Verſionem, ex Auguſtino; uti ex Judæis, circa Paraphraſin, aut Targum, Jonathanis. De Prælectione Libri Legis, atque Interpretatione primum Orali, poſtea vero ſcriptis adornata: ac quidem 1. de Chaldaica, ſeu Targum; hinc & de Græca, ejuſque Origine atque occaſione. Unde auctoritas quæſita huic prætenſæ ſeptuaginta-virali verſioni, ipſique tandem creata ac firmata, fuerit.

INterim miraculum intercurriſſe vult Epiphanius, ſicut ex ipſius verbis perſpicere licet. Nec fere aliter Aurelius Auguſtinus; ut qui Cap. 43. de Civitate Dei, hoc modo loquitur: *Ex hac ſeptuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum eſt, quod Eccleſiæ Latinæ tenent. Quamvis non defuerit temporibus noſtris Presbyter Hieronymus, homo doctiſſimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo, in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas converterit. Sed ejus tantum literarum laborem, quamvis Judæi fateantur eſſe veracem, LXX vero interpretes in multis erraſſe contendant: tamen Eccleſiæ Chriſti tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc Pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant præferendum. Quia, etſi non in eis unus apparuiſſet Spiritus, SINE DUBITATIONE divinus, ſed in-*

ter ſe verba interpretationis ſuæ LXX docti more hominum contuliſſent, ut quod placuiſſet omnibus, hoc maneret, nullus eis unus interpres, debet anteponi. Cum vero tantum in eis ſignum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum ſcripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres eſt verax, aut congruit illis LXX interpretibus, aut ſi congruere non videtur, altitudo ibi prophetica credenda eſt. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt; idem ipſe etiam erat in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt. Qui profecto autoritate divina ET ALIUD DICERE POTUIT, tanquam Propheta ille utrumque dixiſſet (quia utrumque idem Spiritus diceret, & hoc ipſum aliter, ut ſi non eadem verba, idem tamen ſenſus BENE INTELLIGENTIBUS diluceſceret) & aliquid prætermittere, & aliquid addere; etiam ut hinc oſtenderetur non humanam fuiſſe in illo opere ſervitutem, quam verbis debebat interpres, ſed divinam potius poteſtatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis..... Si igitur (ut oportet) nihil aliud intueamur in ſcripturis illis, niſi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quicquid eſt in Hebræis codicibus, & non eſt apud interpretes LXX, noluit hoc per iſtos, ſed per illos idem Spiritus dicere, ſic oſtendens utroſque fuiſſe Prophetas. Quicquid porro apud utroſque invenitur, per utroſque dicere voluit unus atque idem Spiritus: ſed ita ut illi præcederent prophetando, iſti ſequerentur prophetice illos interpretando.

Ecce, mi Lector, hic Interpretes iſtos ab Auguſtino *Prophetas*, nec minores quam priores illos vere Hebræos, & antiquos eſſe factos; atque ita Gordium nodum hunc, non minus cordate, quam alter ille olim ab Alexandro fuerat, ſolutum!

Sed oſtendiſſe vellem hunc Auguſtinum, 1. Interpretes illos LXX, in rerum natura unquam extitiſſe, tum 2. tales ac tantos Prophetas fuiſſe.

Ne

Ne autem nimium miracula circa hanc verſionem, cum ab Helleniſtis Judæis, tum ab ipſorum ſequacibus confícta, per alios verò credita fuiſſe, miremur, faciunt illa quæ Judæi Talmudici (ejuſdem farinæ homines) Jonathani paraphraſtæ, dum libros Sacros in linguam Chaldaicam verteret, contigiſſe narrant : *Ipſo*, nempe, *Legem ita traducente, omnes aves ſuper ipſum volantes decidiſſe mortuos. Quinimo ſi forte muſca, aut quodcunque demum volatile eâ horâ, quâ huic interpretationi vacabat, ipſi vel chartæ ejus inſediſſet, iſta ilico, abſque ulla ipſius vel chartæ læſione cœlitus exuſta fuiſſe: quodque Angeli è cœlis advolarint, auſcultandi cauſa quando is ſtudiis vacabat. Quinimo quod illo interpretante tota Palæſtina terræ motu concuſſa fuerit, & vox cœlitus audita : Quis eſt iſte, qui filiis hominum arcana mea revelat? hincque Jonathanem in pedes exſurgentem reſpondiſſe; ipſum ſe illum fuiſſe, qui hoc fecerat; at non honoris proprii ſtudio, vel patrum ſuorum, ſed propter nomen Divinum; ne multiplicarentur diviſiones in Iſrael. Unde quoque, quum jam Hagiographa vertere incepiſſet, vocem de cœlo rurſus fuiſſe auditam, ſufficit tibi. Quamobrem vero illum reſpondiſſe, atque illis verbis hæc fuiſſe repoſita ; Quia revelatur in iis* [in Daniele ſcilicet] *finis Meſſiæ, &c.*

Ac plura quidem hiſce ſimilia commenta afferri poſſent ex Judæis; imo & ex ipſo hoc Jonathane; quem tantopere extollunt : qualia ſunt, de *bove unoquoque die mille montes depaſcente* [Pſalmo 50. v. 10.] *de efficacia Nominis Tetragrammati, qua 310 Mundi fuerint conditi* [Pſal. 147. v. 4.] *de duplici Meſſia filio Joſephi vel Ephraim, & filio Davidis* [Cant. 5. v. 5.] *De volutatione mortuorum fidelium per cavernam terræ in regionem Canaan, ut ibi reſurgant; de colloquio Dei cum Lege ante Creationem mundi;* nam *qualiacunque volunt Judæi ſomnia fingunt.*

At Judæus quoque, ac quidem eâdem ſuperſtitioſa levitate, fuit noſter Ariſteas : taliſque fuit noſter Joſephus, cujus fabellas ac commenta, præterquam in hoc commentariolo, jam alibi adduxi. Quibus plura addi poſſent, ſi hanc rem nunc ageremus : ſed (ne vager nimis procul extra campum noſtrum, ac limites mihi propoſitos) pergamus in adornando noſtro Ariſtea.

Illa tamen, meo judicio, non malè, illuſtrandæ materiæ, quam nunc tractamus, interponam ; diviſionem ſcilicet ac factiones, inter Judæos occaſione hujus verſionis ortas : tum & 2. Ex quanam lingua hi Interpretes hos Libros apud Ptolemæum (ut prætenditur) verterint. Quod tamen paulò poſt tractabo.

Judæi quum ex Babylonica illa captivitate reverterentur, jam Hebrææ linguæ obliti, non loquebantur, neque aliter intelligebant (exceptis paucis inter illos Scribis Legemve edoctis, quæ ex Sacerdotum, ac Levitarum, ut puto, numero erant) quam Chaldaicè : uti tum ex Nehemiæ Libro, tum & aliunde, eruditis ſatis notum eſt ; atque alibi à me per occaſionem oſtenſum. Et hæc linguâ, tractu temporis magis magiſque, Syriacâ ei permixtâ, in Syro-Chaldaicam degeneravit, ac mutata eſt. Hinc, quum jam Synagogæ, poſt Eſdram fuiſſent inſtitutæ [de quibus lege Eruditiſſimum Camp. Vitringam : tum & quæ ego jam ante annos 28 Belgicè, atque Hiſtoricè, edideram, de *munere concionandi*] Lex quidem Hebraicè prælegebatur, à Sacerdotibus ac Levitis, ceu Scribis : ſub quorum cuſtodia ac cura erant & Lex, & Prophetæ : quorum Lectiones quoque, poſt liberationem ab Antiocho Epiphane, publice legebantur atque exponebantur.

Prælegebatur itaque *Lex* (ac poſt Epiphanem etiam *Haphtaroth*, ſeu Lectiones, vel excerpta ex Prophetis) Hebraicè quidem, ſicuti conſcripta erat ; verum adſtabat interpres,

qui

qui poſt unumquemque verſiculum Hebraicè prælectum, illum Chaldaicè interpretabatur. Atque ita quidem fiebat in Palæſtina; nec dubium quin & in ipſa Chaldæa, ac Syria : Quæ Chaldaica lingua, ut notavi, in Syria ac Palæſtina Syriacæ permixta erat. Niſi quis perpendere velit, ubi mere Syriacè loquebantur Judæi, ibi Interpretem textum Hebraicum, in Syriacam linguam, in Synagogicis hiſce prælectionibus vertiſſe. In regionibus namque aliis, extra Palæſtinam ac Chaldæam, Judæi hunc textum in illam vertebant linguam quæ ipſis vernacula erat.

At cum Græca lingua ita cum imperio Macedonum, ſeu Græcorum, jam per totum quaſi orbem diſſeminata eſſet : atque imprimis illa in Ægypto excoleretur; Judæique ibi (excepta Babylonia, Aſſyria ac Palæſtina) longe plurimi cæteris numero habitarent; iſtique Græce, ut dictum, loquerentur: etiam illi, & qui quibuſcunque in regionibus, Græce loquebantur ac legebant Helleniſtarum nomine veniebant. Hiſce autem, quandoquidem Hebraicè neſcirent neceſſe quoque erat ut, cum vulgus, tum ipſi Scribæ ipſorum, Doctores atque Archi-Synagogi, qui æque ac cæteri Hebraicæ linguæ ignari erant, Codices Sacros in Græcam linguam converſos poſſiderent.

Prior autem occaſio (ut jam ſupra obiter attigi) hos Libros (Legem nempe) in iſtud idioma convertendi, fuiſſe videtur Templum illud, quod permiſſu Ptolemæi Philometoris in agro Heliopolitano, ac quaſi ex Prophetia Eſaiæ (ita namque, ſaltem poſtea, prætendebatur) ædificatum fuit: quod accidit tempore Judæ Macchabæi, ac circiter 160 annis ante Natum Salvatorem noſtrum.

Antea namque ibi, in Ægypto, tantum Hebraicè Lex in Synagogis (modo iſta jam illic in conſuetudine eſſent) prælegebatur : cumque ad id pauciores Scribæ, ſeu Doctores neceſſarii eſſent, paucique inter ipſos Hebraice callerent:

pauci-

paucique Legis libri ad istas prælectiones sufficerent; versio aliqua conscripta non usque adeo necessaria videbatur.

Sed quum jam Templum sibi haberent ab Onia Oniæ filio in regione Ægypti Heliopolitana exstructum, atque ad illius ministeria, tum Sacerdotes plures numero, tum Levitæ, tum & alii ministri necessarii essent; tum denique ritus ac ceremoniæ, ac quidem per modo nominatos rite peragendæ; istique ministri, paucis admodum exceptis, non callentes essent Hebraicæ linguæ; necessarium quoque erat, ut illis submini strraretur Liber Legis tali lingua conscriptus, seu versus, qualem (Græca scilicet) intelligebant: ut utique inde ritus ac ceremonias, tum & Leges ac præcepta moralia, &c. ipsi commode discerent, atque alios quoque docerent.

Ne autem isti Versioni Græcæ aliquid auctoritatis deesse videretur contra Judæos Hebraizantes, qui illam contemnebant ac damnabant; fabulosæ narratiunculæ accedere debebant, ac conficta Miracula; quin & Ptolemæus Philadelphus, & versionis sub ipso factæ (ut prætenditur) historia: qualem Philo, Aristeas, aliique ipsam narrant consectam. Quæ fabula ac conficta, per pias fraudes, miracula magnitudine ac numero sic sensim increverunt, tractu temporum; & quo magis procul illa à prima Pentateuchi versione jam distarent.

Ac quidem Philadelphus huic fabulæ confingendæ maxime opportunus erat; quod iste Bibliothecam tantam, tantisque cum impensis factis, sibi comparasset. Hinc quoque accessere Demetrius Phalereus, & Hecatæus, & Menedemus, & alii: sicut porro & alia figmenta: ut 72 viri, 72 cellulæ, atque insuper 72 dies, intra quos hæc versio confecta fuerit: quibus & Epiphanii Aristeas, ut per bellum Ψεῦμα, superaddit 72 libros Apocryphos: tum denique fere omnes aliidona Spiritus Sancti ac Prophetiæ, in hisce Interpretibus.

Quæ

Quæ compara, quæſo, mi Lector, cum illis, quæ de Jonathane ipſiuſque interpretatione jam ſupra adduxi: ac conſideres inde, num minus apti fuerint fabulis ejuſmodi confingendis Alexandrini Judæi, quam, quos ibi memoravi, Babylonii.

Interim tota caterva ſcriptorum cum Judæorum, tum Chriſtianorum, huic verſioni patrocinantur, talibuſque nimis creduli eam Philadelpho auctore, ac per 70 Senes factam aſſeverant. Verum ſi conſideremus cunctos illos nimis ſecurè, ne addam nimis temerè, Philonem & Ariſteam (niſi qui, circa hæc, Philone priores fuerint, ut non diſſimile vero eſt) fuiſſe ſecutos, facile videbimus ipſorum teſtimonia eſſe invalida; eaque cum bona ratione rejiciemus: præſertim ſi cætera argumenta in contrarium talibus ſuperaddantur.

CAPUT XXII.

De factionibus ac Schiſmatibus ob hanc Verſionem exortis inter ipſos Judæos, Hellenista, nimirum atque Hebræos, paulò fuſius agitur. Ex quanam lingua Seniores illi (ſive LXX, ſive LXXII, ſive tantummodo V, numero fuerint) verſionem illam exornarint: an ſcilicet ex Syriaca, an ex Chaldaica, an vero ex ipſa lingua Hebraica, an denique ex Samaritana.

AST quoque (quod notandum) ex hac verſione Græca, Philometoris tempore, & occaſione Templi ibi in Ægypto ædificati, factiones ac Schiſmata inter Judæos exorta ſunt (præter illas diviſiones, ſive hæreſes, per quas in diverſas ſectas, inter ſe, ex aliis occaſionibus, diviſi ſunt:) quum Judæi Hebraizantes, ſeu qui ex Chaldæa in Palæſtinam reverſi fuerant, ac textui Hebræo firmiter adhærebant, ſicut & illi, qui in Chaldæa remanſerant (quamvis minime omnes Hebraicè callentes) eum pro ſolo atque unico (ſicut & revera erat) contextu authentico haberent.

Interim Helleniſtæ, ſicuti Legem in captivitate iſta Babylonica plane deperditam fuiſſe confingebant, eamque ex Divino inſtinctu, adeoque miraculo, poſt captivitatem inſtauratam rurſus fuiſſe: ita quoque non minora de hac Verſione Græca jactare voluerunt. Unuſquisque igitur horum ſuum contextum præferebat: ac merito quidem Hebraizantes; quod ipſum textum Authenticum (quippe Hebræa lingua primitus conſcriptum) poſſiderent. Helleniſtæ vero, ipſosque hic ſequentes Chriſtiani, quod non magis quam Helleniſtæ Hebraicè intelligerent Græcam verſionem defenſabant; tum prædicto ſub miraculorum prætextu, tum quod quam maxime in ipſorum rem id eſſet, quod etiam Sacræ Scripturæ Codices Diviná auctoritate ſubnixos poſſiderent; atque ubique ita contra Hebraizantes ſuas opiniones defendere poſſent: Helleniſtæ nempe contra Hebraizantes ac Chriſtianos; Chriſtiani vice verſa contra utroſque Judæos.

Hoc non obſcurè patet ex illis, quæ in Actis Apoſtolorum de Helleniſtis narrantur. Ac quidem Capite 6. v. 1. legimus, quod γογγυσμος, ſeu murmuratio, exorta fuerit, inter Helleniſtas ad Chriſtum converſos (qui ſuos quoque cœtus, ſeu Synagogas Hieroſolymis habebant; ſaltem illas ſimul cum nondum converſis frequentabant) cæteroſque Judæos, converſos quoque, qui in ſuis Synagogis Codicibus Hebraicis utebantur: quod nempe hi Græciſſantes viderent (ex contemptu, proculdubio, atque odio contra hos inveterato] in quotidianis miniſteriis, ac ſubſidiis, viduas ſuas auxilio eleëmoſynarum, &c. fruſtratas. Quibus itaque, ut melius ſubveniretur, Diaconi electi ſunt; ac quidem omnes ex Græciſſantibus, ſeu Helleniſtis (ſicut ex ipſorum nominibus clarè apparet) interque illos etiam Proſelytus quidam Antiochenſis, nempe Nicolaus.

Idem liquet, meo Judicio, ex Cap. 9. v. 28. ubi S. Lucæ verba ſunt: Ἐλάλει δὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς· οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. Non

Non ſolummodo, nempe, loquebatur Hieroſolymæ ad Hebraizantes (Hebraicè doctus, atque ad pedes Gamalielis inſtitutus) Judæos; verum & in Synagogis Helleniſtarum, ac cum illis diſputabat.

Tertio id quoque apparere videtur, ex Cap. XI. v. 20. ubi habemus: Ησαν δε τινες εξ αυτων ανδρες Κυπριοι και Κυρηναιοι, οιτινες εισελθοντες εις Αντιοχειαν, ελαλουν προς τους Ελληνιστας. *Erant autem quidam ex eis viri Cyprii & Cyrenæi; qui cum introiiſſent Antiochiam, loquebantur & ad Helleniſtas.* De quibus verbis conſulendus eſt Joſ. Scaliger. Sicut & ſuper iſtis, ex cap. 9. Celeb. Theod. Beza; tum & magnus ille Grotius.

Certe Cyprii ac Cyrenenſes Judæi non Chaldaicè aut Syriacè, nedum Hebraicè (quum nemo jam iſta lingua ut vernacula uteretur;) ſed Græcè loquebantur: ac Cyrenenſes quidem maximè linguam Græcam Alexandrinam.

Alteratio autem illa (ac Schiſma) ſuper lectione Legis in Synagogis; an ſcilicet illa Hebraicè, an vero Græce populo prælegenda eſſet, perduravit inter Judæos, uſque ad Imperium Juſtiniani, i. e. ad annum poſt Chriſtum natum ..... & ulterius.

Elucet hoc clarè ex verbis ipſius Juſtiniani, in Novellis 146. quæ ita habent: Δι' αυτων γαρ των προσηγμενων ημιν προσαλλησεων εμαθομεν ως οι μονης εχονται της Εβραιδος φωνης, και αυτη κεχρηνται περι την των ιερων βιβλιων αναγνωσιν βουλονται, οι δε και την Ελληνιδα προσλαμβανειν αξιουσι. και πολυ ηδη χρονον υπερ τουτο προς σφας αυτους στασιαζουσιν. &c.

Namque per ipſorum ſollicitationes & alloquia intelleximus, illos, qui ſoli Hebraicæ linguæ patrocinantur, iſtâ quoque (verſione) in Lectionibus (publicis) Sacrorum Bibliorum uti velle: illos vero [Græciſſantes ſcilicet] etiam ut aſſumant linguam (ſeu verſionem) Græcam, rectum putare; ipſosque [Judæos] jam à

multo tempore, ſuper iſta re inter ſe rixari. Quapropter, &c.

Quin & inter ipſos Hebraizantes tandem aliquos repertos fuiſſe, qui circa hanc rem moderatius agerent, oſtendunt hæc ſequentia : *Rabbi Levi ivit Cæſaream, & audiens ipſos, Lectionem : AUDI ISRAEL ex Deuter. 6. legentes, voluit impedire ipſos* [*Sota* cap. 7. in Talmud. Hieroſ.] *Rabbi Joſe id animadvertens iraſcebatur, dicens : Qui non poteſt legere Hebraicè, num omnino non leget? imo legat quacunque linguâ quam intelligit; & ſic officio ſuo ſatisfecerit.*

Quin ut jam ſupra vidimus, non deſunt, ex ipſis Hebraizantibus, qui Verſionem Græcam ſub Philadelpho confectam volunt. Sicut tractu temporis Judæi inter ſe melius convenire cœperunt (ac præcipue quidem poſt Mahumediſmum exortum; Ægyptòque jam, & aliis regionibus per Zarazenos occupatis) ut ſic contra Chriſtianos, tum & contra Mahumedanos, melius ſe invicem tutarentur &c. Unde & aliquomodo hanc quoque opinionem vel amplexi ſunt, vel minus ipſi contradixerunt: quamquam minime inter illos defuerint, qui, licet Philo diem Anniverſarium ac feſtum (uti infra videbimus) propterea in inſula Pharo celebratum fuiſſe aſſerat; affirment (& olim, & etiam hodie) *factum iſtud tantopere exſecrentur, ut memoriam ejus quotannis dolore atque jejunio menſis Thebet die refricare ſoleant.* Unde & hæc ſequentia habent : מעשה בחמשה זקנים שכתבו לטלמי המלך את התורה יונית והיה חיום קשה לישראל כיום שנעשה העגל׃

Opus quinque Seniorum, qui ſcripſerunt Ptolemæo Regi Legem Græcè : & fuit dies iſte gravis Iſraeli ſicut dies quo factus fuit vitulus.

Ratio cur dies ille tam gravis Iſraëli fuerit, inde petenda eſt, quod ob hanc verſionem *tenebræ* (uti confingunt) *per tres dies univerſo terrarum orbi incubuerint.* Hincque Auguſtinus lib. XV. c. de Civit. Dei. *Invident nobis Ju-*

dæi quod Lex & Prophetæ interpretando ad nos transfirent.

Cum igitur jam & Judæi Hebraizantes ex rationibus modo allatis etiam huic versioni favere cœpissent, etiam miracula hic confinxerunt, aliaque nugamenta, ab aliorum traditionibus valde discrepantes : ex. gr. in Massechet Sopherim cap. 1. Halacha 8. hæc habent : שוב מעשה בתלמי המלך שכנס שבעים ושנים זקנים והושיבם בשכעים ושנים בתים ולא גלה להם על מה כנסם וכנס לכל אחד ואחר מהם אמר להם. כתכו לי תורת משה רבכם. נתן המקום עצה בלב כל אחד ואחד והסכימו דעתן לדעת אחת וכתבו לו תורה כפני עצמם :

Alia historia de Ptolemæi Rege, qui congregavit LXXII. Senes, & collocavit eos in 72 domibus, nec revelavit eis, cur convocarit illos; sed separavit unumquemque eorum, & dixit: Scribite mihi Legem Mosis Magistri vestri. Tunc suggessit Deus consilium in corda singulorum, ut congruerent sententiæ eorum in sententiam unam. Exaraverunt ergo ipsi Legem quilibet seorsim.

Si jam consideremus ex quanam lingua hi prætensi LXX Interpretes Legem transtulerint; id certe jam olim dubium fuit ipsis Judæis. Nam R. Gedalia, in Schalschelet Kabbala ita loquitur : ודע כי יש אמרים שחוקנים העתיקו התורה שהיתה אצלם נעוזה בלשון ארמית אל יונית ולא מלשון הקדש שהיה אצלנו היום :

Scito autem esse qui dicunt, quod (Septuaginta) Senes transtulerint Legem ex Syriaco, inter ipsos usitato, exemplari in linguam Græcam : alios vero velle ex lingua Sancta quæ penes nos est.

At Philo Judæus, qui (si non ante hunc prætensum Aristeam, quod tamen minus credo) certè, ante Josephum scripsit, constanter asserit ex *Lingua Chaldaica*, Legem in Græcum idioma fuisse conversam.

Sunt quidem nonnulli inter eruditos, qui hæc Philonis verba ita explicant, quasi ille dum Chaldaicam linguam nominabat. Hebraicam tamen per istam intellexerit: at is non solus ex Judæis est qui ita loquitur. Sic enim R. Azarias in *Meor enarjim* 2. part. *Ederet Ze-Kanim* ubi rationem reddere nititur, unde tanta discrepantia nata fuerit inter textum Hebraicum ac Versionem Græcam : *Credibile est, Senes illos consensu Sacerdotis magni, qui misit ipsos, constituisse & decrevisse adducere & transferre Regi exemplar ARAMÆUM vel CHALDÆUM, quod tum vulgo in usu erat, & in quo sine dubio plurimæ discrepantiæ fuerunt, cum ob latiorem quorundam locorum explicationem, tum ob nonnullas corruptelas & depravationes, quæ in illud irrepserunt post Esdram, sicut scripsimus. Quod vero transferebant, accuratè conveniebat, & rectum erat; ita ut universa & maxima illa multitudo, quæ erat tunc in Alexandria Ægypti, illud approbarint & collaudarint. Atque in hoc imitati sunt Esdram & Collegium ipsius, ut verba Sancta permanerent apud populum Sanctum. Quin & censuerunt se hoc ipso facturos rem gratissimam Ptolemæo, quando videlicet is auditurus sit ex universis populis terræ, maximè Judæorum plebe, quod omnes res verbaque omnia ex æquo ubique inter se conveniant; longe scilicet melius, quam si interpretatio ipsorum aliud indicasset, quam à reliquis populis intellecturus esset. Arguere tale quid etiam videtur, quod attulerint ipsi Librum Legis scriptum LITERIS AUREIS, & in CORTINAS SIVE MEMBRANAS GLUTINE CONJUNCTAS, quod non est consuetum in libris nostris. Unde pronum est conjicere, Librum illum CHALDAICUM quem ad ipsum detulerunt, fuisse apud illos inventum de primis illis exemplaribus, quorum meminimus. Et fortassis fuit ad hanc rem COLLATUS EX LIBERALITATE CUJUSDAM GENTILIS, sicut de Helena Regina legimus in Massechet Joma, quod fecerit candelabrum: Et in Tractatu Sopherim, sive*

de

de Scribis, legimus: NON SCRIBUNT Librum Legis auro: Hinc cum Alexander Librum Legis haberet, cujus nomina Divina aureis literis eſſent exarata, & res ad Sapientum arbitrium deferretur, dixerunt: Abſcondatur. Et conſtat quid Sapientes noſtri ſcripſerint, qua ratione TERRA COMMOTA FUERIT, cum Lex in LINGUAM CHALDÆAM eſſet tranſlata, &c.

Sic & poſtea idem R. Azarias: *Poſſumus etiam conjectare quod à tempore Eſræ uſque ad tempus tranſlationis ipſius, QUOD ULTRA CENTUM ANNOS extenditur, exemplar illud CHALDAICUM INFECTUM FUERIT VARIIS ADDITIONIBUS ET ERRORIBUS; ut ex. gr. in numero annorum ab Adamo uſque ad diluvium, & ſimilibus. Nihilominus tamen quod tunc receptum, & bonum vulgò haberetur, EX ILLO IPSO SUAM TRANSLATIONEM FECERUNT. Hinc non mirandum, ſi iſta ipſorum interpretatio, quæ transfuſa fuit ex vaſis variantibus, in vaſa iſta, ſuum ſaporem non retinuit, & odorem ſuum gratum amiſit. Et PHILO atque JOSEPHUS, Judæus uterque, ſive ſciverint exemplar Legis verum, ſive illud neſciverint, cum ad Græcos ſcripſerunt, non receſſerunt ab eo, quod in Libro ipſorum erat ſcriptum. Quin & quod Sapientes noſtri ſcribunt, de mutatis 13 locis à 70 Interpretibus, ita huc accommodari & applicari poteſt, quatenus conſultum judicaverunt, illa immutare licet ab initio omnia, aut pleraque, recte ſcripta eſſent. Non enim dicunt excluſive, quod nulla alia, quam iſta, mutata fuerint, &c,*

Addit tandem: *Propterea ecce, quando audis Ariſteam, Philonem & Clementem Alexandrinum, alioſque teſtantes; omnes eos qui tunc viderunt explicationem 70 eam laudaſſe, & hoc elogio ornaſſe, quod ſenſum & verba obſervarint juxta tenorem illius exemplaris, ex quo tranſtulerunt; ſcito quod optimo jure id dixerint: Sic enim erat accuratè, ſine ullâ differentia. Nec ſine cauſa quoque duo illi doctiſſimi viri, Auguſtinus & Hiero-*

Hieronymus mirati ſunt illas varietates, quæ deprehenduntur inter Verſionem LXX & Textum SACRUM HEBRÆUM. Quod ſi vero ipſis in mentem veniſſet, illos non ex HEBRÆO tranſtuliſſe, ſed ex CHALDÆO exemplari, tum inter vulgus uſitato, ſine dubio exemptum ipſis fuiſſet hoc dubium, & de veritate exultantes, ſiluiſſent.

Ut autem hic nolo defendere hanc Judæorum opinionem; ſic neque illam ullo modo, quod ex codice Samaritano (ut Poſtellus vult, ac Seldenus non ita improbabile putat) hæc Verſio Græca fuerit confecta. Sufficiat oſtendiſſe, non magnæ auctoritatis illam eſſe (ac fuiſſe) apud iſtos Judæos, qui ſeſe Græciſſantibus in hac re accommodarunt.

CAPUT XXIII.

Diſquiritur quales, ac quot numero, Libros hi Interpretes verterint; an tantummodo Pentateuchum, an vero & cæteros Libros Canonicos; ſicuti an omnes XXIV Libros verierint. Ridiculum afferitur circa hæc figmentum Cedreni: tum & Iſaaci Voſſii ſingularis admodum opinio; eaque paulo liberius expenditur.

NUnc denique (ne nimis diu iſtis inhæreamus) ulterius perpendendum eſt *quales* ac *quot*, *numero*, Libros hi Interpretes verterint.

Ariſteas de nullis aliis quam de Legis libris loquitur: ut ex hiſce ſequentibus (ne plura adducam) patet: *Ut autem perlecta ſunt iſta volumina Legis.* Id enim, ſolos ſcilicet Legis libros tranſlatos fuiſſe, indicatur per voculam τελ'χη; unde & nomen Pentateuchi ortum fuit. Quod Hieronymus quoque, ita, ac quidem rectè, intellexit; cum, in caput quintum Ezechielis, dicat: *Quanquam & Ariſteas & Joſephus* [qui, ut vidimus, ſua ex Ariſtea hauſit] *& tota Hebræorum Schola quinque tantum libros*

Moyſi

Moysi à LXX translatos asserant, atque in Micheæ cap 2. *Interpretatio septuaginta, si tamen LXX est, (Josephus enim scribit, & Hebræi tradunt* [Hellenistæ scilicet] *quinque tantum libros Legis Moysis ab eis translatos, & Ptolemæo Regi contraditos) tantum discordat in præsenti loco ab Hebraica veritate; ut ne capita possimus ex æquo ponere, nec eorum simul sententias explicare.* Quæ certe non nimis quoque hujus versionis auctoritatem commendant.

Nec Philo quoque aliter loquitur. Ita enim ille, Libro 2. de Vita Moysis, constanter asserit; ac quidem quater aut quinquies. Ne autem & circa Josephi testimonia Hieronymo soli hic fidem habeamus, ille ipse ita in proœmio Antiquitatum suarum : Οὐδὲ γὰρ πᾶσαν ἐκεῖνος ἔφθη λαβεῖν τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ ἐκ νόμου παραδόσαν οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τ ἐξηγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. *Neque enim totam Scripturam accipere illi contigit; sed Legem solam ei tradiderunt Interpretes, qui ob hoc Alexandriam missi fuerant.*

Atque ita quidem hi, à quibus, si veritas asserenda esset, cæteri sua haurire debebant.

Reliqui tamen omnes (Christiani videlicet) exceptis Epiphanio ac Cedreno (de quibus jam supra, & quoque statim) viginti-quinque Canonicos libros ab hisce prætensis 70 Interpretibus conversos fuisse statuunt : exceptis, dico, Epiphanio ac Cedreno : quorum primus ita loquitur: Ἑκάστῃ δὲ ζυγῇ βιβλος μία ἐπεδίδοτο, &c.

Singulo pari vero unicus liber [*ad vertendum*] *dabatur, &c. ita, ut unusquisque liber Biblicus sic verteretur, ut fama est, ac simul* [NB] *verterentur Apocryphorum libri :* quos ille 72 fuisse affirmat : ut jam supra diximus.

At nec hisce contentus Cedrenus, longe majora, si non vere puerilia, de ipsis narrat, hoc modo : Ὁς [Πτολεμαῖος φιλάδελφος] καὶ καλὰ τῷ μεταβολὴν τ θείων γραφῶν, καὶ λοιπῶν Ἑλ-

λλωικῶν, Χαλδαϊκῶν, Αἰγυπτίων, καὶ Ῥωμαϊκῶν εἰς δέκα μυριάδας ἀριθμουμένων βιβλίων, πασῶν τε ἀλλογλώσσων ἐτῶν, εἰς τ' Ελλάδα γλῶσσαν μεθερμήνευσε, διὰ τῶν ὀ σοφωτάτων Εβραίων· ἃς καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Αλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις αὐτῷ ἐναπέθετο. Γέγονε δὲ ἡ μεταβολὴ πᾶσα τ' Εβραϊκῶν βιβλίων, ἐν ἕλαις ἡμέραις οβ'.

Hic [Ptolemæus] *Sacras literas, quin & reliquos Chaldaicos, Ægyptiacos, Romanos, aliisque linguis scriptos, OPERA LXX DOCTISSIMORUM HEBRÆORUM, in Græcum sermonem conscripsit; Libros sc. numero* CCCIↃↃↃ : *eosque in suam Alexandrinam Bibliothecam reposuit. Hebraicorum librorum translatio diebus omnino LXXII absoluta est.*

Ne vero cæteris immoremur, videtur hic Monachus fuisse anxius, ne ob quinque solos libros Rex tantas impensas (quæ omnibus supputatis ad 2000 talentorum excurrere debuerunt) facere voluerit: quapropter non contentus Lege ac cæteris *Canonicis libris*, imo nec LXX Epiphanii *Apocryphis*, centum millia librorum ab ipsis versa vult: ac quidem inter illos etiam, qui *Ægyptiaca lingua conscripti fuerant*. Quasi nulli homines inter Ægyptios fuissent (cum Rex tot eruditis circumseptus esset, interque illos, tot Sacerdotibus &c. Ægyptiacis) qui aliquid ex lingua Ægyptiaca in Græcam transferre valuissent; aut à Judæis Hierosolymitanis Hieroglyphicorum aliorumque interpretatio petenda fuisset. Verum hæc somnia Monachalia minime digna sunt, ut illis tantillo temporis immoremur.

Quamobrem potius I. Vossii opinionem, ac quidem breviter, ventilemus; quod is nobis meritò majoris, quam Epiphanius aut Cedrenus, auctoritatis sit.

Ille autem, cap. VII. de septuaginta Interpretibus, ita loquitur: *Non itaque verisimile est, sed verum est, nisi fallor, eosdem Interpretes, qui Pentateuchum verterunt, illos ipsos, tum æquitate rei, tum liberalitate Ptolemæi pellectos, cæteros quoque*

Sacræ

Sacræ Scripturæ libros Græcè vertisse ; maxime cum unanimi OMNIUM PATRUM consensu universam Sacram Scripturam verterint Interpretes illi : Sed tamen rectè Josephus solos Mosis libros à LXX Interpretibus versos fuisse scribit : cætera quippe Sacra volumina, quamvis ab iisdem Interpretibus translata fuere, quia tamen non AB OMNIBUS SIMUL, sed seorsim à singulis aut paucis simul conscripta sunt, non rectè 70 Interpretum esse dicuntur. Quanta igitur differentia est inter sententiam ab uno, aut duobus pronuntiatam, aut aliam ab universo latam senatu, tantum discrepat Pentateuchi versio à toto Interpretum scripta collegio, à versione reliquorum S. Scripturæ librorum, quos sigillatim unus aut pauci transtulere Interpretes. Cum itaque dispar Pentateuchi à cæteris Sacris libris sit ratio, nequaquam mirum debet videri, si in posterioribus, Psalmis, dico, Prophetis, aliisque Hagiographis, longe liberius grassati sint Judæi, ac in Mosis scriptis, &c.

Sic Vossius igitur nobis sua narrat figmenta.

Undenam autem habet, illos, sive *æquitate rei*, sive *liberalitate Regis pellectos*, reliquos quoque Libros vertisse? Itane tantum unus alterve æquitate rei permovebatur, ad reliqua vertenda ; aut unus tantum alterve, vel aliquot pauciores numero simul, ita Regis liberalitate pelliciebantur ; neque omnes simul, dum ibi adhuc præsentes essent, vel Rex ipse, de ista re cogitarunt? Verum monuit Rex illos, ut crebro ipsum invisérent : nec tamen, ut denuo interpretando, etiam *reliquos libros* converterent, invitavit. Et tamen ibi adhuc præsentes id longe commodius (præsertim si unicus solus, aut pauciores numero simul, unus hunc, alter alterive illum librum vertendum sibi sumpsissent) perficere potuerant : atque imprimis, si non usque adeo accurate, verum perfunctorie satis id, sicut Vossius vult, peregerunt.

At cum ante & apti essent singuli vertendæ Sacræ Scri-

pturæ (namque miraculum hîc nullum ſupponit noſter Voſſius) ac ſumma cum fide priora vertiſſent : itane illi poſt tantam Ptolemæi liberalitatem à fidelitate ſua ac ſinceritate exciderunt ? ut quod antea ſimul juncti [nam Voſſius non aſſerit, illos ſeparatim ſediſſe, atque ita vertiſſe] ſumma cum fidelitate fecerant, id præſtare pauciores numero juncti, vel ſinguli, nec voluerint, nec ſi voluiſſent, potuerint? *Longe liberius igitur GRASSATI ſunt circa Pſalmos, & Prophetas alioſque libros Hagiographos.* Quaſi iſti libri tali cura ac fide minus digni fuiſſent. Quod, ſi quis de *Hagiographis* fateatur, (quod minus puto) id certe *de Pſalmis ac Prophetis* non concedet.

Fuerit ſane etiam immanis ingratitudo horum Interpretum in Regem erga ipſos tam liberalem ac beneficum. Viderunt fortaſſe (ut hîc Voſſium parumper adjuvare videar) Ptolemæum poſt tot ac tantas largitiones, tandem loculos ſuos clauſiſſe; nec ipſis, ut antea, nova Talentorum aliquot donaria eſſe exſpectanda : Ac plura alia in Voſſii gratiam confingi poſſent : quæ tamen omnia ſic revera eſſent *pergula pictoris, veri nihil, omnia ficta.*

Conciliare tamen ſic voluit diſcrepantes ſuper hac re ſententias Veterum : ſed æque infeliciter hoc præſtat, quam cætera omnia, quæ pro ſuis LXX Interpretibus affert. Attamen opporteret ut ille, qui ſic perpetuo Judaicas fabulas, ac Rabbiniſtas, textus Hebraici patronos, Chriſtianoſque ipſos in hac cauſa ſecutos, exagitat & exſibilat, nobis non talia cerebri figmenta, ne dicam ridicula nugamenta, procuderet.

Ac noſſe potuit optime eruditiſſimus ille vir, atque optime novit, ipſum ſtylum ſcribendi, ſeu linguam, reliquorum librorum Pentateuchi ſtylo longe impuriorem eſſe; neque adeo ratione ſtyli aut linguæ eos inter ſe concordare. Nam ſi quis Voſſii patronus dixerit, id inde eveniſſe, *quod libe-*

liberius circa posteriorum librorum Versionem grassati fuerint; itane inde, quæso, tanta in lingua ac stylo diversitas? *cras credo, hodie nihil.* Namque talia nugamenta saltem aliqua Historiæ umbra adumbranda erat. Quis vero Veterum id, ex qualicunque demum traditione, affirmare ausit? cum omnes, aut solum *Pentateuchum*, à 70 Interpretibus esse versum, aut omnes simul XXII *Libros Canonicos*, ab omnibus, sive simul congregatis, sive à singulis seorsim sedentibus translatos statuant. Est itaque istud bellum Ὄζημα solius Vossii, ipsique soli ista gloria remanet.

CAPUT XXIV.

De Prælectione Legis jam modò ab his Interpretibus translatæ, tam ex Aristea nostro, quam ex Epiphanio; ac per quos, quemve illa versio prælecta fuerit: tum & intra quot numero dies ea perfecta fuerit: Ubi & Briani Waltonis audax assertio producitur, ac redarguitur. De approbatione hujus Versionis; ac per quos, qualesve, illa approbatio facta fuerit.

TAndem vero absoluta jam (post 72 dies, ut multi volunt) translatione, quid factum fuerit videamus. Noster Aristeas igitur ita loquitur: Τελείωσιν δὲ ὅτε ἔλαβε, συναγαγὼν ὁ Δημήτριος τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων εἰς τὸν τόπον, ὅπου καὶ τὰ τῆς ἑρμηνείας ἐπελέσθη, παρενέγνω πᾶσι, παρόντων καὶ τῶν διερμηνευτῶν.

Absoluta interpretatione, Demetrius illam JUDÆIS OMNIBUS CONGREGATIS IN LOCUM ILLUM, UBI PERFECTA ERAT, *prælegit, præsentibus quoque Interpretibus.*

Igitur omnibus Judæis, saltem Alexandrinis, interpretationem, non hi Interpretes, verum ipse Demetrius, qui Amanuensis fuerat, nunc vero Lector, prælegit.

Irenæus vero, illos Interpretes ad Ptolemæum convenisse vult; ibique Versiones suas omnes ac singulos inter

ſe comparaſſe; atque ita Divinum illum conſenſum apparuiſſe. Ita enim ille: *Convenientibus autem ipſis* [*Interpretibus in unum apud Ptolemæum, & comparantibus ſuas interpretationes Deus glorificatus eſt, & Scripturæ verè Divinæ creditæ ſunt, omnibus eandem & iisdem verbis, ac iiſdem nominibus, recitantibus, ab initio uſque ad finem*, &c.

Sed μάλα σεμνῶς [ne hic de Gorionide loquar, qui mihi ἀδὴ ἐν λόγῳ ἀδὴ ἐν ἀριθμῷ] ac majori cum majeſtate, pompa atque apparatu, Epiphanius, hoc modo: Ὅτε δὲ ἐπληρώθησαν, ἐκαθέζετο ὁ Βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τριάκοντα ἓξ ἀναγνῶσται ἔχοντες ἑκάστης βίβλου τὰ τριάκοντα ἓξ ἰσότυπα, ἑνὸς μὲν ἔχοντος τὴν βίβλον τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἀντίγραφον, ἑνὸς δὲ ἀναγινώσκοντος καὶ ἀναγράφοντος, καὶ τῶν ἄλλων ἐπεχόντων [forſan ſupplendum τὸν νοῦν] οὐκ ἐγένετο διαφωνία. Ita namque hæc verba, Baſilienſi editione, (cæteras namque non vidi, emendanda ſunt, ac vertenda: Quando jam omnes libri erant abſoluti, ſedebat Rex in ſublimi throno, & triginta ſex Anagnoſtæ (ſeu Lectores) unoquoque illorum habente aprographum uniuſcujuſque libri Biblici, (quæ ſimul erant triginta ſex) iisdem verbis conſcriptum; atque uno quidem Anagnoſta id legente, cæteris vero tacentibus [aut ſi mavis,] quæ legebantur mentem attendentibus, nulla reperiebatur diſſonantia. Vide hîc iterum non unicum exemplar librorum tranſlatorum, ut noſter indicat Ariſteas, ſed plura, non quidem 72, verum 36, numero.

De hac re certe noſter Ariſteas (vel, ut olim ipſum nominaverat Iſ. Voſſius, *Pſeudariſteas*) ſane non cogitaverat. Nam ſi & hoc confinxiſſet, aliquid melius dicere potuiſſet: nunc ſolummodò ait: Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Δημήτριον ἀποδεξάμενοι, παρεκάλεσαν δῆναι πῶς ἡγεμόνος αὐτῶν μεταχάψασα τὸ πάτριον νόμον.

Simi-

Similiter & Demetrium profecuti ſunt ſuâ laude, rogarunt-que ut iſtam Legem DESCRIPTAM ſuis etiam principibus dare vellet.

Ut, nempe, hi Judæorum proceres ſic unuſquiſque exemplari quodam gauderet, deſcripto fideliter, ſicut & verſo, ab uno iſtorum Interpretum.

Quæ hîc pene imprudenter omiſeram eſt, hos Interpretes intra 72 dierum ſpatium interpretationem perfeciſſe. Sic namque noſter Ariſteas : Σωίπυχε δὲ ὕτως, ὥϛε ἐν ἡμέραις ἑβδομήκονϛα δυσὶ τελεωθήναι τὰ δ μεταχαφὴς· ὁμοιεὶ καὶχὶ ϖεόϛετίν τι α ϗ πεῖϛι γεγενεμένε.

Ac quidem ita cecidit, ut illa interpretatio eorum abſolveretur diebus ſeptuaginta duobus, perinde ac ſi data operâ hoc ab illis factum fuiſſet.

Hunc Joſephus ſecutus, qui potius exſcriptor ejus (niſi quatenus textum Ariſteæ meliori ſtilo Græco adornat) eahabet; ſicut itidem rurſus exſcriptor ipſius Joſephi, Euſebius.

Interim Eruditus ille Scriptor Apparatus in Biblia Polyglotta, Brianus Walton non veretur ita loqui, Sect. 10. de Verſione Græca 70 Interpret. &c. *Verſionem hanc LXXII dierum ſpatio confectam fuiſſe tradunt Ariſteas & Joſephus, omneſque Scriptores Veteres Judæi ac Chriſtiani, qui* [NB] *unanimiter in hoc concordant : nec ante avorum memoriam quisquam aliter ſcripſit. Dubitarunt quidem aliqui an ſolus Pentateuchus, an vero omnes libri Veter. Teſt. ab ipſis traducti ſint: Nemo autem dubitavit, quin hoc temporis ſpatio, tota verſio, quorumcunque Librorum fuerit, confecta ſit.* Quaſi vero omnes Scriptores Veteres ſive Judæi illi eſſent, ſive Chriſtiani, hoc unanimiter teſtati fuiſſent.

At nec Philo, qui meo judicio primus de iſtâ re ſcripſit, (ut ſupra docui; niſi quod id forte fuerit ex traditione aliorum) nec Juſtinus Martyr, nec Irenæus, nec Tertullianus,

nec

nec ipſo prior Clemens Alexandrinus, nec Epiphanius, nec Auguſtinus, nec (ne plures alios Scriptores enumerem) Hieronymus, ejus rei, vel ſi mavis, miraculi meminere. Ruffinus tamen 70 dierum ſpatio hanc Verſionem confectam fuiſſe, ex Joſepho tradit, vel potius 72 vertit. I, nunc, mi Lector, ac fidem adhibe hujuſmodi Scriptoribus. Sed plurima talia in hoc, aliiſque Scriptoribus refutanda eſſent, ſi iſta aut res tanti, aut hujus loci id eſſet, ac mihi tantum otii, ac voluntatis, ut omnium errores, ex nimia facilitate ac præjudicio natos, redarguere vellem.

Conſideret interim Lector, quam fruſtra, ac ſine neceſſitate, hic Miracula confingantur, multiplicentur, atque adaugeantur: imprimis, ſi non ſolus Pentateuchus verum & omnes Libri Canonici (ut tam multi volunt, non noſter Walton ſolus) tranſlati fuere. Ne de Epiphanio, multo minus de Cedreno, aliquid dicam.

Poſt prælectionem igitur (ut ad eam denuò revertamur) *Voluminum Legis*; ſeu τόμων quibus Pentateuchus conſtat, quid contigerit noſter ita narrat: Καθὼς ἦ ἀνεγνώσθη τὰ τόμοι ἑστῶτες οἱ ἱερεῖς, καὶ ὁ ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὁ ἀπὸ ἔθνους πολιτάρχαι, οἵ τε ἡγούμενοι ἔθνους πλήθους, εἶπον· ἐπεὶ καλῶς καὶ ὁσίως διηρμήνευται, καὶ καλὰ πᾶν ἠκριβωμένως, καλῶς ἔχον ἐστὶν, ἵνα μένῃ πάντα ὕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γένηται μηδεμία μετακλή· παίνων δὲ ἐπιφωνησάντων τοῖς ἑρμηνεῦσι, ἐκέλευσε μεταφέρειν, καθὼς ἦν, αὐτοῖς ἐστιν. εἴ τις μετακλάσῃ προσθεὶς, ἢ μεταφέρων, &c. *Ut autem perlecta ſunt iſta volumina Legis, adſtantes & SACERDOTES, & Interpretes ſeniores, gubernatoresque CIVITATIS, & IPSI PRINCIPES MULTITUDINIS, ita dixerunt: Quoniam rectè, ſanctè & PER OMNIA ACCURATE perfecta eſt iſta interpretatio, par eſt ut omnia permaneant, in ſuo habitu, nec ulla fiat immutatio. Omnibus ad hæc cum approbatione*

ac-

acclamantibus; juſſit Demetrius, ut haberent in more imprecari dira illi, ſi quis immutaturus eſſet vel addendo, vel transferendo, vel auferendo.

Hi certe, *adſtantes Sacerdotes Senioreſque Interpretum*, & *Gubernatores civitatis* & ipſi *Principes multitudinis* è numero Judæorum fuerunt: tales nempe qui inter Judæos ibi pari jure cum reliquis Ægyptiis degentes, ipſorum quoque erant magiſtratus, Sacerdotes ac Magiſtri Synagogarum, ſive Archiſynagogi, Archipherekitæ, &c. qualia nomina poſterioribus hoc ſeculis innotuerunt. Nam de Ethnicis hæc minime intelligi poſſunt: quod inter ipſos nulli Hebraicè callentes eſſent, ſicut neque omnes Judæi (unde & Verſio inſerviendis Synagogis, ac Templo Oniæ, adornata fuit) ullamve S. Scripturarum notitiam haberent; quin contrà eam omnino abhorrerent.

At poſito hoc, quod tradit Ariſteas noſter de Judæis, hîc iterum inſuperabilis oboritur difficultas: quo modo ſcilicet iſti Judæi (exceptis illis Interpretibus, qui ipſi Legem verterant) potuerint, judicare Legis libros accurate, atque uti oportebat verſos fuiſſe.

Etenim opus erat illis. Si hoc bene dijudicare vellent, ut, præter accuratam linguæ Hebraicæ notitiam, haberent etiam accurata valde Legis Hebraicè conſcripta exemplaria, eaque manibus verſantes accuratè inſpicerent, dum Lex in Græcam linguam converſa prælegebatur; quin & penſiculatius atque accuratiſſime perpenderent, an verba verbis, ac ſenſa ſenſibus, ita accuratè, ut perhibetur, reſponderent. Quod certe ut rite fieret, aliquot dierum opus ac labor erat. Vel neceſſe erat, ut omnes illi, qui ita teſtabantur, totam Legem, ſeu Pentateuchum imò totam Sacram Scripturam [ſi iſtis obſequamur, qui omnes libros Canonicos ab hiſce Interpretibus converſos volunt] accuratiſſime memoriâ tenerent: ſicut multi de Eſdra fabulantur ratione

Apocryphorum; aliique ex Veteribus Chriſtianis, nimis credule atque abſurde, poſt illos, affirmant. Namque ex vitioſis codicibus, ſi & illa præ manibus habuiſſent, juſtum judicium ſuper hoc negotio ferre minime poterant. Et tamen nulla accurata exemplaria Hebraica, in Ægypto erant ante exemplaris iſtius aureis literis conſcripti, cum hiſce Interpretibus in hanc Ægyptum adventum. Ita enim Ariſteas, atque ex ipſo Joſephus, teſtantur: ex quibus Ariſteas, Demetrium ita loquentem inducit: *Conſtant enim hi* [*Libri*] *lingua & literis Hebraicis: ſed negligentius, neque ita ut re ipſa ſe habent* (*quemadmodum id perhibetur ab illis, qui* (*eos intelligunt*) *ſunt deſcripti: quia nondum contigit illis regii animi cura & munificentia. Rectum autem fuerit & hos libros accurate elaboratos extare inter tuos.* Cum itaque Judæorum Ægyptiorum (ſive illi ex plebe eſſent, ſive Sacerdotes ac Magiſtri, aliove in Magiſtratu inter ſuos poſiti) exemplaria eſſent mendoſa ac vitiata, & corrupta, non poterant ex illis, licet & ea memoriter edidiciſſent, de libris Græcè verſis, an ſincere & accurate verſi eſſent, judicare.

At quis, contrà, credat plane nullos accurate deſcriptos Legis codices Hebraicos potuiſſe reperiri in Ægypto; ubi tot Myriades, non ſervitiorum modo, verum & liberorum hominum Judæorum; quique jam olim, ab Alexandro Magno civitate donati, æqualique cum cæteris civibus jure, ibi habitarent, aut poſteris temporibus eò ſponte ſua ſeceſſerant: neque eſſent, ut ſub Nebucadneſare, poſt vaſtatam patriam, violenter eò in captivitatem abducti. Quo in exilio illi tamen (ac poſt tam perpetuam fere idololatriam) Sacerdotes ac Levitæ accurata Legis exemplaria conſervare potuerunt; illaque iterum in patriam, poſt tot annos captivitatis, reportare.

CA-

CAPUT XXV.

De Judæis Alexandrinis, ac qualibus iſti gauderent ibi privilegiis, ex Joſepho, ac prætenſo Hecatæo : tum unde exemplaria Hebraica ibi magis minuſve accurata, eſſe debuerint. Additur Demetrii teſtimonium de Hebræorum Legibus : tum quam rite, aut bene, Ethnici de Hebræis, illorumque Libris, dijudicare valuerint. An verſio ulla Græca ante Ptolemæum extiterit; atque an ex tali, ſi fuerit, de hujus LXX viralis dijudicare iſti Alexandrini potuerint. De Ariſteæ porrò fide, ac de Ægyptiorum erga verum Deum pietate : ulteriuſque aliquid de Legis prælectione ipſiuſque approbatione additur; tum & de Diris imprecationibus ob verſionem, ne ſc: immutaretur iſta ab ullo, factis. Qua occaſione & alia pauca de huiuſmodi ἐΦορκίσμοις, ſive imprecationibus, ſive obteſtationibus (ut ſic loquar) afferuntur.

JUdæos autem eo jure Alexandriæ fuiſſe gaviſos, nobis narrat ſic Joſephus lib. 2. contra Apionem, his verbis: *Εἰς κατοίκησιν ᾧ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον Ἀλέξανδρος, καὶ ἴσης ἁπάντων τοῖς Μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον.*

Verum Alexander eis locum ad incolendum dedit, & parem cum ipſis Macedonibus honorem conſecuti ſunt.

Quibus addamus hæc ſequentia ex primo ejus libro (Hecatæi verbis:) *Καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πυνθανόμενοι τὴν ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Πτολεμαίου, συνεπαίρειν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ, καὶ κοινωνεῖν τῶν πραγμάτων ἠβουλήθησαν. ὧν εἷς ἦν, φησὶν, Ἐζεκίας ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἄνθρωπος μὲν ἡλικίαν ὡς ἑξηκοντούτης ἐξ ἐτῶν, τῷ δ' ἀξιώματι τῷ παρὰ τοῖς ἐμπέθνοις μέγας, καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ἀνὴρ, ἔτι δὲ καὶ λέγειν δυνατὸς, καὶ τῶν περὶ τὰ πραγμάτων εἰπεῖν τις ἄλλος ἔμπειρος..... ἔτι, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος πεπόνθως τὰ τιμῆς πάντης, καὶ συνήθης ἡμῖν γεγόνως τῶν παλαιῶν τινας τὰ μὲν αὐτὸς, τὰ δὲ διαφορὰν ἀνέγνω πᾶσαν αὐτοῖς, εἶχε γὰρ τὰ κατοίκησιν αὐτῶν καὶ τὴν πολιτείαν μεμαμμένην, &c.*

Et multi hominum cognoſcentes manſuetudinem & clementiam Ptolemæi, cum eo proficiſci ad Ægyptum, & rebus communi-

municare voluerunt. Quorum unus, inquit, erat Ezechias Pontifex Judæorum: homo ætate quasi sexaginta & sex annorum, dignitate vero apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas, sicut nullus alter expertus. Dicit etiam omnes Sacerdotes Judæorum, qui decimas accipiunt, & universa in communi gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursus autem prædicti viri faciens mentionem: hic inquit homo hunc honorem gerens, & assuetus esse nobiscum assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conversationem, quam scriptam habebat, pariter indicavit. Deinde palam facit Hecatæus, quales circa leges existimus: & quod omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimum judicamus, &c.

Interim hic obiter notandum (de qua re statim latius) Demetrium tamen testari, *neminem* (*Gentilium*) *mentionem fecisse Virorum illorum, qui secundum leges Judaicas Rempublicam administrarunt, & administrant.*

Verum tertium locum, non minoris ponderis addamus ex lib. 12. c. 1. Antiquit. Judaicar. ita habentem: ὁδὲ Πτολεμαῖος πολλὰς αἰχμαλώτους λαβὼν, ἀπό τε τῆς ἱερᾶς Ἰουδαίας, καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα πόπων, καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῆς ἐν Γαριζίν, καθώκισεν ἄπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών, ἐγνωκὼς δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων περί τε τὸν τῶν ὅρκων Φυλακὴν, καὶ τὰς πίστεις βεβαιοτάτους ὑπάρχοντας, ἐξ ὧν ἀπεκείναντο Ἀλεξάνδρῳ πρεσβεύσαμένῳ παρ' αὐτοὺς, μετὰ τὸ κρατῆσαι Δαρείου τῇ μάχῃ, πολλοὺς αὐτῶν εἰς Φρούρια καταλοχίσας, καὶ τοῖς Μακεδόσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας, ὅρκους ἔλαβε παρ' αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἐκγόνοις τὸ εὐδιάθετον τὴν πίστιν διαφυλάξωσιν. οὐκ ὀλίγοι δ' ἐδὲ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων εἰς τὴν Αἴγυπτον παρεγένοντο, τῆς τε ἀρετῆς τῶν τόπων αὐτοὺς, καὶ τῆς τοῦ Πτολεμαίου Φιλαδελφίας, προσκαλουμένης.

Cate-

Cæterum Ptolemæus multos captivos ex Montano Judææ tractu, & Hierosolymorum vicinia, SAMARIAQUE & GARIZIN MONTE in Ægyptum traductos jussit ibi figere sedes: & cum Hierosolymitas pertinacissime jurisjurandi fidem servare compertum haberet ex responso, quod Alexandri Legatis post Darii cladem dederant, multa ex eis præsidia disposuit per arces: & cum eis APUD ALEXANDRIAM JUS CIVITATIS, pari CUM MACEDONIBUS CONDITIONE DEDISSET, sacramento omnes devinxit, servaturos fidem posteris ejus, qui tam multa ipsis crediderat. NON PAUCI PRÆTEREA reliquorum Judæorum sponte in Ægyptum migraverunt, partim ubertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga suam gentem liberalitate. Seditiones tamen continuæ fuerunt inter eorum posteros & Samaritas, instituta patria pervicaciter retinentes, &c.

Quæ postrema sane (seditiones scilicet ac rixæ cum Samaritanis) occasionem, si non quoque necessitatem, ipsis imponebant Codices suos incorruptos plane, ac sine vitiis, conservandi: inde enim, si id neglexissent, statim ab Antagonistis Samaritanis coargui ac convinci poterant. A contextus enim integritate, aut corruptione ab illis contra adversarios desumebantur argumenta.

Si autem jam illo tempore accurata satis possiderent Legis, seu Pentateuchi, exemplaria, cur rex Ptolemæus, ut accuratum nanciscereturr, mittebat Hierosolymam? At fecit hoc, ita instructus à Demetrio Phalereo. Et tamen ille de ista re minime judicium ferre potuit, quod Linguam Hebraicam, aut plane non, aut certe longe minus quam ut inde rem dijudicare posset, callebat: præterquam quod Ethnicus esset, nullamque Legis Judaicæ notitiam haberet, quam illam, quam confuse admodum [si jam pauliſper supponamus eum adhuc in vivis fuisse, atque aliqua gratia apud Ptolemæum Philadelphum floruisse: cujus tamen, in præ-

cedentibus, plane contrarium docui] illamque ex relatione Judæorum hauſiſſe.

Verum enimvero dixerat ille, de Legibus iſtis, Ptolemæo : *Quia hæ Leges & ſapientiores & ſanctiores ſunt aliis; ut quæ ſunt divinæ. Hinc enim, cum alii Scriptores & Poëtæ, tum Hiſtorici omnes abſtinuerunt, à mentione & LIBRORUM iſtorum, & virorum* [NB] *illorum, qui ſecundum Leges has adminiſtrarunt & adminiſtrant Rempublicam. Quia, ut Hecataeus Abderites aſſerit, plane ſanctam quandam & venerandam contineant in ſe ſententiam & contemplationem.* Unde igitur (interrogari hîc commode poſſet) Abderites ille hanc hauſit notitiam; aut quomodo ex iſto, aut ipſis Hebræorum ſcriptis noſter Demetrius?

De illo namque (nec de illo ſolo) ita Joſephus, libro primo contra Apionem, loquitur : ὁ μὲν τε Φαληρεὺς Δημήτριος, καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος, καὶ Εὐπόλεμος, ὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· ὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν.

Phalereus ſane Demetrius & Senior Philon, & Eupolemus, non multum veritate fruſtrati ſunt. Quibus dari veniam dignum eſt. Non enim inerat eis, ut noſtras literas poſſent, omni ſcrupuloſitate aſſequi. Id eſt, ſi bene rem capio, Hebraicè non callebant.

Neque, ſi jam (ut nonnulli volunt; ac quod tamen nullibi, nec apud Ariſteam, nec apud alios liquet) extiterat, ulla Græca verſio anterior hac prætenſa LXX. virali ſub Ptolemæo, ut vulgo volunt, facta; quamque volunt minus accuratam fuiſſe, atque ideo ſic, & tanto molimine, novam fuiſſe adornatam : certe exinde noſter Demetrius, neque ulli alii, quamvis Judæi, dijudicare valebant, an hi ſeptuaginta ſenes, bene & accurate, an vero ſecus, vertiſſent. Sed & Ariſteas noſter (ne de aliis nunc loquar) nul-

nullam aliam Græcam verſionem, ante hanc prætenſam LXX. viralem factam, agnoſcit.

Quis nunc, mi Lector, ex hiſce allatis non videt, hæc cuncta ab omni parte claudicare; ſibique inter ſe nullo moſto conſtare? Et tamen illi, qui noſtro Pſeudariſteæ favent, tam bono ſtomacho ſunt, ut hæc ſimul digerere queant: dum contenti iſtâ piâ atque religioſa Regis Ptolemæi anxietate, ac cupidine habendi hos libros Græcè converſos, cætera omnia ſecurè prætervident. Nec perpendunt hunc Pſeudariſteam mentiendo omnia ſusque deque habere, [quod idem de Flavio Joſepho innumeris pene exemplis oſtendi poſſet] modo per illa apud Ethnicos genti ſuæ Judaicæ gloriolam aliquam aucupetur. Ut dum Eleazarum Hieroſolymis cum Ariſtea, cæteriſque Ptolemæi, ob hos libros, legatis, ita loquentem inducit. *Deum unum & potentem colimus ſupra univerſam creaturam; quapropter Ægyptiorum Primates Sacerdotes,* POST QUAM *MULTA EX DISCIPLINA NOSTRA PERPENDERANT INTENTIUS, & inde aſſumpſerant, nos DEI HOMINES appellant: quod nemini ex aliis contingere poteſt, niſi verum Deum colant.*

At unde habuerunt illa Sacerdotes Ægyptii? ex Judæis ibi habitantibus nimirum, qui ipſis tamen ſummo odio atque abominationi erant: quod hic multis demonſtrare nullo modo opus eſt, & alibi oſtenditur.

Cautius paulò hanc fabulam de prælectione Legis tranſlatæ adornat Fl. Joſephus, dum ita narrat (& tamen quaſi ex Ariſtea): Τὸ μὲν πλῆθος ἀποδεξάμενον καὶ τοὺς μεταφράσαντας πρεσβυτέρους τὸν νόμον. ἐπήνεσαν δὲ καὶ τὸν Δημήτριον τῆς ἐπινοίας, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιον γεγενημένον. παρεκάλεσάν τε δῶναι καὶ τοῖς ἡγουμένοις αὐτῶν ἀναγνῶναι τὸν νόμον. ἠξίωσάν τε πάντες, ὅτε ἱερὸς καὶ τῶν ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι. καὶ τὸ πολίτευμα πᾶν οἱ προεστηκότες, ἐπεὶ καλῶς τὰ τῆς ἑρμηνείας ἀπήρθωται, καὶ μεμένηκε ταῦτα ὡς ἔχει,

καὶ

καὶ μὴ μεθακινεῖν αὐτὰ ἀπάντων δι' αὐτῶν ἐπαινησάντων τὸν γνώμην, ἐκέλευσαν, εἴ τις ἢ περιστείλαι περιγεγραμμένον ὀρθῶς τῷ νόμῳ, ἢ λεῖπον, πάλιν ἐπισκοπῆναι τοῦτο, καὶ ποιῆται φανερὸν διορθῶσαι. σαφῶνως τοῦτο πεφρόντες, ἵνα τὸ κεῖθεν ἄπαξ ἔχειν καλῶς, εἰς ἀεὶ μεμένῃ.

Concio vero & Seniorum interpretationem approbavit & Demetrium ipſum collaudavit, cujus ſuggeſtionis occaſione maxima bona percepiſſent : rogaveruntque, ut etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & SACERDOS [forſan fuerit iſte ille Ezechias, de quo Hecateum modo audivimus loquentem ; ut ſic & nos fabulatoribus iſtis nugacibus pauliſper adjumento ſimus] & Seniores Interpretum, & Magiſtratus populi [intelligo *Judaici*] *poſtulaverunt ; quando quidem feliciter abſoluta eſſet hæc interpretatio, ut rata permaneat, nihilque ex illa mutare liceat. Quæ ſententia cum omnibus placuiſſet, juſſerunt, ut prius, ſi quis aliquid deprehenderet vel ſuperabundare Legi vel deeſſe, diligentius inſpectum, & indicatum, corrigeret, &c.*

Hîc namque nullibi dicitur, *Legem recte, ſancte, & per omnia accurate tranſlatam eſſe.* Verum hæc Joſephi verba δὶς λεγόμενα παντῶν, ut in proverbio eſt, à noſtri Pſeudariſteæ verbis diſtant ; uti & ab Irenæo, à Philone, ab Epiphanio, ab Auguſtino & ab aliis : qui nihil tale, circa hanc hiſtoriolam, memorant.

At quiſnam apud hunc Joſephum ille unicus Sacerdos, cum plures Sacerdotes noſter Ariſteas exprimat? nec veriſimile, ſi unicus tantum affuerit Sacerdos, illum tam nude, ſine nomine appellativo, nominatum fuiſſe. Nam *Summus Sacerdos Judæorum is* eſſe non potuit; Quamvis hunc ibi adfuiſſe una cum toto Judæorum Magno (ſeu LXX. virali) Synedrio, ipſosque hanc perfeciſſe Verſionem, perabſurde Illuſtriſſ. Cardinalis Baronius ſomniet.

Neque tunc Alexandrini cæterique in Ægypto habitantes Judæi, ſuum *Summum* habuere *Sacerdotem.* Quod ille ibi,

ibi, ante Templum illud Heliopolitanum, permiſſu Ptolemæi Philometoris factum (i. e. 115 circiter annis poſt hanc, uti volunt, factam verſionem) locum, aut appellationem talem, habere non potuerit.

Nominantur hîc quoque, quod notandum, ſoli *Seniores Interpretum*, non omnes in univerſum; quaſi omnes LXXII Interpretes ibi non affuiſſent.

Populus interim univerſus, vel ipſius ſaltem nomine Magiſtratus, ſeu Rectores populi [quos hîc pro Rectoribus Judæorum, non vero pro Magiſtratu Ægyptiorum politico ſumit] juſſerunt, ut *denuo fieret examen;* ac, ſi opus foret, *correctio:* quod factum fuiſſe tacite innuit, dum non addit, illud vel non fuiſſe factum, vel factu non fuiſſe neceſſarium; vel ſaltem ita viſum illisquibus id mandabatur, non fuiſſe. At quam bene hæc conveniant cum iſto miraculoſo conſenſu, de quo tam magnifice loquuntur, videant illi, qui tam audenter huic Ariſteæ narratiunculis patrocinantur. Et certe ſi, ſuppoſito hoc conſenſu, mandatum fuerit novum examen, cuncti illi Interpretes, non tantum ſinguli, verum & omnes ſimul, hic à mente ac ſcopo Sacrorum Scriptorum aberrare potuerunt; caditque ita totum iſtud miraculum, de quo tam magnifice cum Judæi Helleniſtæ, tum Chriſtiani Hebraicè non callentes loquuntur. At non prætermittenda illa ſunt, quæ Ariſteas noſter, poſt omnium acclamationes, addit; nempe hæc de diris imprecationibus; quæ etiam inter Chriſtianos in uſu fuiſſe videntur. Juſſit Demetrius nempe illos, ut ipſis eſt in more, imprecari diras illi, qui aliquid, in hac interpretatione) immutaturus eſſet, vel addendo, vel transferendo, vel auferendo. Quod recte fecerunt ideo, ut perpetuo conſervarentur ſalva, & cum diuturnitate inviolata quæ ſic verſa fuerant.

Ἐξορκισμοὶ, ſeu *Diræ* ac *Devotiones* locum habebant tam apud Romanos quam apud Græcos. Apud Romanos fie-

bant illæ præeuntibus (ut Livius loquitur) execrabile carmen Sacerdotibus : quandoque & aliter; ſicut in exemplo Ateii, apud Plutarchum, videmus, in vita Craſſi; quin & in pervetuſto illo exemplo Bileami, qui à Balaco conductus contra Iſraëlem fuerat : Quandoque fiebant illæ urgente neceſſitate, (quod potiſſimùm publicè accidebat:) quandoque etiam admodum temere. Atque exempla Dirarum imprecationum apud Veteres, ſive Poëtas, ſive Hiſtoricos ſunt obvia.

Sic quoque qui monumentum aliquod, aram ſcilicet, aut ſepulchrum, aut ſtatuam, aut aliud quid conſecrabant, ſæpe Diris, ſive imprecationibus, ac devotionibus utebantur in illos, qui talia demolirentur, aut aliter læderent : ſicut exempla illarum attuli in Diſſertatione mea de *Conſecrationibus Veterum Ethnicorum.*

Denique fiebat etiam (ut ita propius ad noſtrum propoſitum me convertam) à ſcriptoribus librorum ; ne nempe ipſorum libri demendo, immutando, aut aliud quid addendo, vel infarciendo læderentur, ac contra primorum ſcriptorum mentem temerè, aut malignè, adulterarentur. Quale exemplum habemus in fine libri Apocalypſeos ; tum etiam in fine librorum Irenæi, qui ita lectores ſuos adjurat, prout Hieronymus in vita hujus Irenæi tradit (namque in Latina editione Eraſmi hæc non reperiuntur:) *Adjuro te, qui tranſcribis librum iſtum, per Dominum Jeſum Chriſtum, & per glorioſum ejus adventum, quo judicaturus eſt vivos & mortuos, ut conferas poſtquam tranſcripſeris, & emendes illum ad exemplar, unde ſcripſiſti, diligentiſſime : hanc quoque obteſtationem, ſimiliter transferas, ut inveniſti in exemplari.*

Hæc tamen non talis dira devotio eſt, qualis illa in fine libri Apocalypſeos; ſed potius adjuratio, ac vehemens obteſtatio, non vero Dirarum imprecatio : uti nec illa quæ apud Euſebium in initio Chronici ipſius, reperitur, hoc modo:

modo : Ὁρκίζω σε τ μεταγραψάμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ τ Κυρίου ἡμῶν, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιλάβῃ ὁ μεταγράψω, καὶ καθορθώσῃς πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μεταγράψω, ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσῃς ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. *Adjuro te, quicunque hos descripseris libros, per Dominum nostrum Jesum Christum, & ejus glorioſum adventum, in quo veniet judicare vivos & mortuos, ut conferas quod scripseris, & emendes ad exemplar illud, ex quo illos descripseris, diligenter; & hanc adjurationem similiter transscribas, & transferas in istum codicem, quem descripseris.*

Quæ pene idem ſonant, quod illa Ethnica : *Per Deos oro ne*, &c. ac ſimilia, quæ ſæpius occurrunt.

Vehementiorem illam in fine Apocalypſeos adjurationem fere ſequitur Ariſtoteles; niſi quod nullas pœnas exſerte exprimat: ſicut neque Euſebius, qui ipſius Ariſtotelis verbis utitur; niſi quod pro ἀφαιρέσεως ſupponat ἐπαρᾶς. Interim reliqui omnes hîc Ariſteam noſtrum deſerunt, etiam ipſe Joſephus : ſicut nec Philo ejuſmodi adjurationis ullo modo meminit. Namque Joſephus (qui alias Ariſteam ſequitur) hîc cautior eſſe voluit, ipſo alias non magis ſincerus ac fidelis : hunc ſequuntur reliqui (ut dixi) omnes, Juſtinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, &c. qui circa hanc adjurationem altum ſilentium tenent.

CAPUT XXVI.

De quæstione post Legis jam versæ prælectionem oborta, ac Demetrii ad illam responso. Narratiunculæ ipsius de Theopompo ac Theodecte, &c. tum & aliquid de prætensa versione Græca, quæ hac τῶν ἑβδομήκοντα anterior fuerit. An vetustissimi Poëtæ ac Philosophi legerint S. Scripturas Græce versas. Huëtii super hac re asserta paulò fusius refutantur : qua occasione etiam de poëtarum fabellis ex S. Scriptura, uti prætenditur, hausti agitur.

NUnc vero occurrit nobis quæstio illa à Rege Demetrio proposita, *postquam ipsi (quoque) omnia essent prælecta; atque ille inde Legislatoris mentem admiratus esset : Quare tanti operis* [quale erat Lex Judæorum] *nullus Historiographorum, aut Poetarum, mentionem fecerit, &c.* Ad quam gravissima Demetrii (si non potius ridicula) sequuntur responsa : quæ tamen ab eruditis nonnullis magni fiunt.

Narrat igitur Demetrius, quasi ipse quoque esset Judæus, bellas de Theopompo ac Theodecte fabellas; quæ æque apud Josephum, quam apud Aristeam reperiuntur.

Primam igitur causam reddit Aristeam, quod *Lex ista esset Sacrosancta, & Divinitus lata.* Quæ certe ex ore Philosophi Gentilis, ac qualem jam supra Demetrium descripsi, procedere non possunt : Et tamen ait (ut ipsa Græca ipsius, prætensa saltem verba afferam) Διὰ τὸ σεμνὸν εἶναι τὸν νομοθεσίαν, καὶ ἀπὸ θεοῦ γεγονέναι. καὶ τῶν ἐπιβαλλομένων τινὲς, ὑπὸ θεοῦ πληγέντες, τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστησαν.

Secundam per exempla ita complectitur. Καὶ ὃ ἔφησεν ἀσκηκέναι Θεόπομπον, διότι μέλλων τινὰ τῶν μεθερμηνευμένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τῶν νόμων μεθερμηνεύειν, παρεκλήθη λαβεῖν τὰς ἀληθείας πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα. κατὰ δὲ τὴν ἄνεσιν ἐξιλάσκεσθαι τὸν θεὸν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τὸν θεὸν χάριν τὸ συμβαῖνον ἔσχε. διὸ ὀνείρου δὲ σημανθέντος, ὃν

τὸν

τὰ θεῖα βύβλῳ περιεργαζόμενον εἰς κοινὰς ἀνθρώπους ἐκφέρειν. ἀποχομένου δὲ ὕτως ἀποκατασῆναι· Καὶ ὡς Θεοδέκτου δὲ, ἕ τ τραγῳδιῶν ποιητοῦ, μεπίλαβον ἐγὼ, διότι ὤφελε φέρειν μέλλοντός τι τ ἀναγεγραμμένων ἐν τῃ βίβλῳ ὡς τι δρᾶμα, τὰς ὄψεις ἀπηγλυκλώθη. Καὶ λαβὼν ὑπόνοιαν, ὁτι διὰ τοῦτ' αὐτῷ τὸ συμπέπωμα γέγονεν. ἐξιλασάμενον τ θεὸν ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀποκατέσῃ.

Namque audivi, dicebat, à Theopompo, quod cum vellet quædam ex iſta Lege, TUM NON COMMODE VERSA in ſuam Hiſteriam inſerere, animo fuiſſe turbatum ultra dies triginta: & in morbi intermiſſione cum exoraſſet Deum votis, ut ſibi declararet quam ob cauſam hoc ſibi accidiſſet: ei fuiſſe revelatum, ob quam cauſam id accidiſſet. Cumque per ſomnium ipſi indicatum eſſet quod circa Divina nimis curioſus, illa inter homines divulgare voluiſſet: quoque (ab iſto incepto) *deſiſtens reſtitutus ſanitati fuiſſet. Accepi etiam de Theodecte Tragico Poetâ, illum, cum voluiſſet aliquid, quod ſcriptum erat in hoc libro, transferre in quandam tragœdiam, (ſeu Drama) oculis cæcum evaſiſſe. cumque ſuſpicatus eſſet hoc ſibi propterea accidiſſe, Deumque per multos dies precibus ſuis placaſſet, ſanatum fuiſſe.*

Hæc ſic afferre volui, quod operæ pretium ſit cum illis comparare, quæ Joſephus quaſi αὐτόλεξει ex ipſo narrat. Ὁδὲ Δημήτριος μηδένα τολμήσαι τ τ νόμων τούτων ἀναγραφῆς ἅψασθαι· διὰ τὸ θείαν αὐτὴν εἶναι καὶ σεμνὴν ἔφασκε, καὶ ὅτι βλαβέντων ἤδη τινὲς τύπις ἐπιχειρήσαντες, ὑπὸ τ θεῦ. δηλῶν ὡς θεόπεμπτός τις βυληθεὶς ἰσορήσαι τι περὶ τούτων ἐταράχθη τὴν διάνοιαν, πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις, καὶ διὰ τὰς ἱκέτεις ἱλάσκετο τ θεὸν, ἐντεῦθεν αὐτῷ τὴν διαφοροσιάν ὑπονοῶν, ἃ μὴ ἄλλα καὶ ὄναρ εἶδεν, ὅτι τοῦτο αὐτῷ συμβαίη περιεργαζομένῳ τὰ θεῖα, καὶ τοῦτ' ἐκφέρειν εἰς κοινὰς ἀνθρώπους θελήσαντ'. Καὶ ἀποχόμενον κατέσῃ τὴν διάνοιαν. Ἐδήλω δὲ καὶ περὶ Θεοδέκτου τ τραγῳδιῶν ποιητοῦ ἀναφέρειν, ὅτι βυ-

ληθεὶς ἐν τινι δράματι τ ἐν τῇ ἱερᾷ βίβλῳ γεγραμμένων μνηθῆναι, τὰς ὄψεις γλαυκωθεὶς καὶ σωιεὶδῶν τὴν αἰτίαν ἀπαλλαγὴν ἔ πάθους ἐξομολογεῖσθαι τ θεόν.

Tum Demetrius reſpondit, neminem auſum fuiſſe iſtarum Legum ſcripturam attingere, quod Divina eſſet & veneranda; ac punitos quosdam fuiſſe à Deo, qui talia facere aggreſſi eſſent, Indicans quomodo Theopompus, cum aliquid de iſtis commentari vellet, mente turbatus fuerit plus quam triginta diebus: quodque inter morbi remiſſiones placaverit Deum, ſuſpicatus, quod inde ipſi iſta dementia accidiſſet. Verum etiam vidit per inſomnium, iſtud ei accidiſſe, quod circa Divina nimis curioſus fuiſſet, idque vellet propalare hominibus prophanis. Illum à cæpto deſiſtentem fuiſſe reſtitutum. Narrabat quoque de Theodecte memorari, ipſum, quod in quodam dramate MEMINISSET illorum quæ in Libro Sacro ſcripta ſunt, glaucomate oculorum affectum fuiſſe: quodque jam CAUSAM COGNOSSET, à morbo liberatum fuiſſe.

Hæc, mi Lector, ſi conferamus hos inter ſe, multùm inter ſe diſcrepant. Ariſteas enim ait ſe ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, δι' ἃ πέμλων, &c. *ſe à Theopompo audiiſſe, quod cum vellet, &c.* Quæ ita iiſque verbis quoque exſcribuntur ex illo, ab Euſebio, qui hic fidelior exſcriptor eſt quam noſter Joſephus: qui δηλῶν ὡς Θεόπομπος π βληθεὶς, &c. *Narrans, quod Theopompus, dum vellet.* Ariſteas enim illa quaſi ex ore ipſius *Theopompi* narrat.

Norunt namque omnes Grammatici verbum ἀκούειν ſemper conjungi cum genitivo perſonæ; quamvis quandoque genitivo, quandoque & accuſativo rei jungatur.

Ille igitur loquitur [Ariſteas] quaſi id ex ipſo audiviſſet Theopompi narrantis ore. At is Theopompus jam tempore Mauſoli Regis Cariæ vixerat; ac ſimul cum Theodecte atque aliis ad hujus Mauſoli monumentum (jam anno 352 ante Chriſtum natum) decertaverat. Quare paulo cautius

hîc

hîc agit Joſephus : qui (uti pluribus in locis) non quidem refutat noſtrum Ariſteam, verum tacite illum ſic corrigere atque emendare conatur.

Sic 2. quum dicit de Ariſteâ, *διότι μέλλων τὰ τῶν ἑρμηνευθέντων ἐπιφανέστερον ἐκ τοῦ νόμου ποιήσειν*; *quod cum vellet nonnulla illorum, quæ jam ex Lege non commodè, (aut accuratè) verſa erant, Hiſtoriæ ſuæ inſerere.*

De tali autem verſione altum ſilentium apud Joſephum: verum an ulla tranſlatio ante hanc, quæ vulgo τ ὁ ſeu Septuaginta Interpretum (ſive Legis, ſive aliorum librorum) facta ſit, ubi de Ariſtobulo mihi loquendum erit, curatius paulo diſquiram.

Verum enim vero, ſi Theopompo, ac Theodectæ talia accidere; ac quidem ob hanc cauſam, quod aliquid ex Lege Judæorum hîc ſcriptis ſuis Hiſtoricis, ille Poëmatibus, ſeu Tragædiis, inſeruerint: cur non ſimilia Homero, Heſiodo, Pythagoræ, Platoni ſimilibuſque, de quibus nonnulli Veteres eadem teſtantur, Divinitus contigerunt? Namque hos Scriptores, Sacram Scripturam ad fabulas ſuas adornandas detorſiſſe, ut Lectores ſuos delectarent (modo id verum ſit) non vero ut iſtos redderent meliores, ex ipſorum operibus quivis primo aſpectu pervidet. Ac Platonem, quæſo, ſi excipias, an illa, quæ tam in *Sympoſio*, quam alibi *de Amore* diſſerit, ac quæ *Ambroſius* illum ex *Cantico Canticorum* deſumpſiſſe vult, an illa, dico, quæ de puerorum amore (quem Sacra Scriptura abominatur ac quem ſerio deteſtatur ac dedocet) formandis moribus ſcripſiſſe; atque ideo à tali pœna ipſum immunem perſtitiſſe credemus? præcipue ſi ipſius Epigrammata, (apud Laërtium reperiunda) conſideremus: quæ ſane pæderaſtiam ejus in Dionem, in Alexin, in Agathonem, & in alios nimis clare indicant.

De Platone autem, de Pythagora, Homero, Heſiodo aliiſque, quod nempe multa ex Sacris Scriptoribus deſumpſe-

ſumpſerin,tid non D. Huëtius ſolus,verum & alii quoque,tam ante, quam poſt eum, teſtantur; quod multis oſtendere non opus eſt, ſed ex hiſce dicti Huëtii de Homero, verbis, quæ Propoſitione IV. ſectione 3. habentur, abunde liquet. Ita enim is ibi : *Cum autem dubitare nos non ſinant ea, quæ dicturi ſumus inferius, quin tum apud Ægyptios vigeret Moſis memoria, atque ILLUC JAM PENETRASSENT IPSIUS SCRIPTIONES, quis illas, unde tantarum rerum notitiam poterant comparare, neget ab iis LECTAS ac SUBLECTAS, qui illuc diſcendi gratia proficiſcebantur? Multis id confirmat Juſtinus in Paræneſi, & libri ipſi Homeri loquuntur, in quibus ſexcenta deprehendere licet EX MOSE DEPROMPTA. Velut cum ſcribit Deos peregrinorum habitu urbes circumire* [Odyſſ. ϱ.] *ad exploranda hominum bene vel male facta. Id ipſi ſuppeditavit Moſes, cum tres Angelos Abrahamo apparuiſſe ſcribit. Augurium, ejuſque expoſitio, quæ habentur in Odyſſea, cum aquilas in capita procorum involantes mortem ipſis Augur portendere declarat* [Odyſſ. 6.]; *Nonne ſimilis oſtenti imitatio eſt, quod Ægyptio piſtorum Magiſtro in ſomnis contigit, & in paris eventus ſignificationem traxit Joſephus? Multa etiam hujus generis apud Heſiodum nanciſcare. Græcanicæ Theogoniæ architectos fuiſſe ipſos diſertis verbis Herodotus, pronuntiat* [Lib. 2. c. 52.] *quam multa autem in tota hac Mythologia E MOSE MANIFESTO PETITA? Quod & infra probabimus. Chaos Heſiodo memoratum EX MOSIS VERBIS confictum eſſe agnoſcunt omnes*, &c.

Operæ pretium ſane eſt, ut hæc Huëtii verba breviter perpendamus, ſimulque iſta occaſione quibus, ſeu quorum tempore vixerit Homerus; numque ille aliquid ex Moſis ſcriptis Poëſi ſuæ inſerere potuerit. At igitur I°. Homeri ætate *apud Ægyptios viguiſſe Moſis memoriam.* At ſi qua fuit, mi Lector, qualis eſſe illa debuit? quum tantis cum Ægyptiorum damnis, qualia Exodi libro deſcribuntur, inde cum

Iſrae-

Iſraëlitis ſuis exceſſerit? Quando & aliàs illi Ægyptiis abominationi eſſent : hincque proceſſerint bellæ iſtæ Judæorum deſcriptiones, ratione ipſorum originis à Trogo Pompæo, ac Tacito aliiſque, traditæ ; ac procul dubio ab Ægyptiis, illorumve vicinis, hauſtæ ; imprimis, quæ de Sacris Ægyptiorum furto ablatis, Judæis ut calumnia impingeretur, narrantur ; tum quod Ægyptiis, illa armis repetentibus, tempeſtas ingruerit : ut ſic horum Ægyptiorum, circa illa, famæ conſuleretur ; ac pernicies in mari rubro obſcuraretur: quibus & alia de ſcabie ſimilibuſque ſuperaddi poſſent.

Nec certe male hinc Oroſius lib. I. cap. 8. *Dehinc Sacerdotum Ægyptiorum fallax malitia confutanda eſt; qui vel aſtu, quod manifeſtius eſt, EVIDENTEM IRAM MISERICORDIAM QUE VERI DEI MEMORIÆ SUBTRAHERE CONATI SUNT; particulatim expoſitione confuſa, ne in contumeliam idolorum ſuorum eum colendum meritò oſtenderent : cujus conſilio annuntiata hæc mala, & auxilio evitata* [de Conſilio Joſephi loquitur, ut videtur] *docuiſſent ; vel forte, ut indulgentius accipiamus, obliti ſunt. Illius enim noſtri Joſephi, qui fuit veri Dei ſervus, & pro creatura Domini ſui pie intentèque ſollicitus, proviſione, ipſi abundabant frugibus ; quaſi Sacerdotes. Sed quia falſi Sacerdotes erant, cum cæteris eſurientibus non dolebant. Enimvero, cui placet, obliviſcitur ; cui dolet meminit.*

Nec certe in horum Ægyptiorum rem erat, poſterioribus tradere, quibus pœnis ob maligne afflictos Iſraëlitas, ipſos Deus affecerat : ſicut contra ipſis honeſtum magis videbatur, onerare hos Iſraëlitas dedecore, furtique aliorumque criminum reos facere ; tum pudendis illos morbis infectos fuiſſe ; juſtamque Dei iram tempeſtatibus adſcribere: qualia & plura alia cæteræ gentes, Judæis male volentes, ab ipſis hauſta avidè imbibebant.

Videmus itaque ex illis, qualis Judæorum inter Ægyptios viguerit memoria.

Unde & 2°. consiederandum, an, siquidem scriptiones Judæorum ad ipsos, ac quidem istis temporibus, penetrare potuissent, eæ ab ipsis *lectæ* ac *sublectæ* fuerint: tum & ab illis, qui in Ægyptum discendi gratia profecti erant. Quasi ita tunc Judæorum Lex, (seu Codices Legis) ipsis Ægyptiis familiaris atque accepta fuisset, ut quibuscunque illi exteris, Philosophis saltem, eam legendam ediscendamque, tradidissent.

At consideremus nunc 3°. ætatem nostri Homeri; atque in quo statu, tunc temporis res Judæorum atque Israëlitarum fuerint constitutæ.

Vixit Homerus itaque, si Chronologos consulamus, tempore Eliæ, & Achabi Regis Israëlitarum, i. e. 900 circiter annis, ante natum Salvatorem nostrum Jesum Christum; 179 ante Israëlitarum per Salmanassarem in Chaldæam, cæterasque regiones, avectionem; ac 300 circiter ante Judæorum, per Nebucadnesarem, captivitatem Babylonicam: postquam demum facta fuit reliquiarum Israëlis (comitante eos Propheta Jeremia) in Ægyptum transmigratio.

Ac quidem memorato jam Achabi tempore idololatria tam maxime inter Israëlitas dominabatur, ut hic Propheta Elias putaret, se solum atque unicum inter cultores veri Dei esse reliquum. Ostendit quidem ipsi Deus adhuc septem millia ex tota Israëlitarum gente tunc ibi superfuisse, *quorum omnium genua non curvaverant se Bahali*: sed qui ita latitarent, ut tali ac tanto Prophetæ ignoti essent. Eratque illud tempus quoque Josaphati Regis Judæ, pii quidem ac Deo vero devoti. Verum sub illo, in ipsa Judæa, tanta inopia Librorum Legis erat: ubi tamen minus perpetuo, quam in Israële idololatria vigebat [quamvis populus tamen perpetuo sacrificare, atque adolere in excelsis persisteret] ut cum mitteret Sacerdotes nonnullos ac Levitas, ut per totam Judæam Legem docerent populum; necesse fuerit, ut cum ipsis mitteret Librum Legis, forsan unicum tunc superstiti-

perſtitem ; quod & iſte poſtea, Joſiæ Regis tempore, occaſione reparandi Templi jam deperditus, reperiretur. Ac tam parum jam cognitus eſſet, nedum memoria teneretur [quum alias quoquo ſeptennio is populo prælegi deberet, Rexque illum propria manu exſcribere, ſecum tenere, ac quotidie eum legere, ex ipſoque populo judicare deberet:] ut, dico, neſciretur, qui ac qualis iſte Liber eſſet.

Dicant igitur nunc Huëtius, ejuſve in hac re ſequaces, unde tanta copia Codicum Legis in Ægyptum penetrarit; ibique lecti ac ſublecti fuerint, ab iſtis, qui eò diſcendi) gratia proficiſcebantur.

Ac quid, ſi jam ponamus (ſicut alibi me puto oſtendiſſe) Pentateuchum, nondum ante Eſdram conſcriptum fuiſſe; illumque ex reliquis libris Hiſtoricis (Propheticis tamen quoque) ac Lege à Moſe, & Joſua tradita, ab ipſo compoſitum fuiſſe : unde, quæſo, illi Ægyptii Hiſtorias iſtas Moſaicas, haurire potuerunt : Poetæve Græci (qui Hebraicam linguam minime callebant) multa ex iſtis inſerere Poëſi ſuæ valuerunt ? Nam verſam fuiſſe Legem ante captivitatem Babylonicam nemo adhuc aſſerere auſit : vel Homerum Heſiodumque, Pythagoram, Thaletem, Platonem, ſimileſque Hebraicè calluiſſe, oſtendere valuit.

In Ægypto tamen legerunt Legem Hebræorum : quam ne quidem in ipſa Palæſtina legere potuiſſent, quamvis eò (quod de ipſis minime liquet) penetraſſent. Quin & Scriptor Eruditus inter Anglos fuit, qui nobis *Homerum Hebraïzantem* compoſuit : de quo ita ſub finem ejuſdem τμήματος, ſeu ſectionis tertiæ, idem Huëtius : *Omnia Homerum ex Oriente depromſiſſe, demonſtraturum ſe ſpondet non ſemel Heinſius in Ariſtarcho Sacro. Prodiit libellus ante annos aliquot, quo locutiones Homericæ & Heſiodeæ, Moſis, ALIORUMQUE SCRIPTORUM SACRORUM locutionibus ſimiles colliguntur. Ex quibus cognoſcitur tantam Ebraïſmorum*

ſegetem, NON NISI EX LIBRORUM SACRORUM lectione ſuboriri potuiſſe.

Quod D. Heinſium attinet, ſicut ille perplurimæ lectionis vir fuit; ita & audax circa multa; nec minus, certe filius ipſius Iſaacus, Eruditiſſimus homo, circa Septuaginta Interpretes noſtrumque Ariſteam.

Interim talia ipſum clare oſtendiſſe mallem. Magnus noſter Huëtius, vocat quidem ſua Propoſitiones ſuas Demonſtrationes Evangelicas; at pro Mathematicis taliumque ſimilibus, eas nullatenus habendas eſſe, quivis ſtatim pervidet, ac quidem maxime, ubi videt, illum 1°. Homericas, Heſiodeasque locutiones, non ſolummodo *Moſis, aliorumque ſcriptorum ſacrorum* [quod de Prophetis poſt Moſem accipio, ſive illi Prophetæ priores, ſive poſteriores fuerint] *locutionibus ſimiles* fuiſſe, ac 2°. illud *non niſi ex Librorum ſacrorum lectione ſuboriri potuiſſe.* Quæ ex incauto nimis, licet alias pio, Martyre Juſtino hauſiſſe videtur, ac nimis temeré in ſuas prætenſas Demonſtrationes Evangelicas tranſtuliſſe.

Hæc namque Juſtini verba ſunt: *ἵνα δείξωμεν τὴν ποιητὴν καὶ ἀπὸ τῆς θείας τῶν προφητῶν ἱστορίας πολλὰ εἰς τὴν ἑαυτῆς μεταβαλόντα ποίησιν. Ut oſtendamus Poëtam etiam ab ipſa Prophetarum Divina hiſtoria multa in ſua poëmata tranſtuliſſe.*

Hinc ipſe, atque alii exempla afferunt de *Oto & Ephialte Oſſam Olympo ſuperſtruentibus;* quaſi à turri Babylonica deſumpta: atque *Aten* deſignare *Diabolum è cælo dejectum*; quem, vel quam potius, Aten poſteriores (ſimul cum *Pandora*, ut Huëtius vult, pro *Eva habent*, non pro *Diabolo.* Sic *hortos Adonidis* ac *Heſperidum* à *Paradiſo* tranſlatos volunt; pro quibus tamen Plato *Jovis hortum*, ut alii volunt, ſuppoſuit. Sic *Nioben* ab *uxore Lothi*; *Minervam* à Telemacho hoſpitio exceptam, à *Lotho* & *Angelis* ab illo exceptis deducunt. Quæ alii tamen à Philemone & Bauci, apud Ovidium, Deos hoſpitio excipientes deſumpta volunt.

At,

At, ne plura memorem (indigna enim ſunt ut diutius ipſis immoremur) *Catenam auream, quam Jupiter minatur, è cælo demiſſurum ita ut omnes Dii Deæque illam ſimul apprehendentes, atque in contrarium nitentes, nihil contra ipſum valerent*, à *Scala* Jacobo in ſomnio viſâ, derivatam volunt. Adderem tamen & *Iphigeniæ* fabulam, à *Jephtæ* filia, ut exiſtimant, deſumptam : ſed nimium jam in his nugis verſamur.

Quis autem, ut hoc repetam, ſanæ mentis, perpenſis iſtis, quæ jam attuli, quæque alia plura afferri poſſent, credere poſſit, hæc aliaque hiſce ſimilia, Homerum, alioſque Poetas, (ſive ii ante vel poſt ipſum vixerint) ex S. Scriptura deſumpſiſſe. At videntur hiſce hominibus (qui talia aſſerunt) omnes Gentes tam diſſimiles olim inter ſe habuiſſe de Deo ac Religione opiniones ac traditiones, ut nihil ſimile, vel pene idem, excogitare, inter millena ab invicem diſcrepantia, potuerint : verum ſi aliquid in hac aut illa gente reperiatur, quod vel debilem umbram ſimilitudinis oſtendere videtur; id neceſſario, ſic illos ab alia Gente, gentiſve traditione aut ſtatutis eſſe mutuatas : atque ita nullas Gentes aliquid ſive hiſtoricum ſive fabuloſum potuiſſe confingere, quod aliqualem hîc aut illic ſimilitudinem habeat cum iis, quæ in Sacra Scriptura traduntur: verum iſta ex Hiſtoriis Sacris neceſſario debuiſſe deſumere.

CAPUT XXVII.

A Poëtarum prætenſis teſtimoniis tranſitur ad Philoſophos, Pythagoram, Platonem, &c. quatenus perhibetur, illos multa ex Hebræorum ſcriptis Sacro-Sanctis Hebræorum tranſtuliſſe, à Joſepho, Juſtino, Auguſtino, aliiſque hujus opinionis defenſoribus. Quam bene Juſtinus S. Scripturam legerit.. Rurſus aliquid de Fl. Joſephi fide. Denique de Lactantii circa hanc quæſtionem opinione.

UT autem nunc oſtendi, Homerum ſua ex Sacra Scriptura mutuari non potuiſſe; ſic idem de Pythagora, qui tempore captivitatis Babylonicæ, atque eodem tempore, quo Ezechiel Propheta vixit, oſtendi poſſet. Et tamen reperti ſunt homines, qui confingere audebant, ipſum cum Hieremia converſatum fuiſſe; quin etiam Hieremiam ipſius præceptorem extitiſſe. Uti & præterea hunc Pythagoram in Babylonia Danielem audiiſſe.

De Ezechiele fere non dubitat magnus ille Seldenus Syntag. 2. de Dîs Syris cap. 1. *Nec mirum eſt Pythagoræ ante alios nomen innotuiſſe, quippe qui Chaldæos, Magos, Nazaratum Aſſyrium, quem Ezechielem putabant nonnulli Veterum docentes audivit. De Nazarato ſcribit Alexander apud Clementem primo Stromat. Sed non vult Clemens eum fuiſſe Ezechielem. Certe accuratiſſima Chronologia Ezechielem & Pythagoram inter L. & LII. Olympiadas ſimul floruiſſe docent. Ideo & Nazaratus ille, quin Ezechiel fuerit, non adverſatur temporis ratio: utcumque certè, res Judaicas calluiſſe videtur.*

At certè, referente ita Fl. Joſepho, tradit Hermippus hunc Pytagoram multas Judæorum Leges in ſuam traduxiſſe Philoſophiam: cujus ſane Joſephi verba, ex libro I. contra Apionem huc transferre operæ pretium eſt, habent ſe itaque illa hoc modo: Αὐτὰ μὲν οὖν ἐστὶν ὁμολογούμενα σύγγραμμα. πολλοὶ δὲ

δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. Λέγει τοίνυν ἐν τῷ α΄ περὶ Πυθαγόρου βιβλίων, ὅτι Πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτοῦ τῶν συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τοὔνομα Καλλιφῶντος, τὸ γοῦν Κροτωνιάτην, τοῦ ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαί τινα, ἐφ' ὃν ἂν ἂν ὄνος πέσῃ, καὶ τῶν δυσχίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. εἶτα ἐπιφέρει μετὰ ταῦτα καὶ· τάδε ταῦτα ἔπραττε καὶ ἔλεγε, καὶ Ἰουδαίων καὶ Θρᾳκῶν δόξας μιμούμενος, καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. λέγει γοῦν ὡς ἀληθὴς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὑτοῦ μετήνεγκεν Φιλοσοφίαν. ἦν δὲ καὶ καθ' πόλεις οὐκ ἀγνώστον ἡμῶν πάλαι τὸ ἔθνος, καὶ πολλοὶ τῶν ἐθνῶν εἴς τινας ἤδη μεταφοιτήκει, καὶ ζῆλος παρ' ἐνίοις ἠξιοῦτο. &c.

Et ejus quidem ſcripta nulla reperiuntur. Multi tamen de eo retulerunt : quorum inſignior eſt HERMIPPUS, *vir circa omnem hiſtoriam diligentiſſimus indagator. Refert itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras uno familiarium ſuorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat ſecum degere die noctuque : & quod præciperet, ut non tranſiret locum, ubi aſinus lapſus eſſet, & ab aqua fœculenta ſemetipſum abſtineret, & ab omni blaſphemia recederet. Deinde ſequitur : Hæc autem agebat ac dicebat, Judæorum & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in ſemetipſum. Dicitur enim, quod revera* [ita namque legendum credo λέγεται γοῦν, ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ, &c.] *vir iſte multas Judæorum Leges in ſuam tranſtulit Philoſophiam. Et erat quidem per civitates* [Gentilium ſcilicet] *non ignota gens noſtra : & multi jam ad quaſdam tranſierant, & æmulatione digni à nonnullis habebantur.*

Quæ poſtrema, certè, malè conveniunt cum illis, quæ de averſione Gentium à Judæis, & Judæorum à Gentibus, jam ſupra clarè oſtendi.

At

At quam bene hic conveniunt Judæi, ratione morum ac religionis, cum Thracibus, quos *Acinacem* pro Deo coluiſſe traditio eſt! Interim conſideret quoque Lector, num iſta, de Calliphontis anima, quæ poſt mortem, ut alter Socratis *Genius*, ſeu *Dæmonium*, ipſum monebat; ac quidem, ne *tranſiret locum ubi aſinus lapſus eſſet* &c. ex Judæiſmo hauſerit; namque illa à Thracibus eum hauſiſſe Joſephus noſter non addit: putarim ſane à Judæis ob bellam iſtam Hiſtoriam Eleazari Dæmonia per radicem Baaram (de qua alibi locutus ſum) expellentis quam tanta cum pompa libro ſeptimo cap. XXIII. deſcribit.

Interim aſſeverat quoque noſter Joſephus, hunc Hermippum [qui credulis nimium hominibus quantivis pretii eſt, & cui ob ſolum Hermippi nomen faſces ſubmittere videntur, modo aliquid pro LXX. Interpretibus afferre videatur] *Pythagoram multas Judæorum leges in ſuam tranſtuliſſe Philoſophiam*: ac talia ex Hermippo nobis exempla profert.

Atque hæc quidem de Pythagora. At quis nunc poſt talia dubitet de Platone? ut qui à Numenio (quo ſenſu autem, neſcimus) Moſes Atticizans appellatus fuit: niſi quod & ipſe Legum libros ſcripſerit. Quin & volunt ipſum in Ægypto cum Propheta Jeremia converſatum volunt. Quum interim Jeremias circa annum mundi 3320 vixit, Plato vero anno 3500. Legeritne Moſis ſcriptà, atque an Hebraice calluerit, quum tam pauci Judæi Hebraicè intelligerent, judicent illi, qui unquam hujus Platonis ſcripta legerunt: videantque ſimul an dogmata Platonis, ullatenus cum Moſaicis conveniant: quantumvis multi veteres id ſibi perſuaſerint. Auguſtinus interim Lib. II. c. 28 de Doctrina Chriſtiana, ait: *Nonne memoratus Epiſcopus* [*Ambroſius*] *conſideratâ hiſtoria gentium, cum Platonem rederiſſet Hieremiæ Propheta temporibus profectum fuiſſe in Ægyptum*,

ptum, ubi tunc ille Propheta erat, probabilius esse ostendit, quod Plato potius nostris literis per Hieremiam fuerit imbutus, ut illa posset docere, vel scribere, quæ jure laudantur? Quæ tamen fateor, postea ingenuè retractavit, in Retractationum libro, Platonemque centum annis Hieremia posteriorem posuit.

Justinus Martyr tamen id pluribus in locis tradit: ac quidem ut videamus, quam accurate ipse legerit Mosis scripta, hæc adducenda duco, ex *Apologia* ipsius *secunda*: Ἐν γὰρ ταῖς Μωσέως γραφαῖς ἀναγέγραπται, ὡς καθ' ἐκείνου τοῦ καιροῦ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Αἰγύπτου οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ γενόμενοι ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀπήντησαν αὐτοῖς ἰοβόλα θηρία, ἔχιδναί τε καὶ ἀσπίδες, καὶ ὄφεων πᾶν γένος, ὁ ἀπέκτεινε τὸν λαόν. καὶ καθ' ὑπόνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὰν αὐτὰ τοῦ Θεοῦ λεγομένων, λαβεῖν τὸν Μωσέα χαλκοῦν, καὶ ποιήσαι τύπος σταυροῦ, καὶ τοῦτον στῆσαι ὅπου τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, καὶ εἰπεῖν τῷ λαῷ, ἐὰν προσβλέψητε τῷ τύπῳ τούτῳ, καὶ πεισθῆτε, ἐν αὐτῷ σωθήσεσθε. καὶ γενομένου τούτου, τοὺς μὲν ὄφεις ἀποθανεῖν ἀνέγραψε. τὸν δὲ λαὸν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον. ὅτως παρέδωκεν ἀναγνὰς Πλάτων, καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιζήμενος μήδε νοήσας τύπον εἶναι σταυροῦ, ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τοῦ πρώτου Θεοῦ δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπεν, &c.

Namque in Mosis scripta relatum est, tempore eo, cum Israëlitæ ex Ægypto exirent, & in solitudine essent, obviam eis venisse feras venenosas, viperas, & aspides, & serpentum genus omne, populumque neci dedisse: Ac Mosen per eam, quæ Dei dicitur, inspirationem & instinctum, ea accepisse, & signum crucis fecisse, idque ad sanctum tabernaculum statuisse, ac populo dixisse: si inspexeritis typum & signum hoc, & credideritis, salvi in eo eritis. Quo facto serpentes extinctos esse scripsit, populum autem exitium effugisse. Ad hunc etiam videlicet modum, scripsit Plato, cum ea legisset. Verum quod non certo nosset, neque intelligeret Crucis esse figuram, sed de-

decuſſationis formam, quæ literam X refert, intelligentiâ complecteretur; eam, quæ ſecundum Principem [ſed Primum] Deum eſt, virtutem, decuſſatum eſſe in univerſo dixit.

Ut autem clare conſpiciamus, quam bene ipſe Juſtinus legerit textum Sacræ Scripturæ; ponamus hîc ipſa verba ſcripturæ ex verſione prætenſorum ſeptuaginta Senum, ad quam ipſe, alibi plus ſemel provocat. Iſta vero ſic reperiuntur Numeri cap. XXI. v. 6. &c. Καὶ ἀπέστειλε Κύριος εἰς τὸν λαὸν τοὺς ὄφεις τοὺς θανατοῦντας, καὶ ἔδακνον τὸν λαὸν, καὶ ἀπέθανε λαὸς πολὺς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ προσῆλθεν ὁ λαὸς πρὸς Μωυσῆν καὶ εἶπαν. ἡμαρτήκαμεν ὅτι κατελαλήσαμεν κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ σοῦ. δεῖξαι ἵνα πρὸς Κύριον, καὶ ἀφελέτω ἀφ' ἡμῶν τὸν ὄφιν. Καὶ ἠύξατο Μωϋσῆς πρὸς Κύριον περὶ τοῦ λαοῦ, καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν. πίησον σαυτῷ ὄφιν, καὶ θὲς αὐτὸν ἐπὶ ΣΗΜΕΙΟΥ, καὶ ἔσται ἐὰν δάκῃ ὁ ὄφις ἄνθρωπον, πᾶς ὁ δεδηγμένος ἰδὼν αὐτὸν ζήσεται. Καὶ ἐποίησε Μωϋσῆς ὄφιν χαλκοῦν, καὶ ἔστησεν, αὐτὸν ἐπὶ σημείου. Καὶ ἐγένετο ὅταν ἔδακνεν ὄφις ἄνθρωπον, καὶ ἐπέβλεψε ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, καὶ ἔζη.

Ubinam, quæſo, hîc iſtud *Signum Crucis*, de quo Juſtinus? ne de cæteris aliquid addam; quæ Lector, comparando verba Juſtini, quaſi ipſa illa S. Scripturæ eſſent cum vero Græco textu, obſervare poterit, ſimulque inde conjecturam facere, quam parum ſecure ejuſmodi ſcriptoribus fidamus, circa illa, quæ aliunde minus veriſimilia ſunt; nullamve bene iſta examinantibus umbram veritatis continent. Nam ſi Hiſtorias omnes, aut verba omnia, quæ aliquid hinc inde ſimilitudinis, cum hiſtoriis aut verbis S. Scripturæ habent, inde neceſſario petita velimus; fabellasve ab Ethnicis inde confictas atque adornatas velimus, fere nihil reperiemus apud veteres, quod non inde petitum ſit.

Quare etiam Fl. Joſephus: [*Ecce iterum Criſpinus, & eſt mihi*

mihi ſæpe vocandus in partes] quod tam ſæpe, ac quidem valde aperte, clara S. Scripturæ verba invertat ac pervertat, (ut jam olim in libro meo, de *Origine Idololatriæ* &c., tum & modo in hoc, de *Ariſtea* opuſculo, oſtendi) non uſque adeo magnam fidem meretur, circa illa, quæ ex Scriptoribus Ethnicis (Beroſo, aliisque) quæque tam magni fiunt J. Scaligero, aliisque pereruditis viris, qui hunc ipſum Joſephum pro homine ingenuo, ac maxime veraci hiſtorico (cujus contrarium tamen liquet) amplectuntur.

Dicas forſan, ipſum magis caviſſe circa Græcos: quibus etiam longe magis ſcripſiſſe videtur quam Judæis, ac ut Judæorum res ſic quam maxime Gentilibus commendaret; quique ipſum circa talia longe facilius coarguere, eique falſitatis crimen impingere valerent, quam Judæi, quibus talium ſcriptorum lectura minus familiaris erat. Interim oſtendunt hæc ipſius malam fidem, ac merito circa tum hæc, tum alia ſuſpectum reddunt.

Circa hæc autem ut finem faciamus, iſta tantum addam, quæ Lactantius (qui alias circa Sybillas fere inſanire videtur) lib. IV. cap. ſecundo, habet. *Unde equidem ſoleo mirari, quod cum Pythagoras, ac poſtea Plato, amore indagandæ veritatis accenſi ad Ægyptios, & Magos, & Perſas uſque penetraſſent, ut earum gentium ritus & ſacra cognoſcerent (ſuſpicabantur enim, ſapientiam in religione verſari) ad Judæos tantum non acceſſerint, penes quos tunc ſolos erat; & quò facilius ire poſſent. Sed averſos eſſe arbitror divinâ providentia, ne ſcire poſſent veritatem: quia nondum fas erat alienigenis hominibus religionem Dei veri, juſtitiamque cognoſcere.*

De Theopompo ac Theodecte (qui nunc, ut ad eos redeamus, ab Ariſtea quoque in ſcenam producuntur) idem, procul omni dubio, teſtatus fuiſſet hic Lactantius: quum

illi, Platonis tempore viventes (quod tamen de Theopompo minime advertit Ariſteas) non eo uſque peregrinati fuerint.

CAPUT XXVIII.

Clementis Alexandrini de Ariſtobulo teſtimonium, tum & Anatolii (qui ipſum & inter LXX. Interpretes numerat); tum denique Euſebii. De Libro Macchabaico ſecundo, fideque ipſi adhibenda, cum circa Ariſtobulum, tum circa alia, conficta etiam miracula. De Morte Antiochi Epiphanis, in illo, atque à Joſepho, narrata &c.

AN autem Moſis ac Prophetarum ſcripta (ſaltem multa ex iis) jam ante Philadelphum, imo & ante Alexandri, quin & Perſarum imperium, in Græcam linguam tranſlata fuerint (quamvis, ut noſter Ariſteas vult, non uſque adeò accuratè, ſed vitioſè converſa); nunc quoque, ſicut & de iſta re Ariſtobuli teſtimonium (quo plures maxime nituntur) examinandum eſt.

De Ariſtobulo ita loquitur Clemens Alexandrinus: Ἀριστόβουλος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῷ πρὸς τὸν Φιλομήτορα κατὰ λέξιν γράφει. Καθηκολούθηκε δὲ καὶ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι πεπειραπμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. διηρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου, ὑφ' ἑτέρου, πρὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τὰ τὰ κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγωγὴν τῶν Ἑβραίων τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγενημένων ἀπάντων αὐτῆς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις, ὥς τι ἂν δηλον εἶναι τὸν πεπαιδευμένον φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά. γέγονε γὰρ πολυμαθής. Καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ἡμῶν μεπενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιίαν κατεχώρισεν.

Ariſtobulus autem, in primo ad Philometorem: ſcribit his ipſis verbis: Secutus autem eſt noſtras quoque Leges Plato, & ſatis apertè oſtendit ſe eorum, quæ in iis dicuntur, fuiſſe admodum ſtu-

ſtudioſum. Ante Demetrium autem [Phalereum] *ab alio verſæ ſunt, priuſquam rerum potiretur Alexander, ac Perſæ; nempe illæ, quæ acciderant in exitu ex Ægypto, ac quæcunque inſignia ipſis facta ſunt & apparuerunt, & regionis per vim quæſita poſſeſſio, & omnium, quæ latæ ſunt, Legum deſcriptio. Adeo ut clarum ſit, hunc antè dictum Philoſophum multa ex iis deſumpſiſſe. Fuit enim multa doctrina præditus: ſicut & Pythagoras multa ex iis tranſtulit in ſuorum dogmatum traditionem.*

Pythagoras vero (quod ſupra oblitus eram) ſub Cyri ac Cambyſis imperio i. e. intra annos 545 & 525 ante natum Chriſtum, in Ægypto ac Chaldæa, uti tradunt, cum Chaldæis ac Magis verſatus fuit. An autem ibi tunc Sacras literas in Græcam Linguam converſas reperierit, aut ante vel poſt alicubi in Græcia, judicet æquus Lector: quum, ut jam plus ſemel monui, illæ ne quidem Judæorum vulgo Hebraicè notæ eſſent.

Verum ut redeamus ad Ariſtobulum noſtrum, hunc Anatolius [in Euſebii Hiſt. Eccl. lib. 7. c. 32.] inter LXX. Senes numerat; cum ait: Ἀριστόβουλος τῶν φασὶν, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομηκονταεπιλεγομένοις τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσφώνησε βασιλεῦσι. *Ariſtobuli (illius) illuſtris, qui inter ſeptuaginta ad hoc delectos, ut ſacras ac divinas Ebræorum ſcripturas interpretarentur, regibus Ptolemæo Philadelpho, ac patri hujus, libros, quibus Legem Moſis exponebat, nuncupavit.*

Hic videmus noſtrum Ariſtobulum non ſolum inter LXX. Interpretes; verum & ipſius Commentarios in Moſis Legem, regibus Ptolemæis, cum Philadelpho, tum & ipſi Lago dedicatos. Mirum, ſane, nullos alios horum Commentariorum meminiſſe, non hunc Pſeudariſteam,

non Josephum, non Philonem, non Clementem, non ullos ex cæteris seu Judæis, seu Christianis, qui de hac versione aliquid dixerunt. Solus id, apud Eusebium, fecit Anatolius. Verum doctissimus Henricus Valesius, hunc Anatolium, etiam circa alia notat.

Nec sola tamen hæc scripsit iste Aristobulus, sed multa quoque alia, ut volunt. Namque hæc ex Antipatro Philosopho Stoico Clemens Alexandrinus (libro 5. Strom.) narrat: *Ἀριστοβούλῳ δὲ τῷ κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότα τὸν Φιλάδελφον, ὃν μέμνηται ὁ συνταξάμενος, τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομήν, βιβλία γεγενῆσθαι ἱκανά. ἐν οἷς ἀποδείκνυσι τὴν περιπατητικὴν φιλοσοφίαν, ἐκ τῆς κατὰ Μωϋσέα νόμου, καὶ τῶν ἄλλων ἡρτῆσθαι προφητῶν. Ab Aristobulo vero, qui fuit tempore Ptolomæi Philadelphi; cujus meminit is, qui composuit Epitomen rerum gestarum à Macchabæis, multos fuisse libros conscriptos, quibus probat Peripateticam Philosophiam ex Lege Mosaica & aliis Prophetis dependisse.*

Si autem hic Aristobulus etiam tempore Philometoris vixit, sicut supra Clemens indicat, indicare clare videtur, oportet ipsum fuisse admodum longævum. Etenim inter mortem Ptolemæi Lagi & imperium à Philometore initum, plus quam centum annorum spatium intercurrit. Etjam Ptolemæo Lago æque ac Philadelpho (ac quidem ante versionem 70 Senum) suos eum in Legem commentarium scripsisse volunt: præterea & tum Senex fuisse debet, quod quoque inter Interpretes numeretur. Interim est, de quo, Eusebio Præpar. Evangel. lib. 3. c. 9., *ὅτος καὶ ἐκεῖνος, ὃν καὶ ἡ δευτέρα τῶν Μακκαβαίων ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου μνημονεύει. Hic etiam ille est, cujus & meminit liber secundus Macchabaicus in principio libri.*

Quin & præceptor istius Philometoris fuit, ut quis conjicere queat, ex illis, quæ ut ab ipso ad Philometorem conscripta exhibet (ibidem seq. cap.) idem Eusebius. Sicque & suos Commentarios scripserit, & tempore Lagi, & tempore Philometoris.

Ex

Ex talibus autem conjectare licet, quam, quantamve fidem tribuere illis debemus, quæ ſub hujus Ariſtobuli nomine, afferunt cum Clemens, tum Euſebius; qui poſterior Ariſtobuli verbis iſtis jam ſupra ex Clemente allatis, ut ejusdem Ariſtobuli hæc ſubjungit: Ἡ δὲ ὅλα ἑρμηνεία τῶν λεγομένων ἐν τῷ νόμῳ πάντων ἐπὶ τοῦ προγεγραμμένου Φιλαδέλφου βασιλέως, σοὶ δὲ προγόνου, προσενεγκαμένου μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πραγματοκομίαν τὰ περὶ τούτων. *At integra interpretatio eorum omnium, quæ in Lege habentur, adornata eſt ſub rege eo, QUI PHILADELPHI NOMEN TULIT, abavo tuo, à quo major rei huic adhibita eſt cura & ſtudium: rei adminiſtrationem procurante Demetrio Phalereo.*

Nimirum huic regi, qui jam iſtam Legem legerat (ſicuti colligendum eſt ex libri octavi cap. decimo) ac cum hoc Ariſtobulo, frequenter conferebat, inculcandum erat plus ſemel iſtud nomen Demetrii Phalerei (quod ſic integrum occurrit in Euſebii verbis: licet priori loco apud Clementem, deſit; qualia ſæpius nobis in veterum citationibus, quæ αὐτολεξεὶ adductæ perhibentur, occurrunt. Neſciebat ſcilicet ille Demetrii iſtius nomen: neſciebat & quonam tempore verſio illa ſeptuaginta Senum confecta eſſet: neſciebat denique totam illam Hiſtoriam illius verſionis: Nec ſane abſque cauſa, ut jam ſerio loquar, quod revera Philadelphi tempore, atque illa occaſione, quamjam ſupra indicavi, nulla Legis verſio Græca confecta fuerit; iſtæque duæ, tam quæ facta fuiſſe confingitur ante Alexandri ac Perſarum imperium, quam illa, quæ ſub hoc Philadelpho facta perhibetur, meræ fabulæ ſint, atque Helleniſtarum Judæorum nugamenta.

Ille rex Philometor talia (ut hæc repetam) ignorabat; dum interim omnes Philoſophi exinde ſuam Philoſophiam aut deſumpſiſſent, aut adornaſſent ſaltem, Pythagoras, Thales

les, Plato, Peripatetici, & neſcio quotnam præter iſtos alii : exemplarque iſtud Philadelphianum in Serapeo Alexandrino, aureis literis conſcriptum conſervaretur ; annuumque feſtum eâ de cauſa adhuc Philonis tempore (ut ſic ego etiam fabulis fabulas congeram) celebraretur.

Attamen, ex Libri Macchabaici ſecundi capite primo, diſcimus Ariſtobulum hunc fuiſſe Ptolemæi Philometoris præceptorem ; ita enim volunt, quamvis nemo id (uti optime animadvertit Doctiſſimus G. Hody) oſtendere valeat ſed contra iſtos commentarios, alii Regi (ſi tamen Ptolemæo alicui, ac ſi ab ipſo Ariſtobulo iſto prætenſo) conſcriptos fuiſſe : de qua re Lector ipſum conſulat Hody : cujus ſcrinia compilare non convenit.

Quam fidus autem præterea ſit ſcriptor ille Libri ſecundi Macchabaici ſtatim cuicunque, vel ſomnolento lectori apparet ex prioribus duobus capitibus : Exemplo ſit ipſa iſta epiſtola, in qua mentio Ariſtobuli fit, atque ita ſonat: Ἦτυς ὀγδόῳ ἑκατοςῷ, οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀριςοβούλῳ διδασκάλῳ Πτολεμαίου βασιλέως, ὄντι καὶ ἀπὸ γένους τῶν χριςῶν ἱερέων γένους, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν. Ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σεσωσμένοι, μεγάλως ὁμολογοῦμεν αὐτῷ, ὡς ἂν εἰς βασιλέα παραγαγόμενοι. Λύσις γὰρ ἐξέβεσε τοὺς παραταξαμένους ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Εἰς γὰρ Περσίδα γὰρ ὁ ἡγεμών, καὶ ἡ μὲν αὐτὸν ἀνυπόπτῳ δοκοῦσα εἶναι δυνάμις, κατακόψασα ἐν τῷ τοῦ Ναναίας, ἱερῷ, παραλογισμῷ χρησαμένων τοῦ μὲν τοῦ Ναναίου ἱερέων. Ὡς γὰρ συνοικήσων αὐτῇ παρεγένετο εἰς τὸν τόπον ὅπου Ἀντίοχος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ φίλοι, χάριν δὲ λαβεῖν τὰ χρήματα εἰς φερνῆς λόγον. Καὶ τεθέντων αὐτὰ τῶν ἱερέων τοῦ Ναναίου [vel τοῦ Ναναίας,] κακείνου παρελθόντος μετ' ὀλίγων εἰς τὸ περίβολον, τοῦ πυλῶνος, συγκλείσαντος τὸ ἱερὸν; ὡς εἰσῆλθεν ὁ Ἀντίοχος, ἀνοίξαντος τοῦ τοῦ Φαινούμου κρυπτὴν θύραν. Βάλλοντες πέτροις συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα καὶ τοὺς κεφαλὰς ἀποτέλοντες τοῖς ἔξω παρέρριψαν.

Anno

Anno centeſimo octuageſimo octavo, qui Hieroſolymis, & in Judæa ſunt, Senatus & Populus Judæ & Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi regis, (qui & de gente unctorum Sacerdotum) & Judæis, qui ſunt in Ægypto, ſalutem & incolumitatem. E magnis periculis à Deo ſervati, maximas gratias agimus ei; ut qui in Regem fuiſſemus dimicaturi. Is enim eduxit eos, qui dimicaverunt inſtructa acie contra civitatem ſanctam. Nam veniens dux in Perſida, & copiæ comitantes eum, quæ ſuſtineri non poſſe videbantur, conciſæ ſunt in loco Sancto Nanææ; ſacerdotibus, qui Nanææ miniſtrabant, verbis doloſis utentibus. Ut enim CONGRESSURUS CUM EA advenit in locum Antiochus & amici comitantes ipſum, accipiendarum pecuniarum cauſa DOTIS nomine (quas proponebant ipſi ſacerdotes Nanææ, ipſo accedente cum paucis in ambitum fani) concludentes illi Templum: poſtquam introiiſſet Antiochus, aperuerunt abditam ſpecus portam, & jacientes lapides, tanquam fulgure obruerunt ducem, eumque in membra dividentes, capita adempta iis, qui foris erant, projecerunt.

Reliqua, quæ ſequuntur, de abſconſo in puteum igne altaris, ac poſt 70 annos in aquam Naphta, ſeu Nephtar, mutato; de ſcriptis Jeremiæ, atque occultatis ab ipſo Tabernaculo, atque arca (ne plura hiſce adnumerem) æque falſa, abſurda, quin & ridicula ſunt; taliaque, ut lector inde clare perſpicere valeat, quæ fides ipſi tribuenda ſit circa Ariſtobulum iſtum, quem & de gente unctorum Sacerdotum vocat: ne, ſcilicet, huic aliquid deeſſe videretur aut nobilitatis aut honoris; quum præceptor regis Ptolomæi eſſet.

At conferat cum hiſce de Antiochi regis morte cum illis, quæ cap. IX. à verſu 7 uſque ad finem, de ejusdem Antiochi interitu narrat: quod nempe ceciderit de curru, ita vehementer membra illiſus ac confractus, ut à vermibus inde erumpentibus commeſus, in montanis regionibus obierit.

Sed quam plane contraria, illis ſibi contrariantibus hiſtoriis unius ejusdemque hiſtorici, de Antiochi morte Fl. Joſephus narret, nunc quoque operæ pretium eſt audire. Ita igitur hic libro XII. cap. 13. loquitur: *Eodem tempore Antiochus rex ſuperiores regni ſui provincias obeundo audivit eſſe in Perſide urbem, prædivitem Elimaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donariis: ſcuta etiam ac thoraces ibi aſſervari quondam, relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonum. Motus igitur hac fama, admoto exercitu, expugnare conatus eſt. His vero, qui inerant, nec adventu ejus, nec oppugnatione territis, ſed fortiter reſiſtentibus, ſpe ſua fruſtratus eſt. Non contenti enim repulisſe eum à mœnibus, recedentem etiam perſecuti ſunt; ita ut plurimis deſideratis fugientis more Babylonem ſe reciperet. Quam cladem cum ægre ferret, novus inſuper acceſſit nuncius, de profligatis, quos ad Judaicum bellum reliquerat, ducibus, deque Judæorum indies creſcente potentia. Accedente igitur, alia ſuper alia curâ, impar ſolicitudini ſibi morbum contraxit: quo magis ac magis invaleſcente, intelligens adeſſe fatale tempus, amicos convocat; eisque & vim morbi & cauſam indicat: nimirum quod pœnas ob afflictam Judæorum gentem lueret, atque ob ſpoliatum ſacrilegio Templum, & contemptum cæleſtis numinis. Atque his dictis exhalavit animam.*

Hactenus Joſephus; cujus Græca verba (quod jam longarum citationum me tædere incipiat) Lector apud ipſum legat ſcriptorem.

Doctiſſimus ille Franciſcus Junius hunc, ad quem ſcripſerit auctor hujus ſecundi Libri Macchabaici, non Ptolemæum *Philometorem*, ſed *Lathyrum* fuiſſe putat; Grotius vero *Phyſcona*, *priorem hoc nomine*: qui Euſebio quoque *Euergetæ ſucceſſor, ac coævus* fuit *Antiochis*, *Grypho*, & *Cyziceno*.

CA-

CAPUT XXIX.

De Hecatæo, ex Origene, ſicut & ex noſtro Ariſtea Joſepho; denique ex Æliano, ac quantulæ auctoritatis is nobis eſſe debeat: poſtremo quando is vixerit, &c. De Adoratione Legis jam verſæ à Philadelpho facta.

DE *Hecatæo* vero (quem omiſeram, ubi de Demetrii ad Ptolemæum epiſtola loquebar) hac occaſione etiam aliquid dicendum. De ipſo igitur ita loquitur, libro I°. contra Celſum, Origenes: Λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον ἐν τῷ πρώτῳ τῷ περὶ νομοθετῶν ἱστορηκέναι, Πυθαγόραν τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς Ἕλληνα ἀγαγεῖν. Καὶ Ἑκαταῖόν γε τὸν ἱστορικὸν Φέρεται περὶ Ἰουδαίων βιβλίον, ἐν ᾧ πεισθῆναι μάλλον πως ἂν τοῦτο τὸ ἔθνος ὑπὸ τοσούτων, ὡς καὶ Ἐρέννιον Φίλωνα ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι, πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν, εἰ τοῦ ἱστορικοῦ ἐστι τὸ σύγγραμμα δεύτερον δὲ λέγειν, εἰ καὶ περὶ ἐκείνου αὐτοῦ, εἰκὸς αὐτὸν σωφρονῆσαι ἀπὸ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις πεφανισμένων, &c. *Dicitur & Hermippus, in primo de Legislatoribus, prodidiſſe, Pythagoram ſuam Philoſophiam à JUDÆIS traduxiſſe in Græciam. ET FERTUR EXTARE;* [*Græcum namque verbum eſt* Φέρεται, quod & *circumfertur* poteſt verti] *& Hecatæi hiſtorici de Judæis liber, in quo adeo probat gentis hujus ſapientiam, ut Herennius Philo, in ſuis de Judæis Commentariis, primum DUBITET, an hujus hiſtorici id ſcriptum ſit: deinde addat; ſiquidem ejus eſt, videri eum correptum Judæorum perſuaſionibus, probaſſeque ipſorum placita.*

Hic, videlicet, Hecatæus, ut volunt, de Judæis librum ſcripſit: de quo tamen Origenes tantum ait, Φέρεται, i.e. *in manibus hominum verſatur*, ſeu *vulgo circumfertur*: quæ idem valent, quod iſtud de Hermippo, λέγεται δὲ καὶ Ἕρμιππον, &c. Namque illa nihil aliud indicant, quam *hominum non-*

nullorum fama ita ferri. Sicut *fertur*, pro, *dicitur*, ſeu *fama fert*, intelligitur apud Latinos.

Quæ autem ſcripſerit ille Hecatæus, teſte Demetrio apud noſtrum Ariſteam, ſunt hæc ſequentia: Διὸ πέρι̃ω [quod Lex illa ſc. eſſet Divina] γεγόνασιν αἵ τι συγγραφεῖς καὶ ποιηταί, καὶ τὸ τῶν ἱστορικῶν πλῆθος τὸ ἐπιμνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων, καὶ τῶν κατ' αὐτὰ πεπολιτευμένων ἀνδρῶν, διὰ τὸ ἀγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν τούτοις θεωρίαν, ὡς φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης.

Hinc enim cum alii ſcriptores Poetæ, tum Hiſtorici omnes abſtinuerunt à mentione librorum iſtorum, & virorum illorum, qui ſecundum Leges has adminiſtrarunt hanc, & adminiſtrant Rempublicam: quia ut Hecatæus Abderites aſſerit, plane ſanctam quandam & venerandam contineant in ſe ſententiam & contemplationem. Quæ à Joſepho hoc modo concinnantur: Τὴν τοιαύτην Φιλοσοφοπέραν καὶ ἀκέραιον εἶναι συμβεβηκεν, ὡς ἂν ἄσαν θεῖ. Διὸ καὶ τὰς ποιητὰς, καὶ συγγραφεῖς τῶν ἱστορικῶν, οὐκ ἐμνηθῆναι φησὶν Ἑκαταῖος ὁ Αβδηρίτης, οὐδὲ τῶν κατ' αὐτὴν πολιτευομένων ἀνδρῶν, ὡς ἀγνῆς ἄσης, καὶ μὴ δεῖν αὐτὴν βεβήλοις σώμασιν ἁψασαφεῖσθαι.

Quæ autem Joſephus ab ipſo de Judæis narrata in I. contra Apionem libro affert, illa certe minime indicant, eum Judaicæ religioni deditum, aut Proſelytum, fuiſſe: Sed tantum illa, quæ ſcripſit, ex Judæorum narrationibus hauſiſſe. Ac Joſephus hîc, uti alibi ſolet, ex Ethnicis illa ſtudioſe colligit, quæ Judaicæ genti favent; alia vero omnia, quæ contra faciunt, omittit. Quam verò verax Hiſtoricus Hecatæus ille fuerit, videtur perſpicuè ex illis, quæ de Hyperboreorum gente ex ipſo, narrat Ælianus, Hiſtoriæ Animalium lib. XI. cap. 1. hoc modo: Ἀνθρώπων ὑπερβορέων γῶς, καὶ τιμὰς Ἀπόλλωνος ἐκείθι ἄδουσιν μὲν καὶ ποιηταί, ὑμνοῦσι δὲ καὶ συγγραφεῖς. ἐν οἷς καὶ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, ἀλλὰ ὁ Ἀβδηρίτης. ἃ μὲν λέγει πολλά τε καὶ σεμνὰ ἔπεστι, ἅ μοι νυνὶ οὐ χρεία

Digitized by Google

χρεία τῶν ἀγαλμάτων δοκεῖ ἔσα. καὶ ἔτι ἐς ἄλλον ὑστερήσομαι χρόνον ἔκασα εἰπεῖν, ἡνίκα ἐμοί τε ἥδιον, καὶ τὰς ἀκοὰς λωΐον ἔσαι. ἃ δέ μοι μόνα ἡ δὲ συγγραφὴ ἐπιβάλλει, καὶ δεῖ λέγειν ταῦτα. Ἱεροί εἰσι τῷδε τῷ δαίμονι Βορέας καὶ Χίωνος υἱεῖς τρεῖς τὸν ἀριθμόν, ἀδελφοὶ τὴν φύσιν, ἐξαπήχεις τὸ μῆκος. ὅταν δὲ ἔτι τὴν νενομισμένην ἱερουργίαν κατὰ τὴν σωτήριον καιρὸν τὸ πανηγυρικὸν ἐπιπλῶσιν, ἐκ τῶν Ῥιπαίων ὄρεων καλυμένων παρ' αὐτοῖς ὀρῶν, καταπεταῖαι κυκνῶν ἀμήχανα τῷ πλήθει τὰ νέφη· καὶ περιπέτονται τὸν νεών, καὶ οἱονεὶ καθήραντες αὐτὸν τῇ πτήσει. εἶτα μῶτοι καλιάσιν εἰς τὸ ἔδαφος τοῦ νεὼ πανέβολον μέγιστον τε μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος ἀριστατον ὅλα. ὅταν δὲ εἴ τι ὠδὶ τῇ σφετέρᾳ μούσῃ τῷ θεῷ πανηγύσῃ. καὶ μῶτοι καὶ οἱ κιθαρισταὶ συγκεκραάσασι τῷ θεῷ παναρμόνιον μέλος, ἐνταῦθά τι καὶ οἱ κύκνοι συναναμέλπουσιν ὁμορροθοῦντες, καὶ ἁδαμῶς ἁδαμῆ ἀπηχές, καὶ ἀπρεπὲς ἐκεῖνοι μελῳδοῦντες. ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τοῦ χερολείβου τὸ ἐνδέσιμον λαβόντες, καὶ τῆς σοφιστοῦ τῶν ἱερῶν μελῶν τοῖς ὀπιχωρίοις συναρταῖσες. εἶτα τοῦ ὕμνου τελεσθέντος οὕτω ἀναχωρέσι, τῇ πρὸς τὸν δαίμονα πιστῇ τε εἰθισμένα λαθρόσαντες, καὶ ἀκέσαντες τῶν θεῶν ἀνὰ πάσαν τὴν ἡμέραν, οἱ περιπτήμενοι, ὡς εἰπεῖν, χορεῦται πτηνοὶ, πρῷαντες τε ἅμα καὶ ἀρτάλες.

Hyperboreorum gentem, & Apollinis apud eos honores, non modo Poëtæ, ſed & alii etiam ſcriptores celebrant: & inter alios Hecataeus, non Mileſius ille, ſed Abderita. Is quum & alia quædam, nec pauca nec vilia referat, quæ in præſentia recitari nihil attinet, ea in aliud tempus differentur, quo & mihi narrare jucundius, & aliis forſan audire ſit commodius: quæ vero præſentis ſunt inſtituti, ea nunc ſolum exponam. Apollini igitur ſacri ſunt Boreæ & Chionis filii, tres numero fratres, ſex cubitorum proceritate. Hi quum ſolenne ſacrificium ſtato & præfinito tempore peragunt, innumera Cycnorum examina, è ripæis (ut ipſi appellant) montibus. Qui ubi templum volando circumvecti fuerint, & veluti luſtrarint, in ſep-

ſeptum templi deſcendunt, quod & ſpatio ampliſſimum eſt, & ſpecie pulcherrimum. Quum autem cantores vernaculo eis Muſæ genere, & ſimul cytharœdi ſuaviſſima melodia Deum celebrant: Cygni etiam concinne ipſis accinunt, nec unquam abſona aut inepta voce aberrant. Sed tanquam incitamentum & auſpicium cantus à chorodidaſcalo editum ſecuti, peritiſſimis carminum decantatoribus concinunt. Hymno jam perfecto volucris ille chorus, ut ita dicam, recedit; poſtquam ſolito ſibi Dei celebrandi munere eſt defunctus, ac divinos honores per totum audivit diem, ſimulque & ipſe cantavit, & oblectavit alios.

Herennius Philo, interim, qui & ipſe de Judæis commentatus fuerat, dubitat, an id ſcriptum de Judæis, vere Hecaræi fuerit; ac ſi fuerit, credit illum aut Judæum, aut ſaltem pene Judæum fuiſſe. Exemplum tamen hoc ex Æliano contrarium plane probat, illumque non Judaicæ religioni, verum poëtarum inſulſis fictionibus faviſſe. Quantumvis Spencerus (in Annotationibus ad Origenem contra Celſum) hic Scaligerum fruſtra, quamvis magno cum ſtrepitu, redarguere conatus fuerit: quod in epiſtola 115 ad Caſaubonum (poſt alios ſcriptores vel falſos vel ſuppoſititios, enumeratos, hæc addiderit: *Quid Ariſteas ille, quam antiquus eſt, ut etiam à Joſepho citetur? quod eſt* τῶν ἑλληνιστῶν Ἰουδαίων παρεγχείρημα. *Quid Hecataeus de Judæis, quem ab iisdem Helleniſtis antiquitus confictum fuiſſe manifeſto ex Origene colligitur. Quid Pſeudoſibyllina oracula, quæ Chriſtiani Gentibus objiciebant, quum tamen è Chriſtianorum officina prodiiſſent, in Gentium autem Bibliothecis minime reperirentur? Adeo verbum Dei inefficax eſſe cenſuerunt, ut regnum Chriſti ſine mendaciis promoveri poſſe diffiderent.*

De Ariſtea vero noſtro Hecatæum citante, Valeſius in notis ad Euſebii lib. V. cap. 9. ita loquitur: *Certe epiſtola Demetrii Phalerei ad Ptolomæum Philadelphum falſitatem ſuam ſatis prodit. In ea quippe laudatur Hecataeus Abderites, ejus-*

que

que teſtimonium tanquam vetuſti ſcriptoris adducitur, cum tamen conſtet eum Demetrio Phalereo haudquaquam antiquiorem eſſe. Vixit enim Hecataeus ille ſub Alexandri Magni ſucceſſoribus, ut teſtatur Suidas, aliique.

Non magis ergo verus ac genuinus fœtus ille Hecatæi liber de Judæis mihi videtur, quam Ariſteæ hic liber de 70 Interpretibus.

Verum enim vero, ut jam properemus ad finem, Rex ejusmodi *auditis narratiunculis;* atque acceptis libris iſtis converſis (ſicut Latini Interpretes id volunt) Legem religioſa veneratione [προσκυνῆσαι enim, i. e. *adoravit* eam] & juſſit, libros illos σωτηρίαν ἁγνῶς. Joſephus interim hæc ita ex Ariſtea transfert, ſeu potius ipſe ita narrat: παραλαβὼν δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς [quam vocem ταῦτα æque ad dicta Demetrii, quam ad ipſos libros applicare poſſis] ᾠδήκει τὸν Δημητρίου καθὼς προείρηται, προσκυνήσας αὐτῆς [viris, vel ſi mavis, libris,] ἐκέλευσε πλὴν τῶν βιβλίων τὴν ἐπιμέλειαν, ἵνα διαμείνῃ ταῦτα καθαρῶς. τὰς τε ἑρμηνείας, &c. *Acceptos deinde à Demetrio libros Rex cum adoraſſet, aſſervari juſſit diligenter, ut incorrupti manerent, &c.*

Quæ ulterior verborum Ariſteæ extenſio facta videtur, ut eo majorem auctoritatem huic verſioni, velut accuratiſſime conſervatæ tribuamus.

CAPUT XXX.

De feſto anniverſario ob verſionem celebrato, ex Philone, &c. Tum & gratiarum actione Philadelphi erga Interpretes, ac Pontificem Judæorum, &c.

AT hîc minime omittenda, quæ Philo narrat, quæque ab Ariſtea (qui tamen prætenditur ipſe hiſce omnibus affuiſſe) nempe feſtum anniverſarium ob hanc verſionem in Inſulâ Pharo fuiſſe inſtitutum.

Du-

Duplex igitur feſtum anniverſarium hîc prætenditur; primum ex aſſertione Jſ. Voſſii ob adventum Interpretum; ſecundum ob perfectam verſionem; cujus neque Ariſteas, neque ipſe Voſſius, mentionem faciunt; quodque tamen à Philone hoc modo memoratur: Διὸ καὶ μέχρι νῦν ἅπαντες, ἑορτὴ καὶ πανήγυρις ἄγεται κατὰ τ φάρον νῆσον, εἰς ἣν οὐκ Ιουδαῖοι μόνον, ἀλλὰ καὶ παμπληθεῖς ἕτεροι διαπλέουσι, τ, τε χωρίον σεμνύοντες, ἐν ᾧ πρῶτον τὸ τ ἑρμηνείας ἐξέλαμψε, καὶ παλαιὰς ἕνεκα εὐεργεσίας ἀεὶ νεαζούσης εὐχαριστήσαντες τῷ θεῷ. μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς καὶ τὰς ἐυχαριστίας, οἱ μὲν πηξάμενοι σκηνὰς ἐπὶ ξ αἰγιαλῦ, οἱ δὲ ἐπὶ τ αἰγιαλίτιδ ψάμμυ καλακλίναντες ἐν ὑπαίθρῳ, μεθ' οἰκείων καὶ φίλων ἑστιῶνται, πολυτελεστέραν τ ἐν βασιλείοις κατασκευῆς τότε τὴν ἀκτὴν, &c. *Quapropter & adhuc hodierno tempore, ſingulis annis Feſtum celebratur, & panegyris* [ſeu publicus ac ſacer conventus] *in inſula Pharo; ad quod non ſolummodo Judæi, & permagna etiam aliorum turba tranſnavigant: tum locum illum laudibus celebrantes, in quo primum illud interpretationis lumen illuxit; tum & ob vetus beneficium, quod ſic ſemper renovatur, Deo gratias agentes; atque hi quidem tentoria in littore extendentes, alii in littorali ibi arena ſub dio ſedentes, cum familiaribus & amicis convivantur, multo tunc pretioſius illud littus ducentes, quam apparatum in Regiis palatiis, &c.*

Itane non Judæi ſoli, verum & *alii*, nempe Gentiles, tale Feſtum in Pharo inſula [de heptaſtadio hîc jam litem ullam movere nolo; quamvis hæc tranſnavigatio, æque atque illa Epiphanii ope 36 ſcapharum, occaſionem ſubminiſtrent] celebrarunt; neque *Ariſteas*, neque Joſephus, neque Juſtinus Martyr, neque ulli ex Chriſtianis, hos ſecuti, ejus meminerunt? Id certe in animum meum inducere minus valeo. Ipſe namque Ariſteas ibi præſens, ut prætenditur, affuit; atque interfuit huic feſto. Itane is alias circa ipſas mi-

minutias, tam diligens ſcriptor hujus feſti tam alte oblitus fuit?

At quales fuerunt iſti *alii præter Judæos:* Samaritani, an Chriſtiani, an Ethnici, qui ob talem cauſam (tranſlationis ſcilicet Legis Judaicæ) tale feſtum ſimul cum Judæis celebrarint? Samaritani certe illi non fuere; ut quibus cum Judæis internecivum odium intercedebat: nec Chriſtiani ante Philonis tempora ibi ita eſſe poterant; aut illius ævo illi jam tanti numero in Ægypto erant (quamquam, poſterioribus hoc tempore ævis illi Ægyptum atque Alexandriam frequenter habitarent) ut ſi qui forte ulli ibi adeſſent, ipſi numerum ullum conficere valerent: ſicut nec nomen Chriſtianorum, ipſorumve ſecta, à Philone ullibi memorantur. Fuerint itaque Gentiles, qui unà cum Judæis, ac quidem hanc ob cauſam, hoc tale feſtum celebrarint. *Quod credat Judæus Apella, non ego.*

Scio equidem Ægyptiorum levitatem, ut mirabilem deſcribi, a Cæſare Hadriano, in epiſtola ad Servianum; ac talem quidem ac tam magnam, ut nemo illic *Archiſynagogus Judæorum eſſet, qui non eſſet Mathematicus, nemo Samarites, qui non eſſet Aruſpex, nemo Chriſtianorum Preſbyter, qui non eſſet Aliptes; Chriſtianos nunc Serapin colere, nunc Chriſtum.* Quæ tamen minus valde ab ipſo exaggerantur.

At quis credat illos Gentiles in gratiam Judæorum, quos tanto odio perſequebantur, ut triſtiſſima ejus exempla nobis in ipſa Alexandria depromat Flavius Joſephus, tale feſtum cum ipſis celebraſſe.

Credam potius Philonem, vel incogitanter, vel ſtudio, hoc feſtum (ut aliis Ethnicis ſic imponeret) confudiſſe cum illo, quod à Strabone hoc modo deſcribitur: Καίτοι δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πλοῦς ἰθύν, ἐπώνυμος Κανώβῳ τῷ Μενελάου κυβερνήτῃ, ἀποθανόντος

αὐτόθι, ἔχουσι τὸ ἐξ Σαραπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ πεμάμφον, καὶ θεραπείας ἀνφέρον, ὥστε καὶ τὰς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πεδίεν καὶ ἐγκοιμᾶδ αὐτὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. Συγγράφουσι δέ τινες τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρετὰς τ ἐνταῦθα λογίων· Ἀνὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τ παννυχιστῶν ὄχλος, τ ἀπ τ Ἀλεξανδρείας καλιόντων τῷ διάρυγι: πᾶσι γὰ ἡμέρα, καὶ πᾶσι νὺξ πληθύει τ ἐν πῖς πλοιαρίοις καταυλυμφῶν καὶ καπηχυμφῶν ἀναίδλω μετὰ τ ἐχάτης ἀκολασίας, καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν. τ δ' ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ καταγωγὰς ἐχόντων, ὀπτυμφίας τῇ διάρυγι δίφυεῖς πρὸς τλὰ παιάτλω ἄνεσιν καὶ δίοχίαν.

Canopus CXX ſtadiis diſtat ab Alexandria, terreſtri itinere: cognominis Canopi, qui Menelai gubernator fuerat, & ibi mortuus eſt. Habet Serapidis Templum religioſe cultum, ut etiam nobiliſſimi viri ei credant, & pro ſe, vel pro aliis ibi inſomnia captent. Sunt qui curationes conſcribant: quidam virtutes ibi editorum Oraculorum. Sed ante omnia memorabilis eſt eorum turba, qui ad feſtivos conventus per foſſam Alexandriâ deſcendunt. Nam ſingulis diebus ac noctibus navicularum plena eſt ea, viros ac mulieres vectantium, qui extrema cum laſcivia cantant ac tripudiant. Et in ipſo Canopo diverſoria habent foſſæ impoſita, ad hujusmodi levitatem & oblectationes idonea.

Quæ in utrorumque narratiunculis inter ſe conveniunt ſunt *Tranſvectio* illa *per naviculas*, & *feſtivitates in littore*, & Ethnici hîc ſimul cum Judæis, vel Judæi cum Ethnicis, deliciantes. Quod poſtremum licet ex Strabonis verbis non ita appareat, ex Hadriani epiſtola ad Servianum apparere ſatis videtur; modo iſta, quæ ab Hadriano narrantur, non etiam ejusdem fidei atque auctoritatis, nobis, quam illa Philonis eſſe debeant. Quod ſane facile oſtendi poſſet, ſi iſtam rem nunc agerem.

Si igitur tale feſtum, ac quidem anniverſarium, in Pharo Alexandriæ fuit celebratum; facile perſpici poteſt, quali

quali ac quanta cum pietate id fuerit tranſactum : quum ibi non ſoli Judæi, ad quos ſolos iſtud pertinere debebat; verum & illi, qui alias Judæis ſummo odio, quibuſque hi Judæi abominationi erant, iſtud ſic ſimul, uti Philo vult, celebraverint. Cautius igitur egit noſter Ariſteas. quod talem narratiunculam libello ſuo, quamvis aliàs undequaque fabuloſo, non immiſcuerit.

Quæ vero ulterius noſter Ariſteas addit ſunt : Παρακαλέσας δὲ καὶ τὰς ἑρμηνεῖς, ἵνα πολλαχοῦ παρ' αὐτὸν γένωνται, ἐὰν ἀποκαλῶσιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. δίκαιον γὰρ, ἔφη, τὴν ἐκπομπὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι. παρακληθεὶς δὲ, ὡς φήμις, ἕξει αὐτὸς φίλους, καὶ πλουσίας τῆς μεγίστης τιμῆς παρ' αὐτοῦ.

Ipſos etiam Interpretes rogavit, ut poſt reditum ſuum in Judæam, crebrius ad ſe venire vellent. Jam enim juſtum eſſe ut illos dimittat. Sed ſi redirent ad ſe, ipſos ut par ſit, pro amicis habiturum, & maximis muneribus ornaturum. Sic de ipſis ad Eleazarum ſcripſit, ut is id permittere vellet, & his quidem verbis : Ἔγραψε δὲ καὶ παρακαλῶν, ἵνα ἐάν τινες τῶν ἀνδρῶν προαιρῶνται πρὸς αὐτὸν ἀναχωρῆσαι, μὴ κωλύσῃ· πολλῶν ποιήσων τοῖς πεπαιδευμένοις συνόντας, εἰς πάντας τὸν πλοῦτον καταπίπτειν δαψιλῶς, καὶ οὐκ εἰς μάταια.

Præterea ſcripſit ad ipſum, & eum rogavit, ne prohibere vellet, ſi quando qui iſtorum virorum iter ad ſe ſuſcepturi eſſent. Nam ſibi gratiſſimam futuram converſationem cum tam doctis & intelligentibus viris : ſeque malle ſuas opes large & magnifice conferre in tales homines, quam in alias non tanti momenti res. Priora in hunc modum Joſephus reddit: τὰς μὲν ἑρμηνείας παρεκάλεσε σωιχῶς πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς Ἰουδαίας παραγίνεσθαι. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς καὶ πρὸς τιμὴν τὴν παρ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν δωρεῶν ὠφελείας λυσιτελήσειν. &c.

Rogavitque Interpretes, ut crebro è Judæa venientes, ipſum

inviſerent. Id enim eis non minus commodum fore quam honorificum. Nunc enim æquum eſſe ut remittantur : Sed ſi ſuâ ſponte ULTRO ad eum venirent, conſecuturos quicquid vel ipſorum ſapientia dignum eſſet; vel ipſius magnificentia tribuere valeret. Sic nempe illa, quæ ad Eleazarum ſcripſiſſe perhibetur Ptolemæus, adornat.

Verum tum Irenæus, tum Clemens Alexandrinus, tum alii affirmant, Judæos iſto tempore Macedonum (ſive illorum, qui Macedones quidem genere exiſtentes, nunc Ægypto potiebantur) ſub imperio fuiſſe. Quod ſi verum eſt, minimè veriſimile eſt, Ptolemæum ſic Eleazarum rogaturum fuiſſe, tam ut Libros cum Interpretibus ille tranſmitteret, quam, ut ſi quandoque ad ipſum redire vellent, is id permitteret; verum potius Judæis ſuis ſubditis talia ex Regia ipſius auctoritate ac poteſtate imperaſſet. Ipſe interim cum ſumma humanitate id eorum arbitrio relinquit, ac per ſplendida nunc denuo data munera, nec minora in poſterum accipienda promiſſa, iſtos iterum ad ſe allicere conatur. Quæ certe inter ſe minimè conveniunt.

Tandem noſter Ariſteas, ne fabulas hîc conſcripſiſſe videatur, opus iſtud ſuum denuo extollit : ac plura quidem his ſimilia promittit : quibus tamen nulli eruditi ac veritatis amantes indigent.

Quæ magnus ille Joſ. Scaliger, in epiſtola ad Gilbertum Seguinum (quæ XIV. epiſtolarum numero in editione Lugdunenſi eſt) habet, digna ſane mihi videntur, ut modo præcedentibus ſubjungantur. Verba itaque ejus ſunt hæc : *De ſeptuaginta interpretibus ſcito fabulam à Judæis confictam, à Ptolomæo arceſſitos, in unum locum conjectos; & non omnium, qui in unum locum conveniſſent, & capita contuliſſent, ſed ſingulorum ſeparatorum, qui Divinitus in eandem ſententiam conſpiraſſent, eam interpretationem fuiſſe. Quid ergo? cum coegiſſent eos Ptolemæi Græcè contractus ſcribere, & annos à*

Pto-

Ptolemæo Philadelpho putare, attribuerunt eam interpretationem ei Regi, qui eis neceſſitatem Græciſſandi impoſuiſſet? Sed ſi hoc verum erat, oporteret reliquas Paraphraſes, Chaldaicam, Perſicam, Arabicam, quibus hodie utuntur, quodam rege jubente ſcriptas fuiſſe, quod & putare ineptum eſt. Igitur Septuaginta interpretum Paraphraſis, Græca eſt, non auctore Philadelpho, ſed Judæorum ſuadente utilitate conſcripta, qui parum Hebraice ſciebant, Græcè autem loqui & ſcribere ab ipſis Regibus cogebantur. Ea ſane, ſive à ſeptuaginta, ſive ab uno, quod verius eſt, conſcripta, mendoſiſſima & falſiſſima eſt. Quibus Scaligeri verbis quam ſerio adſtipulor : idque mecum facient, credo, qui rem hanc curatius examinarunt, quibuſque non eſt cornea fibra. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.*

Digitized by Google

ARISTEÆ
HISTORIA
LXXII. INTERPRETUM.

ΑΡΙΣΤΕΑΣ ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ.

Ἀξιολογον διηγήσεως, ὦ φιλόκρατες, τὴν ἡμῖν ἐντυχίας πρὸς Ελεάζαρον τὸν τῶν Ιουδαίων ἀρχιερέα συνεσεμψίης, ἀφ' ὧν σε δεῖ πολλὰ πεποιῆσθαι παρέκαστα ὑπομιμνήσκων, συναγαγεῖν περὶ ὧν ἀπεστάλημεν. καὶ ἀφ' ὧν πεπείραμαι σαφῶς ἐνθέως σοι, καταληφθεὶς ἐχεῖς φιλομαθῆ ἀφάθεσιν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ἀνθρώπῳ, πρόσεστι μανθάνειν ἀεί τι, καὶ προσλαμβάνειν, ἤτοι τι ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ἢ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πεπειραμένων. οὕτω γὰρ κατασκευάζεται ψυχῆς καθαρὰ ἀφάθεσις, ἀναλαβοῦσα τὰ κάλλιστα· καὶ πρὸς τὸ πάντων κυριώτατον νενεύκηκε, τὴν εὐσέβειαν, ἀπλανεῖ κεχρημένη κανόνι, διοικεῖ τὴν προαίρεσιν.

Ἔχοντες ἡμεῖς πρὸς τὸ προθυμότερον τὰ θεῖα καταμαθεῖν, ἑαυτοὺς ἐπεδώκαμεν εἰς τὴν προκειμένην ἄνδρα πρεσβείαν, καλοκαγαθίᾳ καὶ δόξῃ προπεπιμη-

ARISTEAS PHILOCRATI.

CUM, ô Philocrates! noſtra ad Eleazarum ſummum Judæorum Sacerdotem profectio, & quæ apud ipſum agenda erant, memoratu ſint digna, tuque magni hoc feceris, quia contigiſſet me præſentem ſigillatim quæque cognoſcere: ego dedi operam, ut de quibus & ob quam cauſam miſſi fuiſſemus, plane exponerem tibi, qui ſemper ſano animi tui judicio & propoſito addiſcere & aſſumere aliquid ſtudes, vel ex hiſtoriis, vel ex negotiis & rebus ipſis vitæ. Ita enim informatur animus ad purum habitum, cum colligit optima, & in pietatem, rem omnium præſtantiſſimam intentus, ea ut regula minime fallaci utitur in conſiliis & actionibus ſuis gubernandis.

Cum ergo eſſem animo prono ad res divinas accuratius cognoſcendas, obtuli me legatum ad virum modo nominatum,

πιμημένον, ὑπό τε τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων· καὶ κατεκτημένον μεγίστην ὠφέλειαν τοῖς σωὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς κατὰ τὰς ἄλλας τόπους πολίταις, πρὸς τὴν ἑρμηνείαν τῆς θείας νόμου. Διὰ τὸ γεγράφθαι παρ' αὐτοῖς ἐν διφθέραις ἑβραϊκοῖς γράμμασιν. ἦν δὴ καὶ ἐπιποθοῦμεν ἡμεῖς ταχέως, λαβόντες καιρὸν πρὸς τὸν βασιλέα περὶ τῶν μετοικισθέντων εἰς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ιουδαίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως, πρώτως κεκτημένου τὴν τε πόλιν, καὶ τὴν κατὰ τὴν Αἴγυπτον παροικηθεῖσαν.

virtute & fama præ aliis celebrem, & apud ſuos cives & apud alios homines, quique apud ſe haberet rem valde utilem ſuis & aliarum terrarum civibus, quæ faceret ad interpretationem legis divinæ: propterea quod illa Hebraicis literis perſcripta in membranis, apud ipſos Judæos extaret. Atque hanc quidem legationem ſtudioſe obivimus, ita ut inde acciperemus occaſionem agendi cum rege de illis, qui ex Judæa in Ægyptum traducti erant à patre regis, qui primum & civitate potitus eſt, & Ægyptum occupavit.

Ἀξιόν ἐστι καὶ ταῦτά σοι δηλῶσαι. πέπεισμαι γὰρ, σὲ μᾶλλον ἔχοντα προσκλίσιν πρὸς τὸ σεμνότητα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάθεσιν, τὴν κατὰ τὸν σεμνὸν νομοθεσίαν διεξαγόντων, περὶ ὧν προαιρούμεθα. δηλοῦντες ὃ ἔστε ἀκόσας, προσφάτως παραγεγονημένον ἐκ τῆς νήσου πρὸς ἡμᾶς, καὶ βουλόμενον ὑπακοῦσαι ὅσα πρὸς ἐπιστήμην ψυχῆς ὑπάρχει. καὶ πρότερον ἃ διεπεμψάμην σοὶ, περὶ ὧν ἐνόμιζον ἀξιομνημονεύτων εἶναι τὴν ἀναγραφήν. ὧν μεπλάβομεν παρὰ τῶν κατὰ τὴν λογιωτάτην Αἴγυπτον, λογιω-

Sunt quidem & hæc digna quæ tibi exponam, licet perſuaſum habeam magis invitare nos ad gravitatem & mores exponendos illorum hominum, qui ſecundum ſanctas degunt leges: id quod eſt præcipue inſtituti noſtri, ita tibi exponere, ut rem totam cognoſcas: quoniam nuper ex inſula ideo veniſti ad nos, ut ſcires omnia quæ eſſent utilia ad informationem animi Miſi autem & ante ad te illorum, quæ putarem ſcitu digna, commentarios, quos conſecuti ſumus in

γιωτάτων ἀρχιερέων παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Φιλομαθῶς γὰρ ἔχοντί σοι περὶ τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι λόγοισιν δίον μεταδιδόναι, μάλιστα μὲν πᾶσι τοῖς ὁμοίοις, πολλῷ δὲ μᾶλλον γνησίαν ἔχοντί σοι τὴν αἵρεσιν, ὃς μόνον κατὰ τὸ συγγενὴς ἀδελφῷ καθεστῶτι τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ τῇ περὶ τὸ καλὸν ὁρμῇ τὸν αὐτὸν ὄντα ἡμῖν. χρυσοῦ γὰρ χάρις, ἢ κατασκευή τις ἄλλη τῶν τετιμημένων παρὰ τοῖς κενοδόξοις, ὠφέλειαν οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν, ὅσην ἡ παιδείας ἀγωγὴ, καὶ ἡ περὶ ταύτων φροντίς. ἵνα δὲ μὴ περὶ τῶν προλεγομένων μηκυνόντες ἀδόλεσχόν τι ποιῶμεν, ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως ἐπανήξομεν.

Καταστὰς ἐπὶ τῆς βασιλέως βιβλιοθήκης Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ἐσπουδάσθη πολλὰ διάφορα, περὶ τὸ συναγαγεῖν, εἰ δυνατὸν, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην βιβλία. καὶ ποιούμενος ἀγορασμοὺς καὶ μεταγραφὰς, ἐπὶ τέλει ἦγεν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὴν τοῦ βασιλέως προθεσιν. παρόντων γὰρ ἡμῶν ἐρωτηθεὶς, πόσαι τινὲς μυριάδες τυγχάνουσι βιβλίων, εἶπεν

in Ægypto literatiſſima ab eruditiſſimis inter Judæos ſacerdotibus. Cum enim tu magno teneris ſtudio eorum, quæ menti prodeſſe poſſint, æquum eſt talia communicare valde quidem omnibus tui ſimilibus, maxime autem tibi ingenuo, qui non ſolum ſanguine & moribus es frater, ſed etiam par virtutis æſtimator. Neque enim auri gratia, neque decus illarum rerum, quæ magni fiunt ab illis, qui vana gloria ducuntur, tantum afferunt utilitatis, quantum doctrinæ & eruditionis cultura, & quæ in hæc confertur cura & opera. Sed ne protrahendo præfationem, incidamus in vitium garrulitatis, accedere volumus ad perſequendam commemorationem ſuſceptam.

Demetrius ille Phalereus, cum eſſet præfectus regiæ Bibliothecæ, diligenti ſtudio multa & varia impendit, ad colligendos, ſi quo modo fieri poſſet, omnes in mundo libros : nam & emptionibus & deſcriptionibus librorum à ſe procuratis ſtuduit, quantum in ſe eſſet, regis perficere voluntatem. Ex quo præſentibus nobis interro-

εἶπεν, ὑπὲρ τὰς εἴκοσι, βασιλεῦ. πληρώτω δὲ οὗ ὀλίγῳ χρόνῳ ὡς τὸ πληρωθῆναι πεντήκοντα μυριάδας τὰ λειπά. προσαγγέλλεταί μοι, καὶ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα μεταγραφῆς ἄξια, καὶ τῆς σῆς βιβλιοθήκης ἔτι. τί τὸ κωλύον οὖν, εἶπεν, ἐστί, σὲ τοῦτο ποιῆσαι; πάντα γὰρ ὑποτέτακταί σοι τὰ πρὸς τὴν χρείαν. ὁ δὲ Δημήτριος εἶπεν. ἑρμηνείας προσδεῖται. χαρακτῆρσι γὰρ ἰδίοις κατὰ τὴν Ἰουδαίαν χρῶνται, καθάπερ Αἰγύπτιοι τῇ τῶν γραμμάτων θέσει, καὶ τὸ καὶ φωνὴν ἰδίαν ἔχειν. ὑπολαμβάνουσι Συριακῇ χρῆσθαι. τὸ δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ. Μεταλαβὼν δὲ ἔφασκε ὁ βασιλεύς, εἶπε, γράφῆναι πρὸς τὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, ὅπως τὰ προηρημένα πλείοσιν λάβωσι.

Νομίσας δὴ ἐγὼ καιρὸν εἶναι, περὶ ὧν πολλάκις ἠξιώκειν Σωσίβιόν τε τὸν Ταραντῖνον, καὶ Ἀνδρέαν, τοὺς ἀρχισωματοφύλακας, περὶ τῆς ἀπολυτρώσεως τῶν μετηγμένων ἐκ τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως. ἐκεῖνος γὰρ

gatus, quot jam myriades librorum adeſſent, reſpondit: Adſunt, rex, ultra viginti: ſed brevi efficiam, ut reliquis adimpleantur myriades quinquaginta. Nam narratur mihi, Judæorum etiam leges dignas eſſe quæ deſcribantur, & in tuam Bibliothecam ſeponantur. Tum rex: Quid ergo eſt, inquit, quod te prohibet facere hoc? nam tibi omnia quæ ad hujus rei procurationem faciunt, ſunt commiſſa. Ad hæc Demetrius reſpondit: Indigent interpretatione leges illæ. Nam Judæi in ſua regione, perinde ut Ægyptii literarum diſpoſitione, ita illi characteribus propriis utuntur, juxta pronuntiationem quam propriam habent. Putaturà nonnullis illa eſſe Syriaca, quod non ita eſt: verum eſt ejus alia ratio & forma. Rex his acceptis, dixit ſe ſcripturum ad ſummum Judæorum ſacerdotem, ut quæ expoſita eſſent, perficerentur.

Hic ego ſum ratus adeſſe tempus agendi illa, de quibus ſæpe ante Soſibium Tarentinum & Andream, primores regis cuſtodes, allocutus fueram, ut liberarentur illi, qui à patre regis

ὧν ἐπελθὼν τὰ καλὰ κοίλλω Συρίαν καὶ Φοινίκῃ ἅπασι, συγχρώμενος δυνάμεσι μὲν ἀνδρείας, τοὺς μὲν μετῴκισεν, τοὺς δ' ἠχμαλώτιζε, φέρων ἅπαντα ὑποχείρια ποιούμενος. ἐν ὅσῳ καὶ ὡς δέκα μυριάδας ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων χώρας εἰς Αἴγυπτον μετήγαγε. ἀφ' ὧν ὡσεὶ τρεῖς μυριάδας καθοπλίσας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν, εἰς τὴν χώραν κατῴκισεν ἐν τοῖς φρουρίοις. ἤδη μὲν καὶ πρότερον ἱκανῶν εἰσεληλυθότων σὺν τῇ Γέρσῃ, καὶ πρὸ τούτων ἑτέρων συμμαχιῶν ἐξαπεσταλμένων πρὸς τὸν τῶν Αἰθιόπων βασιλέα μάχεσθαι σὺν Ψαμμητίχῳ. ἀλλὰ καὶ πόσῳ πλήθει παρεγένηντο, ὅσους Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου μετήγαγε.

gis traducti ex Judæa fuerant. Nam ille adortus partes cavæ Syriæ & Phœniciæ, cum & viribus præstaret, & ubique fortunam haberet faventem, alios in colonias traducebat, alios captos abducebat : passimque terrore injecto ita subegerat omnia, ut ad decem myriades ex Judæa in Ægyptum traduceret: ex quibus circiter tres myriades electos & armis instructos viros assumpsit in regionem, ut in præsidiis ipsius degerent. Sed ante quoque satis multi pervenerant in regionem cum rege Persarum, & ante hos alii ut auxiliarii missi erant ad Psametychum, quo cum pugnaret adversus regem Æthiopum : verum illi non tot multitudine erant, quot secum adduxerat Ptolemæus ille Lagi filius.

Καθὼς δὲ πρότερον εἰπόμην, ὁπλίσας τοὺς ἀρίστους ταῖς ἡλικίαις, καὶ ῥώμῃ διαφέροντας, καθώπλισεν. τὸ δὲ λοιπὸν χύμα πρεσβυτέρων καὶ νεωτέρων, ἔτι δὲ γυναικῶν, ἔδωσεν εἰς τὴν οἰκετίαν, οὐχ ὅτως τῇ προαιρέσει κατὰ ψυχὴν ἔχων, ὡς καταχρατούμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, διὰ ἃς ἐπεπείλητο χρείας ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν

Quemadmodum autem prius diximus, electos præstantissimos, qui & ætate & robore præstarent, armis instruxit : reliquam vero turbam seniorum & juniorum, ac mulierum etiam, concessit militibus in servitutem, non tam sponte & consilio suo, quam exoratus ab illis, ad usus & necessaria in belli rebus

σιν, ἡμεῖς δὲ ἐπεί τινα παρεύρεσιν εἰς τ̃ ἀπόλυσιν αὐτῶν ἀπολάβομεν, καθὼς προδεδήλωται, τούτοις ἐχρησάμεθα λόγοις πρὸς τ̃ βασιλέα.

Μήποτε ἄλογον ἦ, ἐλέγχεσθαι ὑπ' αὐτῶν τ̃ πραγμάτων, ὦ βασιλεῦ. τῆς γὰρ νομοθεσίας κειμένης πᾶσι τοῖς Ιουδαίοις, ὧν ἡμεῖς οὐ μόνον μεταγράψαι ἐπινοοῦμεν, ἀλλὰ καὶ διερμηνεῦσαι. τίνα λόγον ἔξομεν πρὸς ἀποστολὴν ἐν οἰκετείαις ὑπαρχόντων ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ πλήθους ἱκανοῦ; ἀλλὰ τελείᾳ καὶ πλησίᾳ ψυχῇ ἀπόλυσον τοὺς συνεχομένους ἐν ταλαιπωρίαις, καταυθαιρέντος σου τ̃ βασιλείαν ἐξ πεθικότος αὐτοῖς θεὸν τ̃ νόμον, καθὼς διεξήλθομεν. τ̃ γὰρ πάντων ἐπόπτην καὶ κτίστην θεὸν ὅτι σέβονται, οὗ καὶ πάντες, ἡμεῖς δὲ μάλιστα, προσονομάζοντες ἐπίτηδες ΖΗΝΑ. καὶ ἅμα ὅτι δι' οὗ πάντα ἀναστρέφεται οἱ πρῶτοι διεσήμαναν, δι' ὃν ζωοποιοῦνται τὰ πάντα, καὶ γίνεται, ὅταν ἀπάντων ἡγεῖσθαι τι καὶ κυριεύειν. ὑπερέχεις δὲ σύμπαντας ἀνθρώπους τῇ λαμπρότητι τῆς ψυχῆς, ἀπόλυσον πάντας τ̃ ἐνεχομένων ταῖς οἰκετείαις.

miniſteria. Nos ergo poſtquam nacti eſſemus quandam anſam ad liberandos eos, talibus uſi ſumus verbis ad regem:

Ἀποδεξαμένου δ' αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μὲν φωνῆς, ἐπὶ τὸν ἐχόμενον ἐμβλέψας εἶπεν· ξς'. ΤΙΝΑΣ δεῖ καθιστάναι ἐπὶ τῶν δυνάμεων ἄρχοντας; ὁ δ' ἀπεφήνατο. τοὺς ἀνδρείᾳ διαφέροντας, καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὡς ἐπὶ πλεῖστον πεπεισμένους τὸ σώζειν τοὺς ἄνδρας ἢ τῷ νικᾶν, τῷ θαρσεῖν περιβαλλομένους τὸ ζῆν. ὡς γὰρ ὁ θεὸς εὖ ἐργάζεται πᾶσι. καὶ σὺ τοῦτον μιμούμενος, εὐεργετεῖς τοὺς ὑπὸ σαυτόν.

Approbato eo clara voce, & oculis in sequentem conjectis, dixit ad eum: 66. QUOS oporteat in belli duces eligere? Ille respondit: Fortitudine & justitia præstantes, & quibus potius est servare homines, quam cupiditate victoriæ per confidentiam perdere eorum vitam. Nam ut Deus beneficus est in omnes, ita tu imitatione ejus omnia beneficentia prosequeris.

Ὁ δὲ ἀποκεκρίθαι φήσας αὐτὸν εὖ, ἄλλον ἠρώτα. ξζ. ΤΙΝΑ θαυμάζειν ἄξιον ἐστιν ἀνθρωπον; ὁ δ' ἔφη. τὸν κεχορηγημένον δόξῃ καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει, καὶ ψυχῇ ἴσον πᾶσιν ὄντα. καθὼς σὺ δόξῃ καὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει τοῦτο ποιῶν, ἀξιοθαύμαστος εἶ, ὃ θεὸς σοι δίδοντος εἰς ταῦτα τὴν ἐπιμέλειαν.

Fassus eum bene respondisse, alium interrogabat: 67. QUEM hominem conveniat prosequi admiratione? Ille dixit: Eum qui cum gloria, opibus & potentia abunde sit exornatus, interim tamen animo æquali sit erga omnes. Quemadmodum tu Rex, dignus es admiratione, qui dignitate, opibus & potentia excellens, hoc facis, Deo

Επιφωνήσας δὲ καὶ τοῦτον, ποῖός τ ἕτερον εἶπεν. ξή. ΕΝ τίσι δεῖ πράγμασι τοὺς βασιλεῖς τ πλείω χρόνον διάγειν; ὁ δὲ εἶπεν. ἐν τ ἀναγνώσεσι, καὶ ἐν ταῖς τ πρεσβῶν ὑπογραφαῖς διατείβειν, ὅσαι ποῖς τὰς βασιλείας ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσι, ποῖς ἐπανορθώσιν καὶ διαμονὴν ἀνθρώπων. ὧ σὺ πράσσων, οὐκ ἐφικτὸν ἄλλοις δόξαν κέκτησαι. θεῦ σοι τὰ βουλήματα συνπλέοντ@.

Ενεργῶς δὲ καὶ τοῦτον ποησάμενος, ἕτερον ἠρώτα. ξθ'. ΤΙΝΑΣ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς ἀγωγὰς ἐν ταῖς ἀνέσεσι καὶ ταῖς ῥαθυμίαις; ὁ δ' ἔφη. θεωρεῖν, ὅσα ὀπλίζεται μετὰ σεμνολῆς. καὶ ποῖ ὀφθαλμῶν πρίνα τὰ τοῦ βίου, μεθ' εὐχημοσύνης καὶ κατασολῆς γινόμενα, βιοῖς σωφρονῶν καὶ κατέχων. ἔνεστι γὰρ καὶ ἐν τούτοις διδασκαλία τις. πολλάκις γὰρ καὶ ἐκ τ ἐλαχίστων αἴρεσίν τι δείκνυται. σὺ δὲ πᾶσαν ἡσυχαίως κατασολὴν διὰ τ ἐνεργειῶν, φιλοσοφεῖς

tibi hujus rei curam injiciente.

Hoc quoque comprobato, ad proximum dixit: 68. IN quibus rebus reges majori tempore versari deberent? Ille inquit: In legendo & in commentariis legationum illarum quæ extant perscriptæ ad reges, ad instauranda illa quæ faciunt ad rectam, salutarem & diuturnam hominum gubernationem. Quo studio tu, Deo promovente tuos conatus ad eventus suos, consecutus es gloriam aliis ignotam.

Ut res se habeat, & hunc fassus dixisse, sequentem interrogabat: 69. QUALIS vitæ ratio sit ineunda, & quid agendum in otio & remissione animorum? Ille inquit: Contemplanda sunt illa quæ sobrie, & cum animi contractione adornantur: & ob oculos ponenda, quæ in vita cum decore, honestate & moderatione fiunt, gerunturque, ut moderate & continenter vivas. Inest enim & in his quædam informatio, & sæpe ex minimis aliquid prosecutione dignum demonstratur. Tu vero, cum senio usuque vitæ & actionum sis exercitatus, philosopharis

σοφῆς ἀφ' καλοκαγαθίαν ὑπὸ θεῶ πεμφθῆ.

pharis in ſtudio & actionibus virtutis perfectæ, ex illa præſtantia honoris, quæ tibi à Deo contigit.

Εὐαρεσθέντος ὑπὸ τοῦτο τοῦ ἑνάτην εἶπεν. ὁ. ΠΩΣ δεῖ ἀφὶ τὰ συμποσίων διεξάγειν; ὁ δ' ἔφησεν. Προσλαμβάνοντα τοὺς φιλομαθεῖς, καὶ δυναμένους ὑπομιμνήσκειν τὰ χρήματα τῆς βασιλείας, καὶ τοὺς τῶν ἀρχομένων βίους, ἐμμελέστερον ἢ μουσικώτερον οὐκ ἂν εὕροις τι τούτων. ὅτοι γὰρ θεοφιλεῖς εἰσι, πρὸς τὰ κάλλιστα πεπαιδευκότες τὰς διανοίας. καθὼς καὶ σὺ τοῦτο πράττεις, ὡς ἂν ὑπὸ θεοῦ σοι καταυγομένων ἁπάντων.

Delectatus oratione hujus, ad nonum dixit: 70. QUÆ ſit vitæ ratio in conviviis peragendis ineunda? Ille inquit: Si adjunxeris tibi diſcendi cupidos, quique poſſint tibi & regni negotia & ſubditorum mores vitamque commemorare, nihil his concinnius & ſuavius poteris habere. Nam tales, cum habeant animos eruditos, & conformatos ad res optimas, ſunt chari Deo. Quemadmodum & tu talibus es occupatus, ut cui omnia à Deo recte adminiſtrentur.

Διαχυθεὶς δὲ ὑπὸ τοῖς εἰρημένοις, ἐπυνθάνετο δ μετὰ ταῦτα. οά'. ΤΙ κάλλιον ἐστὶ τοῖς ὄχλοις, ἐξ ἰδιωτῶν βασιλέα καταστήσωνται ὑφ' αὐτῶν, ἢ ἐκ βασιλέως βασιλέα; ἐκεῖνο δὲ ἔφη. τὸ αἱρετὸν τῇ φύσει. καὶ γὰρ ἐκ βασιλέων βασιλεῖς ἡρημένοι, πρὸς τοὺς ὑποταγμένους ἀνήμεροί τε καὶ σκληροὶ καθίστανται· πολλῷ δὲ μᾶλλον καί τινες τῶν ἰδιωτῶν, καὶ κακῶν πεπειρα-

Exhilaratus his dictis, ſequentem interrogabat? 71. UTRUM ſit ſatius populo ut ex privatis aliquem ſibi eligant regem, an vero ex regia ſtirpe genitum? Ille inquit: Id eſt eligendum, quod eſt naturæ gratum & exoptatum. Nam & ex regibus electi in gubernationem regni, adverſus ſubditos inclementes & duri ſolent exiſtere: & ex privatis, ac quidem multo magis, nonnulli & alia

παιδεμψίοι, καὶ πενίας μετοχικὸς ἄρχοντες ὄχλον, χαλεπώτεροι τ' ἀνοσίων τυράννων ἐξέβησαν. ἀλλὰ, ὡς προεῖπον, ἦθος ζηλωτὸν, καὶ παιδείας κεκοινωνηκὸς, δυνατὸν ἄρχειν ἐστί. καθὼς σὺ, βασιλεῦ, μέγας ὑπάρχεις, οὐ τοσοῦτον τῇ δοξῃ τῆς ἀρχῆς καὶ τῷ πλούτῳ προέχων, ὅσον ἐπιεικείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ πάσας ἀνθρώπους ὑπερῆρκας, θεὸς σοι δεδωρημένος ταῦτα ἐπὶ πλείονα χρόνον.

mala & paupertatem experti, cum ad imperia populorum fuerunt perducti, extiterunt intolerabiliores etiam impiis tyrannis. Sed quemadmodum dixi, indoles ingenii, & natura proba, & humanitatis cultu exornata, idonea eſt ad imperandum: quemadmodum tu Rex magnus es, qui non tam dignitate imperii & opibus præſtas aliis, quam æquitate & humanitate omnes alios homines ſuperas, Deo tibi iſta in longius tempus ſua benignitate ſuggerente.

Καὶ τοῦτον ἐπαινέσας, τὸν ἐπὶ πᾶσι ἠρώτα. οβ'. ΤΙ μέγιστόν ἐστι βασιλείας; πρὸς τοῦτο εἶπε. τὸ μὲν πάντας ἐν εἰρήνῃ καθιστάναι τοὺς ὑποτεταγμένους, καὶ κομίζεσθαι ταχέως τὸ δίκαιον ἐν ταῖς διαιρέσεσι. ταῦτα δὲ γίνεται μὲν τὸ ἡγεμόνα, ὅταν μισοπόνηρος ᾖ, καὶ φιλάγαθος, καὶ πρὸ πολλοῦ ποιοῦμενος ψυχὴν ἀνθρώπου σώζειν. καθὼς καὶ σὺ μέγιστον ἡγήσω τὴν ἀδικίαν. δικαίως δὲ πάντα κυβερνῶν, αἰνέσαν τὴν πρὸ σαυτοῦ δόξαν κατεσκεύασας. ᾧ θεὸς σοι δι-

Hoc etiam collaudato, poſtremum interrogabat: 72. QUID eſſet in Regia gubernatione maximum? Ad quod ille dixit: Ut ſubditi habeant perpetuam pacem, & celeriter conſequantur in judiciis jus ſuum. Quæ quidem tum fiunt, quando qui præeſt imperio, malis adverſatur, & probos diligit: ac maximi facit hoc, ut animam hominis conſervet. Quemadmodum & tu maximum ſemper judicaſti ſcelus injuſtitiam: juſte vero omnia gubernando, perpetuam tibi conſecutus es gloriam ex beneficio

δόντος

δόντ῾ ἔχειν ἁγνὴν, καὶ ἀμιγῆ πάντ῾ς κακῶ τὴν διάνοιαν.

Καλαλήξαντ῾ δὲ τούτω, καπρράγη χρόπ῾ς μ῾ φωνῆς καὶ χαρᾶς ὅπ῾ πλείονα χρόνον. ὡς δὲ ἐπαύσατο ὁ βασιλεὺς λαλῶν, ποτήριον ἐπιχέατο, καὶ τ῾ παρόντων ἁπάντων, καὶ τ῾ εἰρημμένων λόγων. ἐπὶ πᾶσι δὲ εἶπε. τὰ μέγιστά μοι γέγονεν ἀγαθὰ, ὦ διαλυηθέντων ἡμῶν· πολλὰ γὰ ὠφέλημαι, καταβεβλημένων ὑμῶν διδαχὴν ἐμοὶ περὶ τ῾ βασιλεύειν. ἑκάστῳ δὲ τρία τάλαντα προστέταξεν δοῦναι, καὶ τ῾ ἀποκατασήσαντα παῖδα. συνεπιφωνησάντων δὲ πάντων, χαρᾶς ἐπληρώθη τ῾ συμπόσιον· ἀδιαλείπτως ὑ βασιλέως εἰς εὐφροσύνην τραπέν῾.

Ἐγὼ δὲ εἶπα πλείονα. καὶ τύτοις, ὦ Φιλόκρατες, συγγνώμην ἔχειν. πεθαυμακὼς γὰ τὸς ἄνδρας ὑπὲρ τὸ δέον, ὡς ὀκ ἐκ καιρῦ τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο, πολλῦ χρόνυ δεομένας. καὶ τῦ μὲν ἐρωτῶν῾, μεμεριμνηκότ῾ς ἑκάστων

ficio divino: unde tu mentem habes ſanctam, & ab omni malorum labe immaculatam.

Finita hujus oratione, exortus eſt applauſus cum acclamatione & gaudio: qui ſatis diu duravit. Poſtquam autem Rex finivit hujuſmodi cum ipſis collocutionem, tum & aliis omnibus præſentibus, & iis qui ſententias dixerant, craterem plenum vino libavit, & tandem in hunc modum loquutus eſt: Veſtro adventu contigerunt mihi maxima bona. Nam multum utilitatis percepi ex doctrina veſtra, mihi de regnandi ratione tradita. Hinc mandavit, ſingulis talenta tria donari, & puerum qui ea obtulerit. Hæc omnibus approbantibus, cum acclamatione convivium replebatur lætitia, Rege ſine intermiſſione omnia ad hilaritatem referente.

Ego autem ô Philocrates fui longior in commemorandis iſtis: ſed tu dabis veniam mihi. Nam ego ſupra modum admiratus ſum iſtos viros, ita ex tempore reſpondentes de rebus meditationis longi temporis. Nec vero ego ſolum admirabar

Digitized by Google

τῶν δὲ ἀπακεκριμένων, ἀλλήλως ἐχόντων τὰ πρὸς τὰς ἐρωτήσεις. ἄξιοι θαυμασμοῦ καὶ φαίνονται μοι, καὶ τοῖς παροῦσι, μάλιστα δὲ τοῖς φιλοσόφοις. οἶομαι γὰρ καὶ πᾶσι τοῖς ἐπιλήψομένοις τὴν ἀναγραφὴν, ἄπιστον φανεῖται· ψεύσασθαι μὲν οὐ καθῆκον ἐστι περὶ τῶν ἀναγραφομένων. εἰ δὲ καὶ τι παραβαίνω, οὐχ ὅσιον ἐστὶ τοῦτο. ἀλλὰ, ὡς γέγονεν, οὕτως διεσαφήμην, ἀφεστιώμενος πᾶν ἁμάρτημα. διόπερ ἐπειράθην, ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν λόγων δύναμιν περὶ τῶν ἀναγραφομένων ἕκαστα τῶν γινομένων ἔν τι τοῖς χρηματισμοῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ταῖς συμποσίαις, μεταλαβεῖν. ἔθος γάρ ἐστι, καθὼς καὶ σὺ γινώσκεις, ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας ὁ βασιλεὺς ἄρξηται χρηματίζειν, μέχρις ἂν κατακοιμηθῇ πάντα ἀναγράφεσθαι τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα. καλῶς γινόμενα καὶ συμφερόντως. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ, τὰ τῇ πρότερον πεπραγμένα καὶ λελαλημένα, πρὸς τὸν χρηματισμὸν ἀναγινώσκεται· καὶ εἴ τι δέοντος

rabar tum interrogantis ſolertiam in meditandis ſingulis quæſtionibus, tum facultatem tam promptam reſpondentium ita apte & ſapienter ad ſingulas interrogationes: ſed & aliis omnibus qui aderant, videbantur hæc admiratione digna, & præcipue Philoſophis. Exiſtimo autem fore, ut & aliis omnibus qui hæc ſunt lecturi, videantur ea ſupra fidem eſſe. Sed profecto non licet aliquid falſi narrare de illis quæ excepta & annotata ſunt, & nefas judicem etiam præterire aliquid in hujuſmodi rebus: ſed ut hæc ſunt acta, ita ea expoſui, ut vitarem omnem errorem. Licet ipſe hæc omnia percepiſſem, tamen ſtudioſe iſtam expoſitionem meam accepi ab illis, qui ſingula quæ fiunt & dicuntur in regiis negotiis & conviviis, excipere & annotare ſolent. Nam ut ipſe ſcis, hic mos eſt, ut quo die Rex incipiat publica negotia agere, omnia excipiantur ſcripto, & quæ dicantur & quæ gerantur: id quod recte & utiliter fit. Nam hinc ſequenti die & acta & dicta præcedentis, antequam quid denuo publice aga-

ὄντως μὴ γεγονὸς, διορθώσεως τυγχάνει τὸ πεπραγμένον. πάντ' ἦν, ἀκριβῶς πάντων ἀναγεγραμμένων, ὡς ἐλέχθη, μεταλαβόντες, κατακεχωρήκαμεν. εἰδὼς, ἣν ἔχεις φιλομάθειαν εἰς τὰ χρήσιμα.

¶ Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας, ὁ Δημήτριος παραλαβὼν αὐτὸς, καὶ διελθὼν τὸ τῶν ἑπτὰ σταδίων ἀνάχωμα τῆς θαλάττης ἐπὶ τὴν νῆσον, καὶ γεφύραις τισὶ γέφυραν, καὶ παρελθὼν ὡς ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη, συνέδριον ποιησάμενος εἰς κατασκευασθὲν οἶκον παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ἀπερισπάστως ἔχοντα, καὶ πολλῆς ἡσυχίας ἔμφορον, παρεκάλει τοὺς ἄνδρας τὰ τῆς ἐρμηνείας ἐπιτελεῖν. παρόντων, ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἦν, καλῶς. οἱ δὴ ἐπιτιθέντες ἕκαστα σύμφωνα ποιοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς ταῖς ἀντιβολαῖς. τὸ δὲ ἐκ τῆς συμφωνίας γινόμενον πρεπόντως, ἀναγραφῆς ὕστερον ἐτύγχανε παρὰ τοῦ Δημητρίου. καὶ μέχρι μὲν ὥρας ἐνάτης τὰ τῆς συνεδρίας ἐγίνετο· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἀπελύον-

tur, præleguntur: & si quid parum recte est gestum, id emendatur. Inde ergo cum essent omnia accurate perscripta, nos hæc, sicut dictum est, desumpta & selecta ad te misimus: non ignari, quantum sit tuum studium ad cognoscenda utilia.

Post tres autem dies, quam illa quæ exposuimus, sunt acta, Demetrius assumpsit ad se illos viros, & in insulam per aggerem maris septem stadiorum est progressus, ac trajecto ponte partes versus septentrionem occupavit: ibi congregatis illis viris in domo splendide extructa juxta littus, & ab omni tumultu & strepitu remota, eum ibi etiam adessent omnia quibus opus foret, hortabatur eos ad interpretationem legis perficiendam. Illi autem rem aggressi, singula ex collationibus ad consonantiam elaborabant: & quod ita consonum & elaboratum erat, ut dignum esset descriptione, à Demetrio scripto excipiebatur. Ac quidem quotidie ad nonam usque horam in tali studio congregati erant:

τὸ γύεας, χωρηγυμένων αὐτοῖς δαψιλῶς, ὧν ἐσπουδοῦντο, παίζων. ἐκλὸς δὲ, καθ' ἡμέραν, ὅσα βασιλεῖ παρεσκευάζετο, καὶ τούτοις ὁ Δωρόθεος ἐπετέλει· ἐσπεταγμένου γὰρ ἐκ αὐτῷ διὰ τοῦ βασιλέως. ἅμα δὲ τῇ πρωΐᾳ παρεγίνοντο εἰς τὴν αὐλὴν καθημέραν, καὶ πυθόμενοι τὸν ἀσπασμὸν τοῦ βασιλέως, ἀπελύοντο πρὸς τὸν ἑαυτῶν τόπον. ὡς δὲ ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπονιψάμενοι τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν ηὔξαντο πρὸς τὸν θεὸν, ἐτρέποντο πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν ἑκάστου διασάφησιν.

Ἐπηρώτησαν δὲ καὶ τοῦτο. τίνος χάριν ἀπονιζόμενοι τὰς χεῖρας, τὴν τελικαύτην εὐχὴν; διεσάφουν δὲ, ὅτι μαρτύριόν ἐστι, μηδὲν εἰργάσθαι κακόν. πᾶσα γὰρ ἐνέργεια διὰ τῶν χειρῶν γίνεται. καλῶς καὶ ὁσίως μεταφέροντες ὅτι τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀλήθειαν, πάντα. καθὼς δὲ προεθέμεθα, ἕτως καθ' ἑκάστην εἰς τὸν τόπον, ἔχοντα τερπνότητα διὰ τὴν ἡσυχίαν καὶ καταύγειαν, συναγόμενοι, τὸ προκείμενον ἐπετέλουν· συνέτυχε δὲ ἕτως, ὥστε ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα δυσὶ

deinde discedebant ad curandum corpus, quibus omnia large suppeditabantur quæ cupiebant, & præter hæc quotidie de illis quæ regi apparabantur, & his Dorotheus ex mandato regio subministrabat. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, & salutato Rege redibant ad suum locum: lotisque manibus pro communi omnium Judæorum more ex mari, & votis ad Deum peractis, pergebant legere, & singula interpretari.

Interrogati autem & de hoc, quare post lotas manus vota faciant? Respondebant: hoc fieri in argumentum & testimonium, nullius sceleris perpetrati, quoniam per manus omnes conatus soleant expediri. Ita pulchre & sancte omnia ad justitiam referebant. In singulos ergo dies, sicut antea diximus, convenientes in locum illum amœnum, jucundumque & ob silentium, & ob lucis claritatem, rem susceptam studebant perficere. Ac quidem ita cecidit, ut illa interpretatio eorum perficeretur

die-

τελειωθῆναι τὰ τ̃ μεταγραθῆς. οἱονεὶ κατὰ προθεσίν τινα ἔ πεπτε γεγυμνασμένα.

Τελειωσιν, δεὸν ἔλαβε, συναγαγὼν ὁ Δημήτριος τὸ πλῆθος τ̃ Ἰουδαίων εἰς τ̃ τόπον, ὅ καὶ τὰ τ̃ ἑρμηνείας ἐπλέοθη, παρανέγνω πᾶσι, παρόντων καὶ τ̃ διερμηνευσάντων. οἵτινες καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς παρὰ ἔ πλήθους ἔτυχον ὡς ἂν μεγάλων ἀγαθῶν παραίτιοι γεγονότες. ὡσαύτως δὲ καὶ τ̃ Δημήτριον ἀποδεξάμενοι, παρεκάλεσαν δῆναι πῖς ἡγεμόσις αὐτῶν μεταγράψαντα τ̃ πάντα νόμον καθὼς ἦ ἀνεγνώσθη τὰ πύκη, ὥσπερ οἱ ἱερεῖς, καὶ τ̃ ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τ̃ ἀπὸ ἔ πολιτεύματος οἵ τε ἡγεμόσι ἔ πλήθος, εἶπον· ἐπεὶ καλῶς καὶ ὁσίως διηρμήνευται, καὶ κατὰ πᾶν ἠκριβωμένως. καλῶς ἔχον ἐστὶν, ἵνα διαμένῃ ταῦτα ὕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γένηται μηδεμία μεταβολή. πάντων δὲ ἐπιφωνησάντων τοῖς εἰρημένοις, ἐκέλευσε διαρρᾶσθαι, καθὼς ἔθος αὐτοῖς ἐστιν, εἴ τις μεταθείη, ἢ μεταφέρων τι τ̃ σύνολον τ̃ γεγραμμένων

diebus ſeptuaginta duobus, perinde ac ſi data opera hoc ab illis factum fuiſſet.

Finita autem interpretatione, Demetrius illam Judæis omnibus congregatis in locum illum, ubi ea perfecta erat, prælegit, præſentibus etiam ipſis interpretibus: qui etiam ut authores magnorum bonorum, magna laude & approbatione ſunt accepti ab ipſa Judæorum multitudine. Similiter & Demetrium proſequuti ſunt ſua laude, rogaruntque ut iſtam legem deſcriptam ſuis etiam principibus dare vellet. Ut autem perfecta ſunt iſta volumina legis, adſtantes & ſacerdotes & interpretes ſeniores, gubernatoreſque civitatis, & ipſi principes multitudinis, ita dixerunt: Quoniam recte, ſancte, & per omnia accurate perfecta eſt iſta interpretatio par eſt, ut omnia permaneant in ſuo habitu, nec ulla fiat immutatio. Omnibus ad hæc cum approbatione acclamantibus: juſſit Demetrius illos, ut haberent in more, imprecari dira illi, ſi quis immutaturus eſſet quid vel addendo, vel trans-

μῶν, ἢ παύμῳ ἀφαίρεσιν. καλῶς τῦτο πεάσσοντες, ἵνα ἀεὶ πάντες αἰῶνα καὶ μένοιμα φυλάσσηται.

ferendo, vel auferendo. Quod recte fecerunt, ad hoc ut perpetuo conſervarentur illa ſalva, & cum diuturnitate inviolata.

Προσφωνηθέντων ὃ καὶ τῶτων τῷ βασιλεῖ, μεγάλως ἐχάρη. τῷ γὰρ ὠοήθεσιν, ὡς εἶχεν, ἀσφαλῶς ἔδοξε πεπλεκῶσθαι· ὡδιανεγνώσθη δὲ αὐτῷ πάντα, καὶ λίαν ἐξεθαύμασε τῷ τῦ νομοθέτυ διάνοιαν. καὶ ὠοὸς τ Δημήτριον εἶπε· πῶς τηλικῶτων σωντετελεσμένων βιβλίων ἐπιβάλλετο τ Ἱστοεικῶν ἢ Ποιητῶν ὑπομνησθῆναι; ἐκεῖνος δὲ ἔφη, διὰ τὸ σεμνὴν εἶναι τὴν νομοθεσίαν, καὶ διὰ θεῦ γεγονέναι. καί τ ὑπαλλομένων τινὲς, ὡσὸ τῦ θεῦ πληγῆτες, τ ὑπολῆς ἀπέστησαν. καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεσπόμπυ, διότι μέλλων τινὰ τ ὠοσμελλομένων ὑπεφαλέστερον ἐκ τῦ νόμυ ὠοσισορεῖν, ταεαχὴν λαβεῖν τ διανοίας πλεῖον ἡμερῶν τριακονθα. κατὰ ὃ τῷ ἄνεσιν ἐξιλάσκεσθαι τ θεὸν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τίνος χάεν τὸ συμβαῖνόν ἐστι· δι' ὀνείευ δὲ σημανθέντος, ὅτι τὰ θεῖα βάλεται ὠεοιεχαεάμως εἰς κοινὸν

Quæ & ipſa cum eſſent Regi denunciata, valde eſt gaviſus. Nam putabat ita præclare ſuum inſtitutum eſſe ad perpetuitatem confirmatum. Ac quidem cum ipſi omnia eſſent prælecta, valde admiratus eſt legiſlatoris mentem. Et ad ipſum Demetrium dixit: Quare tanti operis nullus Hiſtoriographorum aut Poetarum aggreſſus ſit mentionem facere? Ille inquit: Quia iſta lex eſt ſacroſancta, & divinitus lata: tum quia nonnulli aggreſſi, divina plaga territi, ab inſtituto deſtiterunt. Nam audivi Theopompum, cum vellet quædam ex iſta lege, tum non ita commode verſa, in ſuam hiſtoriam inſerere, animo fuiſſe turbatum ultra dies triginta: & in morbi intermiſſione cum exoraſſet Deum votis, ut ſibi declararet, quam ob cauſam hoc ſibi accidiſſet: in ſomno ei fuiſſe indicatum, ideo accidiſſe, quia divina ſtudio ſuo evul-

νὰς ἀνθρώπους ἐκφέρειν· ἀποχρώμενον δέ, ἅτως ἀποκατασῆναι. ἢ ὡς Θεοδέκτῃ δέ, ἕ τῶν τραγῳδιῶν ποιητῆ, μετέλαβον ἐγὼ, διότι ὠδαφέρειν μέλλοντός π τ ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ βίβλῳ ὡς π δεῖγμα, πὰς ὄψεις ἀπηγλυκλωθῆ· καὶ λαβὼν ὑποόνοιαν, ὅτι διὰ τῦτ' αὐτῷ τ' σύμπωμα γέγονεν, ἐξιλασαίμενος τ θεὸν ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἀποκατέῃ.

Μεταλαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, καθὼς ὡρέπτον, ὡς τ ἕ Δημητρίᾳ, ὡρσκυνήσας, ἐκέλευσε μεγάλῃ ἐπιμελείᾳ ποιεῖσθαι τ βιβλίων, καὶ σωτηρεῖν ἁγνῶς. ὠδεκαλέσας δὲ καὶ τὰς ἑρμηνείας, ἵνα ὠδαγίνωνται πυκνότερον πρὸς αὐτὸν, ἐὰν ἀποκαλάσωσιν εἰς τὴν Ιουδαίαν. δίκαιον γὰ, εἶπε, τὴν ἐκπομπὴν αὐτῶν ἡμεῖσθαι. ὠδεγμνηθείσας δὲ, ὡς θέμις, ἔχει αὐτὰς φίλας, καὶ πολυδωρίας τ μεγίστης τυγχάνῃ παρ' αὐτοῦ. τὰ δὲ πρὸς τὴν ἐκπομπὴν αὐτῶν ἐκέλευσεν ἑτοιμάζειν, μεγαλομερῶς πᾶς ἀνθρώποις χρησόμενον, ἑκάστῳ στόλας

evulgare conaretur, & referre ad multos homines. Hinc cum institutum intermisisset, dicitur fuisse liberatus à morbo. Accepi etiam de Theodecte tragico poeta, cum voluisset aliquid quod scriptum esset hoc libro, transferre in quandam suam fabulam, fuisse visum ei ablatum, donec perpendisset hoc sibi evenisse propter hoc suum factum, & per multos dies reconciliasset sibi Deum votis suis.

Hic auditis Rex, & (sicut diximus) accepta à Demetrio legis interpretatione, religiosa veneratione est eam prosecutus: & jussit magnam curam haberi librorum istorum, eosque religiose observari. Ipsos etiam interpretes rogavit, ut post reditum suum in Judæam crebrius ad se venire vellent. Jam enim justum esse ut ipsos dimittat: sed si redirent ad se, ipsos, ut par sit, pro amicis habiturum, & maximis muneribus ornaturum. Hinc jussit adornari quæ facerent ad illos deducendos, magnaque munificentia est in eos usus. Dedit cuique tres pulcherrimas stolas, &

στολὰς ἔδωκε τ κεφαίσων τρεῖς, καὶ χρυσίᾳ τάλαντα δύο, καὶ κυλίκιον τάλαντα, καὶ τελκλίνε πᾶσαν κατάστρωσιν.

duo talenta auri, & calicem talenti unius, & omnem ornatum qui in cœnaculis expandi solet.

Ἐπεμπε δὲ καὶ τῷ Ελεαζάρῳ μετὰ τῆς ἐκπομπῆς αὐτῶν ἀργυρόποδας κλίνας δέκα, καὶ τὰ ἀκόλουθα πάντα· καὶ κυλίκιον τάλαντων τριακοσίων, καὶ στολὰς δέκα, καὶ πορφύραν, καὶ στέφανον δάφνης πεπῆ, καὶ βυσσίνων ὀθονίων εἰς τὰς ἑκατὸν, καὶ φιάλας, καὶ τρυβλία, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς δύο εἰς ἀνάθεσιν· ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν, ἵνα ἐάν τινες τ ἀνδρῶν προαιρῶνται πρὸς αὐτὸν ἀναχωρῆσαι, μὴ κωλύσῃ. πρὸς πολλῷ γὰρ ποιήσεται τῆς πεπαιδευμένοις συνείναι, εἰς χρείας τε τ πλοῦτον κατατιθέναι δαψιλῶς, καὶ οὐκ εἰς μάταια.

Mittebat etiam Eleazaro simul in deductione illa, decem mensas argenteis pedibus præditas, & omnem earum ornatum, & calicem triginta talentorum. Stolas item decem, & purpuram, ac coronam insignem decore, tum circiter centum linteola byssina. Ad hæc, phialas & pelves, & duos aureos crateras ad libationes sacras. Præterea scripsit ad ipsum, & eum rogavit, ne prohibere vellet, si quando qui istorum virorum iter ad se susceperi essent. Nam sibi gratissimam futuram conversationem cum tam doctis & intelligentibus viris, seque malle suas opes large & magnifice conferre in tales homines, quam in alias non tanti momenti res.

Σὺ δὲ, καθὼς ἐπηγγειλάμην, ἀπέχεις τὴν δίηγησιν, ὦ Φιλόκρατες. τέρπειν γὰρ οἶμαί σε ταῦτα, ἢ τὰ τ μυθολόγων βιβλία. τείνουσας γὰρ πρὸς περιεργίαν, καὶ ἐν τούτοις τ πλείονα χρόνον διατε-

Atque ita, Philocrates, quemadmodum promisi tibi, habes historiam: quali puto te magis oblectari, quam libris eorum qui fabulas continent. Nam intentus es studio gravium rerum, & huc plus tem-

λεῖς.

λῆς. πειράσομαι δὲ κἀγὼ τὰ λοιπὰ τῶν ἀξιολόγων ἀναγράφειν· ἵνα διαπορεύσωμαι σοι, κομίζῃ τὰ βελεύματα τὸ κάλλιστον ἆθλον.

temporis impertis. Dabo autem operam, ut quæ alia commemoratu digna nanciſci potero, & illa ad te perſcribam: ut illis evolutis, conſequaris ſtudii tui pulcherrimum præmium.

FINIS.

HISTORIA
BAPTISMORUM,
CUM
HEBRAICORUM,
TUM
CHRISTIANORUM.

Digitized by Google

HISTORIA BAPTISMORUM,

CUM HEBRAICORUM, TUM CHRISTIANORUM.

Qua occasione etiam multi ritus ac consuetudines primorum Christianorum, tam circa Baptismum quam circa alia illustrantur.

DE Aquæ Baptismo locuturo mihi non male convenire videtur, ut in antecessum inquiram in primam ipsius inter Judæos originem, quatenus in eam penetrare licet: atque hinc porrò, quali modo, (is nempe qui Initiationis, seu Proselytismi Baptismus erat) in Christianismum è Judaismo transierit.

Qui cæteris Judæis signantius de hoc Baptismo loquitur est Rabbi Moses Ben Maimon, seu Maimonides; ut qui ipsum hoc modo, à Mose Legislatore repetit, ulteriusque describit: בשלשה דברים נכנסו ישראל לברית &c. quorum ulterior Judaicus contextus, tum apud ipsum Maimonidem, *Ischuri Bia* cap. 13. tum apud

Seldenum *de Synedriis* libro 1. c. 3. legi poteſt, dum hîc, compendii cauſâ, ſolam verſionem exhibeo. *Triplici ritu in fœdus intrarunt Iſraëlitæ, Circumciſione, Baptiſmo & Oblatione Circumciſionis uſus erat in Ægypto, juxta quod dicitur* [Exod. XII. 48.] *NEMO DE INCIRCUMCISIS DE EO COMEDET. Circumcidit eos omnes Moſes Magiſter noſter: nam neglexerant univerſi fœdus circumciſionis in Ægypto, excepta Tribu Levi. Ideoque dicitur de eis* [Deut. XXXIII. 9.] *ET OBSERVABANT FOEDUS TUUM. Baptiſmus autem erat in deſerto ante Legis dationem. De quo (ſeu de cujus origine) dicitur* [Exod. XIX. 10.] *SANCTIFICABIS EOS HODIE ET CRAS, ET LAVENT VESTIMENTA SUA. Oblatio autem, ſeu ſacrificium huc ex illo ſpectat* [Exod. XXIV. 5.] *ET MISIT MOSES JUVENES DE FILIIS ISRAEL, QUI OBTULERUNT HOLOCAUSTA. Pro univerſo ſcilicet Iſraëlitarum cœtu, Republica, ſive Eccleſia offerebant illa. Atque ſimili modo poſtea per omnia ſecula, quoties gentilis voluerit intrare in fœdus, atque ſub alis Majeſtatis divinæ colligi, jugumque Legis in ſe ſuſcipere, neceſſe fuit ut ei Circumciſio & Baptiſmus adhiberentur, præter Sparſionem Sacrificii. Et ſi fœmina fuerit, Baptiſmus & ſacrificium. Nam & dicitur:* [Num. XV. 15.] *UT VOBIS SIC ET PROSELYTO. Quid vobis factum? in fœdus intraveratis, Circumciſione (ſcilicet) Baptiſmo, & Sparſione Sacrificii: ideo etiam Proſelytus pariter Circumciſione, Baptiſmo & Sparſione ſacrificii per omnia ſecula ſequentia. At ſeculis in hiſce, quibus ſacrificium non habetur, neceſſe eſt, ut juxta jam dicta adhibeantur Circumciſio & Baptiſmus. Proſelytus circumciſus nec BAPTIZATUS, Baptizatus nec circumciſus, revera Proſelytus non ſit uſque dum Baptizatus fuerit, tum circumciſus. Baptizari autem debet coram Triumviris. Et cum ſit res forenſis ſit, (ſeu, ad domum judicii ſpectet) non ſolent Baptizare*

ptizare quenquam in Sabbato, aut die feſto, neque nocte. Licet ſi quis temporibus illis baptizatus fuerit, Proſelytiſmum ipſe interim nactus fuerit. Proſelytum minorennem baptizare ſolent ex ſententia (ſeu profeſſione) Domus judicii: quod ita ſatis ipſi proficit. Gravidæ, ſi facta ſit Proſelyta, proli baptiſmo opus non eſt. Si quis clam baptizatus fuerit, & ſic clam fuerit factus Proſelytus; etiam ſi coram duobus, pro Proſelyto tamen revera non habetur. Si dixerit ſe Proſelytum factum eſſe in Domo judicii [NB] ab eaque ſe baptizatum, fides ei non ita habetur, ut inde in congregationem (Eccleſiam, rempublicam) Iſraëlitarum admittatur, antequam attulerit de ea re teſtes. Si connubio ſive Iſraëlitidi junctus fuerit, ſive Proſelytæ; & inde liberos habet, & dixerit ſe clam (ſeu ſecreto) per ſe proſelytum eſſe factum, eouſque fides ei habetur, ut inde ipſe pro non legitimo Proſelyto cenſeatur: unde tamen liberorum juri nihil derogatur. Ipſe vero ablegatur ad forum, quo rite eſt baptizandus.

Ut autem aliquid ſuper hiſce Maimonidis verbis notem; miror admodum tantum virum, hæc de *Lotione veſtimentorum*, tam facile de *Lotione corporis* accipere, atque inde argumentum pro Baptiſmo Proſelytorum deſumere: cum clare conſtet *lotionem veſtimentorum* ſatis accurate à Moyſe diſtingui ab *Lotione ipſius corporis*. Namque Exodi cap. XIX. quidem habetur: *Ito ad populum, ut ſanctifices eos hodie & cras, & lavent veſtimenta ſua: ut ſint parati in diem tertium*, &c.

Verum hæc illuſtrantur per illa, quæ Num. cap. XXXI. 23. & 24. ita habentur: *Quicquid fert ignem tranſmittite per ignem, ut mundum ſit: veruntamen aqua ſeparationis purgator. Quicquid autem non fert ignem, transmittite per aquam. Et lavabitis veſtimenta die horum ſeptimo, ut mundi ſitis; ac poſtmodum venietis in caſtra.*

Sicut vero hîc de præda loquitur, ſic de attacto cadave-

re Levit. XI. v. 25 & 28. & Levit. XIV. 47. de iſtis qui in leproſa domo cubuerant, vel comederant. Cum contra de ipſis leproſis hominibus dicatur, v. 8. & 9. *Tum qui purgandus eſt, abluens veſtimenta ſua, & radens totum pilum ſuum, lavabitur aqua, ut mundus ſit, & poſtea veniet in caſtra: ſed emanebit extra tentorium ſuum ſeptem dies. Eritque die ſeptimo ut radat totum pilum ſuum, caput ſuum, & barbam ſuam, ſuperciliaque oculorum ſuorum, denique totum pilum ſuum abradat: &, ablutis veſtimentis ſuis, lavabit carnem ſuam aqua, ut ſit mundus.*

Ubi lotionem corporis à lotione veſtimentorum diverſam ac diſtinctam habemus: velut & Cap. XV. v. 13. *& abluet veſtimenta ſua: deinde lavabit carnem ſuam aqua viva.* Quibuſcum plura alia loca (ut Cap. XVI. & XVII. & XIX, tum & Num. VIII. & XIX.) conferenda ſunt. Cum de ſolius corporis lotione loquatur legiſlator Exod. XL. ubi de Aarone & filiis ejus ait (v. 12.) *Et lavabis eos aqua.*

Quum itaque *lotio veſtimentorum* à *lotione corporis* diſtinguatur; *Lotioque* nunc *veſtimentorum*, nunc *ſolius corporis*, nunc denique *utriuſque*, *tum corporis*, *tum veſtimentorum* præcipiatur; neque 2°. *lotio veſtimentorum* habeatur pro initiatione; ſed contra ut purificatio, ac ſanctificatio conſideretur; ut inde magis ſancti ac puri accederent ad montem, ut ſpectarent ac viderent mirabilia illa ibi facta atque à Moyſe deſcripta: & *Circumciſio* contra eſſet *ſignum fœderis jam olim cum Abrahamo, ac poſteris ipſius initi;* non certe inde petendus videtur Baptiſmus ille, quo poſt Circumciſionem Proſelyti poſteris temporibus ulterius initiabantur.

Adde quod verba illa, Num. XV. v. 15. *Ut vobis ſic & Proſelyto*, huc minime faciant, neque ſpectent ad Proſelytiſmum, ſed ad *ſacrificia*, *holocauſta* quæ erant, ad ingreſſum in terram promiſſam æque à peregrinis, inter ipſos verſantibus, quam ab ipſis Iſraëlitis offerenda.

Præ-

Præterea, quod hîc maxime monendum, omnes Rabbini non fuerunt ejuſdem cum Maimonide ſententiæ. Quod ex Gemara (Tit. Jabimoth Cap. 4. fol. 46.) hoc modo liquet:

ת"ר (תנוי רכנן seu) גר שמל ולא טבל רבי אלעזר אומר הרי הוה גר שבן מצינו באבותינו שמלו ולא טבלו טבל ולא מל רבי והושע אומר הרי הזה גר שכן מצינו באימהות שטבלו ולא מלו וחכמים אומ' טבל ולא מל מל ולא טבל אין גר עד שימול וישכול

Tradunt Rabbini de eo, qui circumciſus fuerit, nec baptizatus, dixiſſe Rabbi Eliezer eum Proſelytum fuiſſe: quoniam invenimus ſic de Patribus noſtris; eos ſcilicet Circumciſos eſſe nec Baptizatos. De Baptizato autem nec Circumciſo dixiſſe Rabbi Joſuam, Proſelytum eum fuiſſe, quia ſic invenimus de Matribus (noſtris) quæ Baptizatæ ſunt nec Circumciſæ. Sed Sapientes pronuntiarunt, ſi quis Baptizatus fuerit nec Circumciſus, aut Circumciſus nec Baptizatus, eum Proſelytum non eſſe uſque dum fuerit tam Baptizatus quam Circumciſus.

Quin & ipſe Seldenus (cui, fateor, hæc debeo) tam parum fidere audet Maimonidæ, illisque, qui ejuſdem cum ipſo opinionis ſunt, ut poſt illa, quæ tam large, ex ipſius (Maimonidis) Titulo *Iſchuri Bia* cap. 13. adduxi, ſubjungat: *Sed nec defuere ex Judæis Chriſtiani aliquot, qui Baptiſmum hunc toties à Magiſtris memoratum, non à Moſaico inſtituto manaſſe, nec adeo fuiſſe vetuſtum aſſeruerint; ſed Chriſti exemplo etiam inter eos introductum, nec antea fuiſſe in uſu.*

Quod tamen verum eſſe, non magis quam ipſe Seldenus, crediderim: quum non ſit veriſimile, Judæos, qui tanto odio perſequebantur Chriſtianos, aliquid ab illis mutuatos fuiſſe: licet aliàs videamus (ex Juliani Epiſtola ad Arſacium, tum & aliunde) ipſos Gentiles multa Chriſtianorum, ſerioribus ſeculis, imitatos fuiſſe.

Adde hiſce, quod idem Joannes Seldenus dicat, Wilhelmum Schickardum, de Proſelytorum per Circumciſionem admiſ-

admiſſione loquentem, aſſerere, ex Raf Alphes; *Judæos ad differentiam Samaritanorum, addidiſſe Baptiſmum quendam:* hunc ſcilicet, de quo nobis nunc ſermo eſt.

Neque omittendum eſt, hunc eundem Seldenum, ita verba ſua ſuper hoc Baptiſmo (lib. 1. c. 3. de Synedriis;) concludere: *Veruntamen Patribus Chriſtianis, tum priſcis, tum recentioribus, paſſim eſt receptiſſimum, Baptiſmum Chriſtianiſmi in Circumciſionis locum ſucceſſiſſe, adeoque inſtar ejuſdem in poſteris repeti debere: cui eſt acquieſcendum.*

An autem hic Baptiſmus in Circumciſionis locum ſucceſſerit, infra latius examinabo: interim liquet ex modo allatis antiquitatem, ſive originem ipſius in Eremo nulla ſolida (ne quidem probabili) ratione, quenquam aſſerere poſſe: tum & ipſum Seldenum prioribus ſuis aſſertis plane diffidere.

Denique ipſe Joſephus, quam parum ſtare audeat Phariſæorum traditionibus (inter quas hic Baptiſmus certò numerandus eſt) Lib. XIII. cap. 18. Antiquitatum Judaicarum, his verbis ſatis clare oſtendit: Νῦν δὲ δηλῶσαι βέλομαι ὅτι νόμιμα πολλὰ τινὰ παρέδωσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων Διαδοχῆς, ἃ πρὸς οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωσέως νόμοις. καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα ἃ γεγραμμένα· τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. *Nunc enim indicandum eſt, quod multas conſtitutionum à Majoribus (ſeu Patribus) acceptas Phariſæi tradiderint populo, quæ non ſunt ſcriptæ inter Leges Moſaicas: & ideo Sadducæi his auctoritatem abrogant, dicentes, oportere eas tantum ſervari, quæ ſcripto continentur.*

Certe ut origo Euchariſtiæ à Judæis petenda eſt (ſicuti jam olim id ab aliis oſtenſum fuit;) ita & Baptiſmus Chriſtianorum à Judaiſmo repetendus.

At multos ac varios illi jam habebant Baptiſmos, qui nulla-

nullatenus erant initiationis in Judæorum Sectam, seu religionem. Namque præter illos tum vestimentorum, tum vestimentorum simul ac corporis, tum denique solius corporis, Baptismos, qui jam ipsius Mosis tempore in usu erant; ut Baptismus pœnitentiæ : unde Elias de Wides in *Reschit Cochma*, seu *Initio Sapientiæ*, ubi de pœnitentia loquitur: לטהר עצמו במבילה ואח"כ לקדש עצמו בתעניק וגו *Oportet pœnitentem purgare se LAVACRO, & postmodum sanctificare se JEIUNIO, &c.* Et Petrus Blesensis, *contra perfidiam Judæorum*, cap. XXVI. *Crediderunt Judæi, & adhuc credunt, sibi per aquam frigidam peccata dimitti. Unde & ipsi solent multis baptismatibus exerceri.* Quæ duo loca, fateor, magno Joanni Seldeno debeo : quem ulterius inspice cap. XXVI. de *Successionibus ad Leges Hebræorum.*

Sicut autem illi corporis sui καθαρισμὸς observabant per ipsius Baptismum; ita etiam aliarum rerum, seu instrumentorum purificationes per Baptismos exercebant. Hinc namque apud Marcum Evangelistam, de Pharisæis (qui maxime istis addicti erant, seseque, quoties à foro reveniebant forte ab aliquo ex vulgo sive עם ארץ, ex contactu, vel attactu impuri redditi essent, lavabant) hæc cap. VII. v. 4. habemus : καὶ ἀπ' ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι, καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν. *Et à foro (venientes) nisi Loti fuerint, non edunt. Et alia multa sunt, quæ acceperunt tenenda, (nempe) lotiones poculorum, & sextariorum, & æramentorum, & lectorum.*

Cui adde vers. 7 & 8. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. *Frustra vero me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum. Namque omis-*

ſo mandato Dei, tenctis traditionem hominum, Lctiones ſextariorum & poculorum; aliaque ſimilia hujuſmodi multa facitis.

Ortum vero Sectæ Phariſaicæ non altius repetere poſſumus quam à temporibus Haſmonæorum: ac quidem (prout Joſephus Lib. XIII. c. 9. tradit, non ante annum 140 nativitatem Salvatoris noſtri J. Chriſti antecedentem noti fuerunt. Nec dubitandum eſt, quin *traditiones* ac dogmata ipſorum, ſenſim ac temporum tractu multiplicata increverint: ſicuti id in *Traditionibus* ac *ritibus* Veterum Chriſtianorum, quos pro Apoſtolicis venditabant, perſpicimus. Atque hinc, puto, accidit, quod 24 circiter annis poſt conſtructum illud Oniæ Templum in Ægypto, ac tempore Hyrcani qui anno circiter, 126 ante Chriſt. N. Idumæos ad Judaiſmum convertit. Circumciſionis quidem, at nulla Baptiſmi, in ipſorum initiatione, ſeu Proſelytiſmo, mentio fiat.

Ita enim de ipſis modo nominatus Joſephus, Lib. XIII. cap. 17. Antiquit. Ὑρκανὸς δὲ καὶ τὰ Ἰδυμαίας αἱρεῖ πόλεις Ἄδωρα, καὶ Μάρισαν· καὶ ἅπασας τὰς Ἰδυμαίους ὑποχειρίους ποιησάμενος, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ περιτέμνειν τὰ αἰδοῖα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι θελοιεν. οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίδος γῆς καὶ τὴν περιτομὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου διαιταν ὑπέμειναν τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις ποιήσαντος. καιρὸν αὐτοῖς χρόνον ὑπῆρχεν, ὥστε ἕνα τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους.

Hyrcanus vero etiam Idumæa urbes cepit, Adora & Mariſſam, ſubjugatiſque omnibus Idumæis, edixit ut circumciderentur, & legibus Judaicis ſe ſubjicerent, niſi mallent è propriis pelli ſedibus. At illi amore patriæ admiſerunt & circumciſionem, & reliquum juxta judaicos ritus vivendi modum; atque ex eo primum tempore inter Judæos cenſeri cœpti ſunt.

Neque alibi in toto quoque Joſepho ejuſmodi Baptiſmus,

mus, circa Proſelytos exercendus memoratur. Cujus tamen, vel ſemel, ut exiſtimo, Joſephus meminiſſet, ſi in tali uſu, ac tam antiquæ originis, fuiſſet: quum occaſio ipſi minime defuerit. An vero Phariſæiſmus tam antiquus ſit, quam quidem Joſephus prætendit, merito in dubium revocari poteſt: cujus dubii forſan alibi rationes reddere conabor.

Ex illis quæ de pœnitentiæ, ſive expiationis Baptiſmo dixi, perſpici poteſt, Baptiſmum Joannis non novum omnino fuiſſe, viſumve novum: quod ad illum cujuſcunque fere ſortis ac conditionis homines, quin & permagna turba, accederent: neque ulla quæſtio ſuper eo moveretur; ſed ſolummodo dubitatio an is Joannes ipſe Chriſtus eſſet. Unde & conjectura fieri poteſt, ipſos Chriſtum, ſeu Meſſiam, cum tali Baptiſmo venturum exſpectaſſe.

At Chriſti noſtri Baptiſmus, ut ad illum accedamus, Baptiſmus non ſolummodo reſipiſcentiæ, verum & *initiationis* ſeu Proſelytiſmi erat. Atque in eo cum Judaico conveniebat, quod hic etiam aliquomodo *relinquendi erant pater, mater, frater, ſoror, &c.*

Videmus enim *regenerationem* illam *Myſticam* Judæorum, in eo quoque conſtitiſſe, quod hi Judæi, dum Proſelyti fierent, quaſi regenerarentur; repudiatiſque veris parentibus ac cognatis, in longe aliam familiam tranſirent. Quod ſatis bene ex Rabbinis oſtendit Eruditiſſimus J. Seldenus, cum in libro de Succeſſionibus (cap. 26.) tum & compendioſe magis Lib. II. c. 4. *De Jure Naturali & Gentium*, his verbis: *Quemadmodum autem novum ſic nomen Proſelyto acceſſit, ita etiam Natales plane novi. Adeo ut ſimulac initiabatur, Regeneratus haberetur. Non ſemel Talmudici* [Gemar. Babylon. ad tit. *Jabimoth* C. 2. fol. 22. a. & Cap. 11. fol. 97. b. Maimon. Halach. *Jebom Wechalitza* Cap. 1. & *Iſuri Bia* Cap. 14. Moſes Mikotzi præc. affirm. 51. fol. 135.

col. 4. *Schulcan Aruch* Lib. *Aben Haaſer* Cap. 157. ſect. 3.] גר שנתגייר כקטן שנולד דמי *Proſelytus, ex quo Proſelytus, velut infans, qui recens naſcitur, habetur; idque perinde ac ſi ex nova aliqua matre renaſceretur. Unde evenit, ut nulla dein ei reſtaret priſtina cognatio, ſeu ſanguinis relatio, nec fratrem, ſororem, patrem, matrem, liberos antegenitos omnino in ſuis haberet. Nomina hæc, etiamſi naturalia, eſſe deſiere. Quin ſi pater, mater, filius, frater ſimul fierent Proſelyti, nulla prorſus reſtabat cognatio ſeu ſanguinis inter eos relatio, & pro regula habetur:* כל שאר בשר ש־יו לו כשהוא גוי אינן שאר בשר *Quiſquis Proſelyto conſanguineus erat, dum fuit Gentilis, conſanguineus plane jam non eſt. Nempe jam velut primò creatus, aut è cœlo lapſus omnino novus homo fiebat, conſanguinitate priſtina non minus ac Gentiliſmo prorſus exutus. Unde nec ex jure ſanguinis priſtini ei ſuccedere quis potuit; ut alibi* [De Succeſſionibus in bona Cap. 26] *oſtendimus.*

Neque ſolus Tacitus huc reſpexit, dum lib. V. Hiſtoriarum ſic loquitur: *Circumcidere genitalia inſtituere, &c. tranſgreſſi in morem eorum, idem uſurpant. Nec quicquam prius imbuuntur, quam contemnere Deos, exuere patriam, parentes, liberos, fratres, vilia habere.* Verum & ipſe Salvator noſter huc reſpexiſſe videtur, cum Matth. X. v. 37. ubi ait: *Qui diligit patrem aut matrem amplius quam me, non eſt dignus me: & qui diligit filium aut filiam amplius quam me, non eſt dignus me:* tum Luc. XIV. 26. *Qui venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem ſuam, & fratres ſuos, & uxorem ſuam & filios ſuos, & etiam animam ſuam, diſcipulus non poteſt eſſe mihi.* tum denique Matth XIX. v. 28. & 29. *Vos qui ſecuti eſtis me in Regeneratione, &c. Et quiſquis reliquerit domos, aut fratres aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut liberos, aut agros CAUSA NOMINIS MEI, centuplicia accipiet*, &c. Quaſi dicere vellet: *Vos cum Proſelytiſmo regeneramini ob nomen Iſraëlita, ſeu civitatem Judaicam acquirendam, derelinqui-*

tis

tis patrem, matrem, &c. *At vos ipsi, si ob nomen meum* (Christi) ac civitatem *cœlestem, quæ inde acquirenda est, non relinquitis Patrem, &c. me indigni estis, ac discipuli mei esse non potestis. Contra autem vos, qui in Regeneratione ista* (seu παλιγγενεσία) *qua, ut de novo nati, fratres mei facti estis, me sequimini : ac quidem CAUSA NOMINIS MEI reliquistis familias, patres, matres, &c. centuplicia accipietis, ac loco civitatis Judaicæ, jurisque illius ac prærogativarum, ac hæreditatum, quæ inde dependent, accipietis, vitam æternam, & hæreditatis jure possidebitis.*

Illi namque Baptizati Christum induerant, i. e. fidem in Christum, ejusque Evangelium per regenerationem ex aqua ac spiritu testati fuerant, sicut Proselyti Judaismum per suam Baptismi regenerationem, per aquam solam : additis tamen cæteris ritibus ac confessionibus, quæ circa ipsorum Baptismum solennes erant.

Notandum porrò quod Baptismus ille Proselytorum apud Judæos res forensis fuerit; neque Ecclesiasticus, nisi quatenus Ecclesia Judaica, totam rempublicam Judaicam designaret, non vero ritus mere sacer : sed potissimum politica spectaret. Hinc namque Maimon. [*Schan Aruch* lib *Jore Dea* C. 268. 9 3.]

גר שמל ולא טבל או טבל ולא מל אינו גר עד שימול וימבול וצריך
מטבול בפני שלשה וחואיל והדבר צריך בית דין אין מטבלין
בשבת ולא ביום טוב ולא כלילא ואם המביל והו הרי זה גר

Proselytus, qui circumciditur, nec tamen baptizatur, aut qui baptizatur, nec circumciditur, Proselytus neutiquam habendus, antequam tam baptizetur, quam circumcidatur. Neque legitimus erat Baptismus, nisi coram Triumviris perageretur. Et quum ACTUS sit FORENSIS, ideo nec sabbato rite satis adhibebatur, nec die festo, nec noctu. Quibus temporibus nihilominus, si forte adhiberetur, Proselytus quidem is erat, qui sic baptizatus. Ad quæ posteriora Maimonidis verba, de

Triumviris, Eruditiſſimus Seldenus hæc notat : *Triumviri nempe, qui huic negotio ſic præerant, Fori genus erant, ſive auctoritate publica, ſive velut ex compromiſſo, ſeu auſpiciis eorum, quorum intererat, ut & in rebus aliis aſſolebat, ſelectum.*

Multa hic addi poſſent ad rem hanc ulterius illuſtrandam; quamvis minus neceſſaria : ſed illa commode apud dictum Seldenum, tum & alios reperiri poſſunt.

Ut igitur ad Chriſtianos me convertam ; illorum Baptiſmus mere Eccleſiaſticus ac ſpiritualis erat, res ſacra ac (quod magis ſtringit) mandatum Divinum : uti ex ſequentibus clarius patebit. Hunc, præterea, unusquiſque, ac fidem Chriſtianam; ſeu Evangelii, converſus pro ſolo ſemetipſo, non vero ſimul pro poſt futuris ſuſcipiebat. Hinc enim iſta:

Qui crediderit, ac baptizatus fuerit.

Interim *Regeneratio* illa Chriſtianorum, ſicut plane myſtica, ſeu ſpiritualis, atque adeo Eccleſiaſtica erat, ſic, cum Seldeno, exiſtimo, eò reſpexiſſe Salvatorem noſtrum, in colloquio iſto nocturno cum Nicodemo habito; dum aiebat: *Ἐαν μήτις γεννηθῆ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Si quis non ſit natus denuò, non poteſt intrare in Regnum Dei :* Porro, mere myſticum, ſeu Eccleſiaſticum, minime vero forenſem, fuiſſe Baptiſmum Chriſtianorum, ulterius oſtendunt illa, quod ipſe Salvator noſter dicat [Joan. XVIII. v. 36.] *Regnum ſuum non eſſe mundanum*, ſed cœleſte : quod propterea fere perpetuo *Regnum Cœlorum* ac *Regnum patris ſui ac Dei*, nominat : quibus Reges hujus mundi opponit.

Secundo, quod Baptiſmus ſolummodo ab Apoſtolis, ab Evangeliſtis, atque à Diaconis, Eccleſiæ Chriſtianæ capitibus, aut miniſtris, adminiſtraretur; niſi quandoque tempore ac caſu neceſſitatis, etiam à Laicis. Quod tamen cir-

circa tempora Apoſtolica, non ita liquet fuiſſe factum: quamvis Tertullianus id (neque plane abſque ratione, ut puto,) in Euchariſtia approbet; ut & in hoc Chriſtianorum Baptiſmo (libro de Baptiſmo cap. XVII.) his verbis: *Dandi quidem habet jus ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus. Dehinc Preſbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem. Quo ſalvo ſalva pax eſt. Alioquin etiam Laicis jus eſt. Quod enim ex æquo accipitur, ex æquo dari poteſt, niſi Epiſcopi jam aut Preſbyteri, aut Diaconi vocantur dicentes Domini ſermo non debet abſcondi ab ullo. Proinde & Baptiſmus æque Dei cenſus ab omnibus exerceri poteſt: ſed quanto magis laicis diſciplina verecundiæ & modeſtiæ incumbit, cum ea majoribus competat, ne ſibi adſumant dicatum Epiſcopi officium, Epiſcopatus. Æmulatio ſciſmatum mater eſt. Omnia licere dixit ſanctiſſimus Apoſtolus, ſed non omnia expedire ſufficiat ſcilicet in neceſſitatibus ut utaris, ſicubi, aut loci aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. Tunc enim conſtantia ſuccurrentis excipitur, cum urget circumſtantia periclitantis.* Quibus adſtipulatur Hieronymus, (ratione Laicorum) adverſus Luciferianos.

Accedat, quòd (ab Apoſtolis ſaltem) ſi non ſemper, ſæpe tamen ſimul daretur donum Spiritus Sancti: quod & in familia Cornelii etiam ante Aquæ Baptiſmum accidebat. Namqueita S. Lucas cap. X. v. 44. Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, &c.

Tertio conſiderandum, quod Judæorum Baptiſmus Proſelytiſmi non continuaretur in poſteris; ſed (ſicuti jam ſupra ex Maimonide adduxi) quod *gravidæ, ſi facta eſſet proſelyta, proli Baptiſmo opus non eſſet.* Baptiſmus nempe in matre adminiſtratus, etiam proli nondum nato, pro Baptiſmo erat. Quin & ſi quis ſuſpectus eſſet, quod revera non

non eſſet proſelytus; *modò Iſraëlitidi, aut Proſelytæ connubio junctus eſſet*, id liberorum juri, quo minus inter Judæos numerarentur, nihil derogabat. Ita ut, hic Proſelytiſmi Baptiſmus, in parentibus, ſive utriſque, ſive altero alterave eorum ſemel adminiſtratus, in æternum perduraret; neque in poſteris iterandus eſſet.

Contra autem Baptiſmus Chriſtianus renovandus, ſive iterandus erat in poſteris: ita ſcilicet, ut fidelium, ſeu jam ante Baptizatorum liberi, in teſtimonium fidei ſuæ in Jeſum Chriſtum; ac quod ſeſe ipſius Legibus, præceptiſve Evangelicis, adeoque Chriſtianæ diſciplinæ ſubjicerent, æque atque ipſorum parentes fideles Baptiſmo initiandi eſſent: quum circumciſio Judæorum, nullam pœnitentiam, nullam reſipiſcentiam, nullamve regenerationem myſticam, per veteris hominis abjectionem &c. deſideraret, aut exigeret. Quod ſimul argumento eſt Baptiſmum hunc non in locum Circumciſionis ſucceſſiſſe. Verum aliquid infra adhuc latius de hac re afferam. Interim nullum exemplum extat ullum hominem, vel tempore Apoſtolorum, vel primis poſt illos ſeculis, abſque hoc Baptiſmo membrum Eccleſiæ Chriſtianæ factum fuiſſe, aut ad Euchariſtiæ Chriſtianæ communionem fuiſſe admiſſum.

Exſurgunt tamen inter nos nunc homines, Fauſti Socini (hac ſaltem in parte) imbuti doctrina ſive opinione, qui aſſeverant, hunc Chriſtianorum Baptiſmum non ulterius continuationis ſuæ terminos extendiſſe, quam ad primos ex Judæiſmo vel Ethniciſmo ab Apoſtolis, viriſve Apoſtolicis, converſos: hincque Baptiſmum nullatenus perpetuam ceremoniam (qualis Circumciſio erat) permanſiſſe: ſed, æque ac Baptiſmus Judaicus, deſiiſſe in primitus baptizatis, neque in poſteris Chriſtianis obtinuiſſe: niſi quod poſt Apoſtolorum tempora, ex erronea ſeu falſa traditione, illum ita in Chriſtianiſmum intruſerint, perpetuumque fecerint.

rint. Quæ opinio, ſane, operæ pretium eſt, ut paulo curatius examinetur : quum addant, nulla exempla extare in S. S. quibus oſtendi queat, ullos in Eccleſiam Chriſtianam intrantes ; ſi à baptizatis parentibus orti eſſent, fuiſſe baptizatos.

Ad quæ optime reſponderi poteſt ; non mirum eſſe nulla talia comparere exempla, quod non eo uſque ſeſe extendat Hiſtoria Sacræ Scripturæ, quum à die Pentecoſtes illius qua 3000 hominum baptizati fuerant, uſque ad iſtam S. Pauli captivitatem, qua Cæſareâ Romam devectus fuit, ſolummodo 23 annorum ſpatium intercurrat : ac poſt illius Pentecoſtes diem pauci admodum Baptizati exprimantur; neque ullus dum per biennium dictus Paulus cum omni libertate in ipſa urbe Roma Evangelium Chriſti prædicavit. Quis autem inde concludere auderet, nullos alios interim baptizatos fuiſſe? Præterea S. Lucas nobis deſcribit Hiſtoriam fere ſolorum Apoſtolorum Joannis, Petri ac Pauli, quibus ipſe pro magna parte præſens fuit : nullamque fere facit mentionem prædicationum, aut Baptizationis, cæterorum Apoſtolorum aut Evangeliſtarum ; ſicut illa neque in Epiſtolis occurrunt. An vero inde concludendum quis putet iſtos cæteros Apoſtolos atque Evangeliſtas Evangelium non prædicaſſe; ſaltem nullos baptizaſſe?

At primi inter Chriſtianos Scriptores, Juſtinus, Tertullianus aliique de Baptiſmo, ut de Ceremonia ex præcepto Divino continuata, loquuntur. Sic namque de illo Tertullianus, initio libri de Baptiſmo, dum contra Marcionitas, (ac quidem ſpeciali modo contra Quartillam, fœminam iſtius ſectæ) diſputat : *Fœlix Sacramentum aquæ noſtræ, quia ablutis delictis priſtinæ cæcitatis, in vitam æternam liberamur.* Marcionitæ, interim, non plane aquæ Baptiſmum abrogatum volebant, ſed illum non niſi in in-

nuptis probabant. Hinc enim de Marcione idem Tertullianus, cap. 29. Libri 1. contra Marcionem. *Non tinguitur apud illum caro niſi virgo, niſi vidua, niſi cælebs, niſi divortio Baptiſmum mercata*, &c. Quod nempe is Marcion, perhibente Tertulliano (qui in omnibus fere nimia acredine contra adverſarios utitur.) *Matrimonium ut malum, & impudicitiæ negotium reprobaret*: ac contra ipſe (ubi de pædobaptiſmo loquitur) *Baptiſmum differri tutius, confert in innuptis, virginibus & viduis*, dum ita cap. XVIII. loquitur: *Non minore de cauſa innupti quoque procraſtinandi; in quibus tentatio præparata eſt, tam virginibus per maturitatem, quam viduis per vagationem: donec aut nubant, aut continentiæ roborentur.*

Hæc autem dicta fuiſſe de ſolis iſtis, qui ex Judæiſmo aut Ethniciſmo tranſeuntes ſeſe Chriſtianæ Doctrinæ ac diſciplinæ vel ſectæ (uti ipſe Tertullianus in Apologetico loquitur) tradiderant, minime veriſimile eſt: imprimis ſi illis addas quæ, libro de Reſurrectione carnis cap. XLVIII de Baptiſmo *pro mortuis* adducit.

Quin non tantummodo ipſum Baptiſmum pro mandato Chriſti atque Apoſtolorum habet; ſed & ritus multos ipſi adjunctos, ex traditione Apoſtolica fluxiſſe firmiter credit. Ita enim ille, libro de Corona cap. III. *Aquam adituri ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare Diabolo, & pompæ, & Angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam præguſtamus. Exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus.* Ac poſt nonnullos alios ritus interjectos (quos tamen omnes ſi ab Apoſtolica ætate, non ab auctoritate Apoſtolica fluxiſſe, omnes credant: nam multa jam Apoſtolorum ætate, inter Chriſtianos, ſaltem nonnullos, obtinebant, quæ non Apoſtolicæ

ſtolicæ Doctrinæ aut inſtitutionis eſſent) ita pergit : *Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules Scripturarum, nullam invenies : traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix. Rationem traditioni, & conſuetudini & fidei patrocinaturam aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo qui perſpexerit diſces. Interim nonnullam eſſe crede, cui debeatur obſequium.*

Hæc ille non Ethnicis, ſed Chriſtianis (quod notandum) ſcribit : Juſtinus vero ita ſolis Ethnicis; unde magis ille videtur ad ſolos Ethnicos reſpicere : cum tamen illa, quæ de Baptiſmo (in Apologia 2.) narrat, æque ad Chriſtianos, eoſve qui ex Chriſtianis nati erant, ſpectent : Ὅσοι ἂν πιθῶσι καὶ πιστεύσωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιῶν ἔτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, &c. *Quicunque perſuaſi fuerint, & crediderint vera eſſe quæ à nobis traduntur & dicuntur, ac vivere ſe ita poſſe receperint; orare jejunantes, & petere à Deo priorum peccatorum remiſſionem docentur, nobis cum illis una & orantibus & jejunantibus. Deinde eo ducuntur à nobis ubi aqua eſt; atque eo regenerationis modo, quo ipſi regenerati ſumus, regenerantur.*

Ad hunc Baptiſmum reſpicere Plinium Juniorem in Ep. 97. libri ad Trajanum mihi nullum dubium eſt, dum inter alia de Chriſtianis ait : *Seque Sacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne ad ulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum abnegarent.* Etenim Chriſtianos, jam iſto ævo Baptiſmum Sacramentum appellaſſe, ſatis clare patet ex hiſce Tertulliani verbis (initio libri de Baptiſmo). *Felix Sacramentum aquæ noſtræ; quia ablutis delictis priſtinæ cæcitatis in vitam æternam liberamur.* Tum & ex his verbis quæ habet lib. I. c.

adverſus Marcionem : *Et in hoc totum ſalutis Sacramentum carnem mergit.* Sicut & alibi ſimpliciter aut lavacri aut *Baptiſmi Sacramentum* illud vocat. Quæ vox Sacramentum à militia deſumpta Chriſtianis fuit. Ita namque Servius ad Virgilii 2. (ac quidem verba Sinonis) *Legitima erat militia, qua ſinguli jurabant ſe pro republica facturos, nec diſcedere niſi completis ſtipendiis, i. e. militiæ temporibus; & id Sacramentum vocabatur.* Etenim jurabant ſic in nomen ſui Ducis ſeu Imperatoris. Unde Tacitus lib. I. *Addebat Meſſala Valerius renovandum per annos Sacramentum in nomen Tiberii.* Græci utebantur vocabulo ὅρκος. Unde Herodianus lib. II. de Pertinace : Εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τὰς σωτηρίους ὅρκους ὁμόσαντες καὶ θύσαντες καὶ δαφνηφορήσαντες πᾶς ὁ δῆμος καὶ τὸ στρατιωτικόν. *Atque in ipſius nomen conſuetum Sacramentum præſtantes, factaque re divina, laureati omnes, populus atque exercitus proſequebantur.*

Hincque rurſus Tertullianus, ad Martyres : *Vocati ſumus ad militiam Dei vivi, jam tunc cum in Sacramenti verba ſpondimus.* Quid quod & ipſi Gentiles (ut hoc ὡς ἐν παρενθέσει addam) *Sacramentum ſuum militare etiam Myſterium* appellarint. Ita enim Herodianus lib. VIII. de Maximino: Ὁ στρατιωτικὸς ὅρκος τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. *Juramentum (ſeu Sacramentum) militare Romani Imperii venerabile Myſterium eſt.* Porro, Apoſtolum Paulum Chriſtianam Diſciplinam appellare, plus ſemel, militiam, notius eſt, quam quod id operoſe oſtendatur.

Quando autem Salvator noſter Matth. cap. XXVIII. v. 19. ait : Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. *Baptizantes eos in nomen Patris, Filii, ac Spiritus Sancti.* Minimè (quod notandum eſt) formula, circa Baptiſmi ritum obſervanda præſcribitur. Sed tantummodo ibi indicatur, in quorum nomen illud Sacramentum iſtis Bapti-

Baptizandis præſtandum eſſet : ut nempe non ſolum Patrem (quem unicum Judæi agnoſcebant ; ſicuti nec Gentiles aut *Filium* aut *Spiritum Sanctum* noverant) ſed etiam *Filium* agnoſcerent jam miſſum; tum & *Spiritum Sanctum*, *adhuc mittendum;* ſicut dona etiam, poſt miſſionem, per Apoſtolorum mediationem, ſæpe, quamvis non ſemper, jam Baptizatis per ipſos donabantur : dum interim Apoſtoli, virique Apoſtolici, ut à Magiſtro ac Domino ſuo Jeſu miſſi, illos, qui jam in ipſum credebant, *in nomen Jeſu*, ſeu Jeſu Chriſti baptizarent. Quæ verba tamen, (*in nomen Patris, Filii ac Spiritus Sancti*) poſteriores Chriſtiani, quod nulla alia formula ab Apoſtolis præſcripta videretur, tandem pro *formula*, in Baptiſmo, aſſumpſerunt.

Unde optime Erudit. G. J. Voſſius (quod poſt hæc jam à me conſcripta tandem apud ipſum lego) Diſput. II. Theſ. V. *de Baptiſmo : Neceſſaria verborum formula, qua in baptizando uti nos juſſerit Chriſtus, nulla, ut putamus, in Scripturis invenitur. Neque neſcimus, non junioribus modo, ſed etiam veteribus, fere ita perſuaſum eſſe, Salvatorem nos iſtis verbis adſtrinxiſſe : BAPTIZO TE IN NOMINE PATRIS, FILII, & SPIRITUS S. Verum huic ſententiæ obſtat, quod non ait Chriſtus: Ite, & docete omnes gentes, DICENTES: Baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. Sed contentus ſit dixiſſe, BAPTIZANTES : quod fieri poteſt*, etiamſi ſimpliciter dicatur, *BAPTIZO TE IN NOMINE DEI*, vel *JESU CHRISTI. Nam Baptizari in alicujus nomen, eſt ei per ablutionem initiari, & conſecrari in religionem & cultum, ut illius arbitrio vivamus. Atqui hoc fit, ſeu dicas in nomen Dei, ſeu Trinitatis, ſeu Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ſeu Jeſu Chriſti, ſeu ſimile quid; ſed ἰσοδυναμῶν. Itaque licet in Actis legamus.* [Act. II. 38. VIII. 16. & XIX. 5.] *Apoſtolos baptizaſſe IN NOMEN JESU : non tamen hac formulâ eſſe uſos conſequitur, EGO TE BAPTIZO IN NOMEN*

JESU : ſimiliter nec cum juſſi ſint baptizare IN NOMEN PATRIS, FILII ET SPIRITUS SANCTI, eo juſſi ſunt hanc formulam uſurpare, BAPTIZATE IN NOMEN PATRIS, FILII, ET SPIRITUS S. Sed tum qui diceret, BAPTIZO TE IN NOMEN PATRIS, FILII, ET SPIRITUS SANCTI, baptizaret IN NOMINE CHRISTI : tum qui dicat, BAPTIZO TE IN NOMINE CHRISTI, baptizet in nomine Patris, Filii, ac Spiritus Sancti, &c.

Interim ſenſim plura alia quoque acceſſerunt, hic locorum ſerius, alibi vero citius, pro captu, ingenio, pietate, (ac quandoque ſuperſtitione) Antiſtitum : quod plurimæ Eccleſiæ initio, aut ex prædicatione Apoſtolicorum, aut ex ſola tranſitione crediderint : uti ex Antiquitate liquet. Ac ratione Reſponſionis in Actu Baptiſmi, id hæc verba Tertulliani indicant : *etiam aliquid amplius promittentes, quam Dominus in Evangelio determinavit.* Hæc tamen formula: (*in Nomen Patris, Filii, & Spiritus S.*) jam fere ab initio, poſt Apoſtolos, quod alia non ſcripto compareret, videtur ſucceſſu temporis aſſumpta, ac tandem facta fuiſſe quaſi univerſalis.

Quamvis ipſe Juſtinus Martyr id non diſerte indicet, dum in ſecunda Apologia ait : *Ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου, ἐν τῷ ὕδατι τότε λούτρου ποιοῦνται.* Nam in nomen rerum cunctarum Parentis & Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus Sancti, tunc in aqua lavantur.

Irenæi autem tempore diverſas (ſaltem inter hæreticos, ſic ab ipſo appellatos) obtinuiſſe formulas, is indicat lib. I. c. 17. ſicut & exempla affert. Neque plura hiſce addam: quod res hæc non ita hujus loci ſit, ut ambitioſe ille nunc tractetur. Hoc ſolummodo addam, etiam ipſos Arrianos, iſta formula: *in nomen Patris, Filii, ac Spiritus Sancti*, uſos fuiſſe, ſimul cum trina, in Baptiſmo, merſione.

Porro

Porro pro continuatione hujus ritus per aquam facit etiam *Anabaptiſmus* circa Hæreticos; qui (quod notandum) jam Tertulliani ævo apud quosdam Chriſtianos in uſu (ſive mavis abuſu) erat. Quantumvis ille maxime in Africa, tempore Cypriani viguerit. De quo Anabaptiſmo tamen adhuc infra latius loquar.

2. Pro hac continuatione Baptiſmi ſtat etiam *Baptiſmus pro mortuis*; qui & jam Apoſtoli Pauli tempore apud nonnullos Chriſtianos obtinebat; cujus quoque Tertullianus libro de Reſurrectione carnis, hoc modo meminit: *Si autem & Baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certe illa præſumptione hoc eos conſtituiſſe contendit, qua alii etiam carni Vicarium Baptiſma profuturum exiſtimarent ad ſpem reſurrectionis, quæ niſi corporalis, non aliàs ſic Baptiſmate corporali obligaretur. Quid & ipſos baptizari ait, ſi non quæ baptizantur corpora reſurgunt? Anima enim non lavatione, ſed reſponſione ſancitur.*

Ipſius autem Chryſoſtomi tempore hunc ſive ritum, ſive ſuperſtitionem inter nonnullos adhuc obtinuiſſe, oſtendunt Epiphanius, Theophylactus, & ipſe quoque Chryſoſtomus; cujus verba pag. 137. in Diſſertatione de Sacris Tauroboliis, attuli.

Hiſce accedant & gradus Catechumenorum, qui jam Tertulliani ævo obtinebant. Quos Catechumenorum gradus & Anabaptiſmum, ad ſolos illos reſpexiſſe, qui ex Judæiſmo aut Gentiliſmo ad Chriſtianiſmum convertebantur, nec temporum, nec hiſtoriæ, nec perſonarum ratio patitur; cum videamus ab Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis baptizatos fuiſſe etiam illos, qui Spiritu Sancto jam Baptizati erant (ſicut ex Cornelii familia Act. c. X. liquet) quin & iſtos, qui ex ante jam Baptiſmo Joannis baptizati fuerant; & ante illud ſecundum Apoſtoli Pauli Baptiſmo in Jeſum Chriſtum crediderant. Ita namque habemus Actor. cap. XIX.

Ἐγέ-

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ, Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον. καὶ εὑρών τινας μαθητὰς, εἶπε πρὸς αὐτούς. Εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν. Ἀλλὰ οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον· Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Εἶπε δὲ Παῦλος. Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας, τῷ λαῷ λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ' αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσιν, εἰς τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. ἐλάλουν τε γλώσσαις, καὶ ἐπροφήτευον. Ἦσαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο.

Factum est autem dum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum: ubi quum discipulos quosdam invenisset, dixit eis: num Spiritum Sanctum accepistis posteaquam credidistis? Illi vero dixerunt ei, imò sitne Spiritus Sanctus ne audivimus quidem. Tunc dixit eis, in quid ergo Baptizati estis? Ipsi vero dixerunt, in Joannis baptisma. Dixit autem Paulus, Joannes quidem baptizavit Baptismo resipiscentiæ, dicens populo ut in eum, qui venturus erat post ipsum crederent, hoc est in Christum Jesum. Qui vero (illum) audierunt, baptizati sunt in nomen Domini Jesu. Et quum imposuisset eis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus in eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes isti viri circiter duodecim.

Quin & ipse Apollos (à quo procul dubio hi 12 discipuli baptizati fuerant Baptismate Joannis) jam per aliquod tempus Evangelium Jesu Christi prædicaverat, dum nihil adhucdum de illo Baptismate, in quo etiam Spiritus Sanctus donabatur, inaudiverat; donec Aquila ac Priscilla eum ulterius super Evangelio hoc, ac quæ ad illud pertinerent, erudiverant. Ista enim habemus Act. XVIII. v. 24.

v. 24. & seqq Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀνὴρ λόγιος κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάννου. Οὗτός τε ἤρξατο παρρησιάζεσθαι ἐν τῇ συναγωγῇ· Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα προσελάβοντο αὐτὸν, καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.

Judæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, pervenit Ephesum, potens in Scripturis. Hic erat initiatus via Domini, & fervens Spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea, quæ sunt Domini, sciens tantum baptisma Joannis. Cœpitque libere loqui Synagoga. Quem auditum Aquila & Priscilla assumserunt, & penitius ei exposuerunt viam Domini.

Quis, quæso, talibus perpensis, credat Baptismum non fuisse ritum in posterum etiam in Christianorum liberis, jam fide imbutis, at nondum baptizatis exercendum? Quum ipsi Apostoli (quod jam in Paulo ostendimus) illos, qui jam baptizati in Jesum Christum credebant, denuo baptizaverint? vel ob hanc fere causam, ut ostenderent etiam Spiritum Sanctum per Baptismum quandoque donari. Qui tamen Spiritus Sanctus in Cornelii familia (Act. cap. X. v. 44.) Baptismum aquæ prævorterat. Contra tamen non semper in Baptismate, quod in nomine Christi fiebat, Spiritus Sancti dona accessisse, ostendit tum exemplum Philippi atque Eunuchi Act. cap. VIII. v. 37. &c. tum & ipsius Apostoli Pauli tam in familia Lydiæ (cap. XVI. 15. & 33.) uti & in illâ Custodis carcerum, seu δεσμοφύλακος.

Denique si Baptismus sese non ultra illos, qui aut ex Judæismo, aut ex Ethnicismo, ad Christianismum transibant, extenderit, perlibenter discere velim ab hujus opi-

nionis patronis, quonam circiter tempore, per quos vel quales, quanamque occaſione, tandem poſt Apoſtolorum, Apoſtolicorumque virorum, tempora, ille Baptiſmus, quo etiam à Chriſtianis parentibus nati natæve baptizabantur, in Chriſtianiſmum irrepſerit: quum primi poſt Apoſtolos, Apoſtolicoſque viros Chriſtiani (quibus occaſio erat de Baptiſmo loquendi) eum pro mandato, ac traditione Chriſti, atque Apoſtolorum habuerint. Sicut & libenter reſcirem, unde illi affirment Euchariſtiam, ſeu Sacram Cœnam magis eſſe cæremoniam perpetuandam (ut ſic loquar) quam quidem Baptiſmus ſit: magiſque eam eſſe ex mandato, atque inſtitutione D. Salvatoris, ipſiuſve Apoſtolorum: quoniam illa ne quidem directe, ſeu diſertis verbis mandata fuit. Ac ſolummodo Dominus noſter Lucæ cap XXII. v. 19. dicat: Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ubi id ſolis Apoſtolis dicit; neque exſerte mandat, iſtum ritum eſſe in perpetuum continuandum.

Neque aliter fere Apoſtolus Paulus ad Corinthios (Epiſt. I. cap. XI. v. 24.) Τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἀνάμνησιν. in quibus verbis nullam ritum hunc continuandi neceſſitatem impoſitam reperimus: quamvis primi illi, quos dixi, Chriſtiani (ac quidem recte) id ita ceperint.

At manifeſtum mandatum habemus in hiſce J. Chriſti verbis (Matth. XXVIII. v. 19.) Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε, &c. Tum & in hiſce (Marci cap. XVI. v. 15.) πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, &c. Nec dubito, quin iſtud *Evangelizandi* munus, cujus conſequens hic Baptiſmus ponitur, pro munere perpetuo, etiam inter Chriſtianos, coſque, qui à Chriſtianis parentibus nati ſunt, retinendum ſit.

Meo ſaltem judicio, ſicut Euchariſtia inſtituta, ac continuata fuit in ſignum mutuæ Chriſtianorum fraternitatis, &c. ac ſpeciem Sacramenti, quo eam ſic publice inter nos, ac

ac ſolenni ritu, teſtamur; ita & Baptiſmus in ſignum ac ritum ſolennem, quo ceu Sacramento publice (coram Deo atque Eccleſia) teſtamur ac promittimus, nos quam ſerio noſmet ipſos ſubmittere, (cum acceptatione fidei Chriſtianæ) obedientiæ mandatorum Dei ac Jeſu Chriſti, ſimulque Diſciplinæ vere Chriſtianæ.

Si jam oggerant illi, qui circa hæc F. Socini dogmatibus patrocinantur, de nullis ad fidem tunc (Apoſtolorum ſc. tempore,) converſis conſtare ex ipſa Sacra Scriptura, eos ſive ab Apoſtolis, ſive viris Apoſtolicis fuiſſe baptizatos, ſi à parentibus fidem Chriſtianam profitentibus, atque inde baptizatis nati eſſent; conſiderent illi, nos ſola iſta poſſidere Acta Apoſtolica, quæ à S. Luca conſcripta fuerunt; quæ paucorum valde Apoſtolorum acta, neque ſane omnia, comprehendunt. Perpauca enim Joannis ac Petri; plura Pauli, (decimi tertii iſtius Apoſtoli) nec tamen ipſius omnia, complectuntur: dum interim illorum, quæ Bartholomæus, Thaddæus, Matthias, cæterique, ratione Evangelii deprædicandi, &c. geſſerunt, nullibi in S. Scriptura mentio fiat], ſic, ut inde noſtri homines inde minime argumentari valeant.

Ac, ſi circa hanc rem, neque Tertulliano, neque aliis, fides habenda eſt; cur, quæſo, ipſis tam ſecure credimus, quando loquuntur de Canone Sacræ Scripturæ, ſuper quo tam diu, imo per ſecula aliquot, etiam ipſi, qui Orthodoxorum nomine veniebant, diſcreparunt. Ne jam de multis, quæ olim pro Canonicis habita, ac poſteris temporibus rejecta fuere, loquar; ut de quibus tum alii ſatis multa attulerunt; atque à me aliis occaſionibus allata fuerunt.

Præterquam, quod ſero admodum omnia illa, quæ nunc (& recte quidem) pro Canonicis habemus, ſcripta Evangelica atque Apoſtolica ubique nota eſſent, & in omni-

um manibus verſarentur. Etenim hinc jam tempore Irenæi (qui anno poſt natum Chriſtum 198 denatus eſt) multi Chriſtiani adhuc Scriptura carentes, ſoli traditioni circa fidem innitebantur. Unde & hic Irenæus lib. III. cap. 4. ita loquitur: *Quid autem, ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, nonne opportebant ordinem ſequi traditionis, quam tradebant iis, quibus committebat Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt* [nos diceremus *aſſentiuntur*] *multæ gentes Barbarorum, eorum, qui in Chriſtum credunt, ſine Charactere vel atramento ſcriptam habentes per Spiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligenter cuſtodientes, &c.*

Sic exſerte quoque Chryſoſtomus, initio Commentariorum in Acta Apoſtolica hæc tradit: Πολλοῖς τουτὶ τὸ βιβλίον ἀδ' ὅπως ἔστι γνώριμόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ, ἄνδρα τινὸς τοῦ σωθέντος. διὸ καὶ μάλιστα εἰς τοῦτο ἐμαυτὸν καθῆκα τὴν πραγματείαν. ὥστε καὶ τὴν ἀγνοοῦσαν διαπαίσασθαι, καὶ μὴ ἀφάνειαν τοσοῦτον λανθάνειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι θησαυρόν. *Multis liber iſte plane ignotus eſt, ſicuti & ignotum, quis illum compoſuerit. Quare etiam maxime hunc laborem ſuſcepi: ut (nempe) ad ipſum ignorantes ille traducatur: neque permittam ut talis theſaurus lateat, atque abſconſus maneat.*

Et interim hic Joan. Chryſoſtomus vixit, ac ſcripſit, circiter anno poſt natum Chriſtum 400. quo tempore tamen adhuc multis Chriſtianis Acta illa, quæ ſola habemus, adhuc ignota erant.

Scimus quoque quam diu inter ſe Chriſtiani (illi ipſi etiam, qui hactenus Orthodoxi audierunt) diſcreparint inter ſe, ac dubitarint, ſuper Epiſtola ad Hebræos; ſuper I. & II. Joannis; ſecunda Petri, & Epiſtola Judæ: unde & illæ (exceptâ Epiſtolâ ad Hebræos) in veteribus Syrorum codicibus non comparent; multoque minus Apocalypſis

lypſis Joannis, quem multi Orthodoxi etiam poſt annum 700 pro Canonico haberi nolebant. Ne jam loquamur de multis libris, qui primis Chriſtianiſmi ſeculis pro Canonicis habiti, ab ipſis Orthodoxis, (ſi non à cunctis, certe à plurimis) poſtea ex eodem Canone detruſi fuerunt.

Et tamen, quum tam ſecure huic veterum traditioni circa Canonem fidem adhibeant, idem facere nolunt circa Baptiſmum; de quo hi iidem *unanimi conſenſu* teſtantur, eum eſſe ceremoniam in perpetuum obſervandam, ſeu continuandam: ac quidem ex mandato J. Chriſti, ac traditione Apoſtolorum: tum & tam inſignibus exemplis ipſius Pauli Apoſtoli; quem tamen ad ſuas partes pertrahere conantur, quod dixerit I. Cor. XII. *Non me miſit Chriſtus Baptizare, ſed Evangelizare.* Interim vidimus illum, licet aliorum manibus, baptizaſſe (ne dicam rebaptizaſſe) qui jam ſemel baptizati fuerant. Ac ſi hoc ad literam (uti vulgo loquuntur) fuiſſet intelligendum, ad ſolum id Paulum pertinuiſſet. Nam cæteris Apoſtolis, ut *per totum mundum baptizarent omnes gentes* &c. diſertis verbis, ac quidem *ultimo mandato*, à Domino Jeſu Chriſto mandatum fuerat. Neque ulterius hæc verba trahi poſſent, quam iſta Dei, apud Eſaiam: *Volo obedientiam, & non ſacrificium.* Cum tamen minime Sacrificia per hæc Dei verba abrogata fuerint.

Verum enim vero non neceſſe eſt nobis, talia quærere ſubterfugia; ac quidem contra mentem S. Scripturæ, atque adeo ipſius quoque Apoſtoli Pauli.

At *gratias egit Deo* (1. Cor. I. v. 14.) quod tam paucos homines *Corinthi* baptizaſſet. Neque mirum id, quod inde argumentum ac patrocinium ſectarum, diverſarumque opinionum, contra alios defenſarum deſumerentur; quod hic à Paulo, alius ab Apollo, alius vero à Cepha (ſeu Petro) baptizatus, aliam quaſi doctrinam, aliaſve Sacr.

Scripturarum, vel Prophetiarum ſenſa hauſiſſent; ut ſic auctoritate hi illius, alii iſtius, alii denique alterius cujuſdam Apoſtoli contra adverſarios (quos nullos ratione opinionum, habere debuerant) pugnarent. Inde enim illud: *Ego ſum Pauli*; namque ab iſto baptizatus ſum; & is mihi talia tradidit; Ego ſum Apollos diſcipulus, ab ipſo quippe baptizatus; & is mihi talia tradidit: *Ego Cephæ*; &c.

Quæ quò tenderent, ac denique terminarent, bene pervidens Apoſtolus Paulus, de hac re Corinthios monet, ac gratias agit Deo, quod tam paucos *ipſe* baptizaverit; ut inde minus in titulum Schiſmatis ipſius nomen, (quaſi Hæreſiarchæ) uſurpari poſſet.

At μεγα ζήτημα ſibi reperiſſe videntur hi homines [ipſi præcipue Socinus atque Oſtorodius] in verbo Græco βαπτίζειν, quando illud pro *docere* capi, atque adeo pro *per doctrinam initiare* intelligi volunt, ac quidem ita, ut Act. XVIII. v. 25. & XIX. v. 3, & 4. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου (quo ad Jordanem baptizabat) pro *doctrina*, atque adeo *inſtitutione* Joannis (non aquæ Baptiſmo) capiendum ſit: & Matth. c. XXVIII. ubi dicitur: πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς, &c. vertendum eſſe: *Facite diſcipulos omnes gentes DOCENTES ipſos in nomine Patris, Filii, ac Spiritus Sancti: DOCENTES ipſos obſervare omnia iſta, quæ vobis mandavi.* Quam tamen abſurdam ταυτολογίαν pro figura Rhetorica haberi vult F. Socinus, homo aliàs ſatis acutus; ſicut & Marci (cap. XVI. v. 16.) verba, hæc ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, *qui crediderit, & doctus fuerit*, legenda atque intelligenda putat: quum interim ſecundum Apoſtolum Paulum . . *fides ex auditu*, i. e. inſtitutione audita ac percepta oriatur; ſemperque in converſis doctrina, ſeu prædicatio Evangelii præceſſerit: quamvis ſæpe ulterior inſtitutio (ne ſemper circa prima initia hærerent illi,

qui

qui jam diſcipuli facti erant, quod primordia Chriſtianiſmi jam didiciſſent) acceſſerit.

Verum enim vero, ſicut ipſa quæſtio hìc pro argumento ſumitur (nempe Act. XVIII. & XIX. ubi Baptiſmum Joannis, ut dixi, pro Doctrina Joannis ſumunt) ſic veriſſime conſtat, nullibi apud Græcos ſcriptores verbum illud βαπτίζειν ſumi pro *docere*. Unde tamen illud abſurdiſſimum *Docete in nomen* (εἰς ὄνομα, vel ἐπὶ ὀνόματι: namque ἐν ὀνόματι *per nomen* ſignificat, uti ex Marci c. XVI. v. 17. liquet) *Patris, Filii, & Spiritus Sancti*, extundunt.

Itane etiam Ap. Paulus iſtos Diſcipulos Epheſinos, qui jam in Jeſum Chriſtum credebant, quin & ipſi prædicabant Jeſum eſſe Chriſtum, interrogavit, *quanam Doctrina docti eſſent?*

At Joannes ἐβάπτισεν ὕδατι baptizabat aqua, ſicut ipſe teſtatur; quamvis addat (Marc. I. v. 8.) αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Quod tamen non contigit, niſi poſt ipſius (Salvatoris nempe) aſcenſionem in cœlos.

Interim ſecure admodum hi homines præterire videntur hæc Evang. Joannis verba (cap. III. v 22. &c) Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. καὶ ἐκεῖ διέτριβε μεθ' αὐτῶν καὶ ἐβάπτιζεν. Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν, ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ. καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο, &c. Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ· Ῥαββὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε, οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. *Poſtea venit Jeſus & diſcipuli ejus in Judææ territorium; & ille verſabatur inter eos, & baptizabat, baptizabat autem etiam Joannes in Ænonprope Salim; quoniam aquæ multæ erant illic, & veniebant, & bapti-*

za-

zabantur. . . . . Orta igitur eſt quæſtio (quibuſdam) ex diſcipulis Joannis cum Judæis de Purificatione : Venerunt-que ad Joannem, & dixerunt ei : Rabbi, is qui tecum erat apud trajectum Jordanis (cui tu teſtimonium dediſti:) ecce (is) BAPTIZAT; & omnes veniunt ad eum.

Tum & hæc (cap. 4.) Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ ΚΑΙ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης (καίτοι γε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. *Ut ergo cognovit Dominus Phariſæos audiiſſe, ipſum plures DISCIPULOS FACERE, & BAPTIZARE, quam Joannem : quamvis ipſe Jeſus non baptizaret, ſed diſcipuli ejus, &c.*

Aſt quænam, quæſo, hîc differentia', ratione materiæ, inter Jeſu ac Joannis Baptiſmum ? Jeſus baptizabat, Joannes baptizabat : Itane Diſcipuli Jeſu (qui ipſius vice fungebantur) *Spiritu Sancto*, quem ne ipſi adhuc acceperant? Aut docebant illi (ſi Baptiſmus hîc pro *doctrina* ſumendus eſt) Evangelium Jeſu Chriſti, ac doctrinam, quam ipſi adhuc minime intelligebant ? Sicut ex ipſorum interrogationibus liquet; quæ totalem fere ignorantiam religionis Chriſtianæ, adhuc ulterius per miſſionem Spiritus Sancti tradendæ clare indicant.

Baptizabant itaque *doctrina*, cum ipſi nondum docti eſſent. Baptizabant Sp. Sancto, quem ipſi necdum acceperant, quoque adeo adhuc carebant. Ac poſtquam jam ipſo Pentecoſtes die illo Spiritu & igne baptizati Apoſtoli erant, aquæ baptiſmo baptizabant, etiam iſtos, qui jam Spiritu Sancto Baptizati erant : & *accepto jam Spiritu Sancto* illo, qui ipſos, ratione Doctrinæ Evangelicæ, in omnem veritatem ducebat, tam male mentem, ac mandata Salvatoris noſtri, Magiſtrique ipſorum, intelligebant, ut non ſolum modo iſtos baptizarent, qui jam Spiritu Sancto baptizati

ptizati erant ; verum & illos, qui jam ſemel Aqua baptizati fuerant. Quam belle, ſane, hæc procedunt.

Urgent vero & hæc verba Apoſtoli Pauli Gal. III 27. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. *Quotcunque in Chriſtum* [ſeu Chriſti *nomen*] *baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* *Hæc*, ait Socinus, *aperte oſtendunt aliquos fuiſſe inter eos, ad quos ſcribit, qui vel non eſſent, vel poſſent non eſſe baptizati*: Quaſi ad ſolos illos, qui inter ipſos baptizati erant hæc Apoſtolus locutus eſſet & alii fuiſſent non baptizati fratres.

Verum ingenue atque intregre Apoſtoli verba adducenda erant; quæ ita habent : πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quæ ſatis clare oſtendunt Apoſtolum hîc ad omnia iſtius Eccleſiæ membra loqui ; quin & pluribus Eccleſiis ſimul : quum capit, I. v. 2. dicat : ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. *Eccleſiis Galatiæ* : quæ tam magna certe Provincia erat.

Ac plane contrarium hinc concludendum eſt. Nam ſi omnes illi, qui baptizati erant, *Chriſtum induerant*, ſequitur illos, qui nondum baptizati erant, Chriſtum nondum induiſſe.

Ludit interim Socinus hîc in verbo *induiſtis*, dum id interpretatur *vere*, vel *revera* induiſtis : quum omnes iſti Galatæ quidem per Baptiſmum *ſe Chriſtum induiſſe* profeſſi eſſent : ſed tamen illum non revera, aut ſicut quidem oportebat, *induiſſent*, prout Socinus iſtud *induere* hîc præter rem explicat. Namque per Baptiſmum aperte teſtati erant ſeſe Chriſti Evangelio, ac fidei, id, eſt, *Doctrinæ* ac Diſciplinæ, quæque porrò ad iſta pertinent, ſubjicere : quum tamen poſt hunc Baptiſmum ipſis tam multa deficerent : quo minus ad πλειότητα, ſeu ἄνδρα τέλειον ſinguli

proficerent ; neque ipſi τὴν πανοπλίαν τ̃ Θεῦ̃ aut integram, aut ita, ut quidem opportebat, *induiſſent*. Quod tam ſerio Apoſtolus Ephesiis commendat; quando cap. 6. v. 11. ait: Ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τ̃ Θεῦ̃. At quis non videt per talia ipſum proprium ſuum argumentum à voce πάντες, ſive *Omnes*, deſumptum ſubvertere?

Quod vero quartum Socini argumentum attinet, ex verbis Apoſtoli ad Hebræos cap. 6. *QUAPROPTER intermittentes* &c. id nullo modo ſtringit : eo quod Apoſtolus, poſtquam Hebræos Chriſtianos incuſaverat, quod cum magiſtri jam eſſe deberent, majorique quam hactenus profectu gaudere circa doctrinam ac praxin Chriſtianiſmi, illi adhuc quaſi pueri eſſent ; dum primis fundamentis quin & rudimentis; quæ alias quidem neceſſaria erant: ſed quibus non ſemper inhærendum eſſet ſine ulteriori progreſſu ac profectu: inhærerent illos admonet, ut iſtis non ſemper immanentes, vel ad iſta denuo revoluti, manerent pueri (ſemper diſputantes de principiis quaſi poſt pœnitentiam, poſt fidem in Chriſtum, poſt Baptiſmum, poſt notitiam doctrinarum de manuum impoſitione, de reſurrectione mortuorum, de æterna ſalute &c. nihil aliud eſſet peragendum; verum in iſtis ſubſiſtendum) ſed, dico, ut ulterius progreſſi ad ſcientiam, & ad ipſam praxim, ad quas illa fundamenta deducebant, evaderent in viros perfectos, & patres in Chriſto Jeſu ; exercentes illa, in quibus verè Religio Chriſtiana conſiſtebat. At hic ἔρμειον ſeu bellum inventum, reperiſſe ſibi videtur Socinus, dum ita ad hæc Apoſtoli verba : *Hic rudimenta Chriſtianæ diſciplinæ enarrantur ; nec tamen ipſe Aquæ Baptiſmus inter ea commemoratur.* Voſſius interim optime, quamvis breviter, reſpondet : *At nos plane ejus mentionem fieri ſtatuimus, cum mentio ſit BAPTISMATUM DOCTRINÆ, hoc eſt initialis doctrinæ de Baptiſmatis. Baptiſmata vero dicuntur, non quia pluria ;*

ria ; ſed quia plurium : nam unum quidem ſpecie ; ſed numero ſunt multa. Addere ſane potuiſſet, hæc quoque intelligi poſſe de diverſis illis Baptiſmis Joannis ac Jeſu Chriſti : cum Chriſtiani ſuper illis (ut adhuc hodie) in quo convenirent, in quo vero differrent, inter ſe diſputarent &c.

Præterea cum Chriſtiani ex Hebræis converſi, ſuis traditionibus, atque inſtitutis (ſive Moſaicis, ſive aliis) adhuc maxime inhærerent (ſicut inde circa πρόσλυτα, circa circumciſionem &c. hærentes manebant) ita illi & circa lotiones, purificationes, adeoque & Baptiſmos immorantes, profectum ſuum ad ulteriora ac magis perfecta Religionis morabantur, & impediebant.

Quam autem multiplicibus Baptiſmis dediti fuerint Hebræi, illi nempe, qui ex Phariſaica ſecta erant (quæ longe maximam partem Judæorum conſtituebat ; & ex qua fere omnes erant illi Judæi, qui ad Chriſti fidem convertebantur) ſatis ſuperque jam ſupra oſtendi : neque plura hiſce eatenus, addere neceſſe duco.

Quod multi quoque ex Judaica, procul dubio, origine Chriſtiani, hac ſuperſtitione multiplicatorum Baptiſmorum adhuc Tertulliani tempore laborarint, oſtendunt hæc ipſius verba, libro de Oratione cap. XI. *Ceterum quæ ratio eſt manibus quidem ablutis, ſpiritu vero ſordente Orationem obire ? quando & ipſis manibus ſpiritales munditiæ ſint neceſſariæ, ut à falſo, à cæde, à veneficiis, ab idololatria, ceteriſque maculis, quæ ſpiritu conceptæ manuum opera tranſiguntur, puræ abluantur. Hæ ſunt veræ munditiæ ; non quas plerique ſuperſtitioſe curant, ad omnem Orationem etiam, cum lavacro totius corporis aquam, ſumentes, &c.*

Quintum ſuperaddit Socinus teſtimonium ex S. Scriptura, nempe, Apoſtoli Petri verba, quæ habentur. I. Epiſtola, cap. 3. *Cui rei reſpondens exemplar Baptiſmi nos quoque ſervat ; non quo carnis ſordes abjiciuntur ; ſed quo fit, ut*

bona conſcientia Deum interroget; reſpondetque : *Ex quibus verbis perſpicuum eſt, Petrum Baptiſmatis nomine, non aquæ Baptiſmum intellexiſſe, de quo nos loquimur, ſed aliud omnino baptiſmi genus*: ac poſt multa interpoſita (etiam Vatabli Scholia, quæ tamen ipſum minime juvant) tandem addit: *Quo circa quod pauciſſimi hodie ſunt, qui aquæ nomine Baptiſmum ibi ſignificatum minime fuiſſe non animadverterint, id in præſentia pro reſponſione ad quamcumque rationem inde ductam ſatis eſſe putabimus*, &c.

Quum autem Socinus aſſerit, ut putat, pauciſſimos amplius hîc aquæ Baptiſmum intelligere, audiamus, quæſo, hic Jonam Slichtingium, qui ita in hæc Petri verba commentatur, dum totum 21 hujus capitis verſum hoc modo explicat : Verſ. 21. „ *Cui & nos* &c. [*Cui*, „ ſcilicet aquæ. Nectit enim Apoſtolus ſuo more perio- „ dos inter ſe per nomina in fine unius, & per nomina re- „ lativa in principio alterius poſita.

„ *Reſpondens exemplar.*] Ἀντίτυπον, in neutro genere, id „ eſt, exemplar è regione reſpondens.

„ *Et nunc nos.*] Sic enim ordinanda ſunt verba : quaſi „ dicat, ſicut illos olim, ſic & nos nunc, niſi quod illi „ octo tantum fuerint, nos autem qui Chriſto prædicanti „ obedivimus, multi ſumus ; ut appareat Chriſti prædi- „ cationem multo fuiſſe efficaciorem quam Noe.

„ *Servat.*] Illos quidem aqua ſervavit, ne deluvio peri- „ rent, & ut vitam mortalem viverent ; nos vero *aquæ*, „ illius antitypus ſervat, ne ignis æterni exitio pereamus, „ & vitam adipiſcamur immortalem. Servare dicitur, quod „ cauſa ſalutis eſt.

„ *Baptiſmus.*] Nempe in Jeſu nomen. Baptiſmum vo- „ cat aquæ illius ſervatricis antitypum, non ſolum ob vim „ ſervandi ſimilem ; qui enim crediderit, & baptizatus fue- „ rit ſervabitur Marc. XVI. 16. ſed quod etiam per aquam „ fiat, ſeu merſatione in aqua conſtet. *Non*

„ *Non carnis depoſitio ſordium.*] Scilicet addit hæc Apo-
„ ſtolus, ne quis exiſtimet ipſam per ſe Baptiſmi ceremo-
„ niam, ſeu externam carnis, quæ aqua materiali fit in
„ Baptiſmo, ablutionem ſervare; quid enim facilius foret,
„ quam hac ratione ſalutem æternam adipiſci?
„
„ *O nimium faciles*, dixit ille, *qui triſtia crimina cædis*
„ *Fluminea tolli poſſe putatis aqua.*
„
„ Non hoc nos ſervat, quod totum corpus in baptiſmo
„ merſatione abluatur; non, etiamſi ſordium carnis om-
„ nium accuratiſſima fierit depoſitio. Carnis ſordes oppo-
„ nit animi ſordibus, ſcilicet peccatis.
„ *Sed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Docet quid in
„ Baptiſmo ſit quod nos ſervet, ſeu nobis cauſa ſit ſalutis.
„ *Interrogatio in Deum.*] Scilicet Dei, per Hebraiſmum,
„ quo *Lamed* præponitur nominibus, & à Græcis interpre-
„ tibus exprimitur præpoſitione εἰς, ſicut in illo: *duo erunt*
„ *in carnem unam*, *ero vobis in Deum*, *tres ſunt in unum*,
„ &c. Interrogatio Dei parrheſiam illam erga Deum ſi-
„ gnificat. De qua I. Joan. III. 21. & v. 14. per ſynecdo-
„ chen ſpeciei vel partis. Interrogare enim aliquem libe-
„ re, parrheſias erga illum ſpecies vel pars eſt. Parrheſia
„ autem erga Deum includit fiduciam erga Deum, tan-
„ quam filii dilecti erga patrem, qua quis ad Deum libere
„ ſemper accedere audet, & de gratia illius paterna, proin-
„ de etiam de ſalute ſua plane certus eſt. Utitur autem
„ Apoſtolus interrogationis voce, qua alludit [N B.] ad
„ interrogationem in Baptiſmo fieri ſolitam, qua baptizan-
„ di interrogabantur, an peccatis omnibus renunciarent in
„ perpetuum &c. quod cum ſeſe facturos affirmaſſent, bap-
„ tiſmum inibant, iſtius in rei teſſeram & ſignum. Quia
„ vero ſimul ablutionem Baptiſmi ſignum & teſſeram ac-

„cipiebant, remiſſionis peccatorum omnium à Deo, hinc „viciſſim excitabatur in baptizatorum animis interrogatio, „qua Deum libere de ſua interrogabant ſalute, & ſic in„ter Deum & ipſos ſtipulatio quædam mutua fiebat. Un„de & Deus pro pignore & Arrhabone ſalutis Spiritum „Sanctum dare ſolebat baptizatis.

„*Conſcientiæ bonæ.*] Cauſam exprimit iſtius parrheſiæ & „fiduciæ in Deum, per genitivum cauſæ. Conſcientia bo„na eſt bene ſibi conſcire, nullius ſibi mali conſcium eſſe. „Hæc in baptizatis erat. Nam præteritorum omnium cri„minum reatu per Baptiſmum erant ſoluti, eodem & Bap„tiſmi *Sacramento* ſemet ad omnem in poſterum juſtitiam, „ac vitæ puritatem obſtrinxerant. Proinde, niſi perfidi ac „perjuri eſſent, ab omni crimine, quod conſcientiam pol„lueret, puri erant. Hactenus igitur Baptiſmus nos ſer„vat, quatenus non carnis depoſitionem ſordium aliquam „continet, ſed quatenus id continet, cujus externa carnis „ablutio ſignum & Sacramentum eſt: nempe bonæ con„ſcientiæ interrogationem in Deum. Tribuitur autem bo„næ conſcientiæ interrogatio, quæ proprie competit homi„ni propter bonam conſcientiam. Ex his autem Apoſtoli „verbis manifeſtum eſt, Baptiſmum totius corporis ablu„tione, non partis tantum alicujus adſperſione, aut levi „aliqua perfuſione conſtare, & ab illis tantum rite ſuſci„pi, qui conſcientiæ bonæ interrogationem in Deum ha„bere poſſunt, non ab infantibus, qui ſecum, quid rerum „geratur, plane non intelligunt.

Cujusnam opinionis circa hunc Petri contextum ſit J. Crellius ſatis bene liquet ex iſtis, quæ inter alia in cap. VI. ad Hebræos his verbis habet: *Non minus autem eleganti ſenſu hæc verba: BAPTISMATUM DOCTRINÆ, IMPOSITIONISQUE MANUUM, poſteriori modo accipi poſſunt, ut ſignificent doctrinam ad eos, qui bapti-*

zan-

zantur, & quibus manus imponuntur, pertinentem: quasi dicat auctor, ne redeamus ad discendam doctrinam de pœnitentiâ & fide in Deum, quæ iis proponi solet, qui baptizantur, & quibus manus imponuntur. Nos autem jam olim baptizati sumus, manusque nobis sunt impositæ. Relinquamus ista Novitiis, & nunc primum ad Christi disciplinam accedentibus. Hunc sensum si admittamus, qui & aliis placuit [J. Calvino sc.] *hæc verba tanquam in parenthesi legenda erunt, nempe ista quæ inter illa,* Διὸ καὶ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, & hæc: καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐαν περ ἐπιτρέπῃ ὁ Θεός.

Sicut & J. Ludovicus Wolzogius in cap. XXVIII. ad verba versus. 19. *Baptizantes eos* habet, hæc sequentia: *Christus Apostolis mandans, ut discipulos faciant omnes gentes, de duobus eos instruit. Primum quo MEDIO uti debeant ad faciendos discipulos. Secundo cujus Discipulos eos facere debeant. MEDIUM istud vocat Baptismum supra cap.* III. 6. *annotatum est inter Judæos receptum fuisse, ut, qui ex Paganismo in Judaicam religionem transibant, aqua baptizarentur, quo ritu tanquam signo manifesto profitebantur, quod sicut sordes corporis aquâ abluuntur, ita ipsi quoque conversi ad Deum, ac veram pœnitentiam agentes, omnem idololatriam abjicere, totosque sese Dei servitiis consecrare ac devovere velint. Hunc proinde ritum vult Christus ab Apostolis quoque servari in Omnibus Judæis ac Gentibus, fidem in ipsum suscipientibus, tanquam publico confessionis eorum signo, populo suo adjungendis ac inserendis, atque ad id, ut discipuli ac servi ejus fiant, obligandis. Nullum vero est dubium quin Christus vocem baptizandi hoc loco in ampliori significatione acceperit, ita ut per synecdochen partis simul prædicationem Evangelii, quæ omnino Baptismum præcedere debet, complexus sit. Apostoli enim certe neminem nisi eos, qui sibi placere doctrinam Christi profes-*

fesse

feſſi ſunt, & diſcipuli ejus fieri ſponte ſua voluerunt. Ita è contrario apud Marcum, ubi idem Chriſti mandatum deſcribitur, ſub prædicatione Evangelii etiam Baptiſmus, qui prædicationem Evangelii conſequi debet, comprehenditur. Nam ubi dixiſſet: ITE IN *univerſum orbem, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Cap. XVI. v. 15. *addit mox: QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS fuerit ſalvus erit. Nimirum qui prædicationi Evangelii (quæ fidem antecedat neceſſe eſt.* Rom. X. 14.) *credit, & porro baptizabitur, ſalvabitur. Ex quo ſatis luculenter patet, eum prædicationi Evangelii etiam Baptiſmum includere. In ſequentibus Marci verbis, qui autem non crediderit damnabitur, Baptiſmi non meminit; indicans, Baptiſmum fruſtra adhiberi, & non habere omnino locum, niſi fides, quæ ex prædicatione oritur, præcedat, &c.*

Quod ad hæc ſimiliaque teſtimonia attinet (quibus opus hoc, ut ex ſupra allatis patet, non indiget) illa tantummodo adduco ut videat Lector, multos Socini Aſſeclas, ac quidem, maximi nominis inter iſtos viros, Aquæ Baptiſmum non ſolummodo approbare, verum & eundem perpetuandum ſtatuere; adeoque ut mandatum à Chriſto Apoſtolis datum eſſe conſiderandum. Sicut (ut hiſce citationibus finem imponam) Slichtingius in I. ad Corinthios epiſtola, atque ibi in verba hæc: *Aut in nomen Pauli baptizati eſtis?* hæc cæteris ſuis ibi dictis ſubjungit: *Docemur, etiam hoc Apoſtoli loco, Baptiſmi ritum IN ECCLESIA retinendum eſſe, quo ſciant omnes, in cujus nomen initiati ſint, & coargui poſſint, ſi quid contra Baptiſmum peccent.*

DISSER-

DISSERTATIO
DE
PÆDOBAPTISMO.

VErum enim vero, ſicuti jam illum perpetuandum (ut hoc verbo utar) puto me ſatis ſuperque oſtendiſſe, de Pædobaptiſmi Origine aliquid diſſerendum mihi videtur, ut alii videant illis, quos Anabaptiſtas vocant (quamvis, ut oſtendetur, immerito) non deeſſe argumenta, quibus ſuum dogma cum ex ipſa Sacra Scriptura, tum ex prima Antiquitate Chriſtiana firment.

De Origine ac progreſſu igitur hujus Pædobaptiſmi aliquid dicendum eſt : quam ex Cl. Salmaſio, tam magni nominis, inter Reformatos, viro, ipſius verbis, ex Epiſtola ad Juſtum Pacium, ſub nomine Simplicii Verini, ſic primùm oſtendo : *Primis duobus ſæculis nemo Baptiſmum accipiebat, niſi qui in fide inſtructus, & doctrina Chriſti imbutus teſtari poſſet ſe credere, propter illa verba, QUI CREDIDERIT & baptizatus fuerit. Ergo prius erat credere. Inde ordo Catechumenorum in Eccleſia. Mos etiam tum perpetuus conſtanter tenuit, ut ſecundum Baptiſmum Catechumenis illis ſtatim daretur Euchariſtia. Poſtea opinio invaluit neminem ſalvari poſſe, niſi qui baptizatus fuiſſet. Ideo & conſuetudo nata infantibus Baptiſmum conferendi. Quia autem Catechumenis adultis, ſimul ac loti fuiſſent ſacro Baptiſmate, dabatur Euchariſtia, nullo interjecto temporis ſpatio, hoc etiam in infantibus ut fieret inſtitutum, poſt Pædobaptiſmum introductum, &c.*

Audiamus hîc, quæſo, Tertullianum, cujus tempore ille Baptiſmus videtur introductus ſenſim, ſive potius ex-

ortus [ex quibus vero cauſis, in ſequentibus diſquiram] ac quam parùm neceſſarium, imo potius quam intempeſtivum huc Pædobaptiſmum judicet, illumque contrà improbet, ut periculoſum & ipſis infantibus & ipſorum ſponſoribus; quorum mentio apud ipſum prima; ac qui ſimul cum hoc pædobaptiſmo exorti ſunt. Verba ejus Lib. de Bapt. cap. 18. ita habent: *Itaque pro cujuſcunque perſonæ conditione ac diſpoſitione, ETIAM ÆTATE, cunctatio Baptiſmi utilior eſt: præcipue tamen circa parvulos. Quid enim neceſſe, ſi non tam neceſſe, ſponſores periculo? qui & ipſi per mortalitatem deſtituere promiſſiones ſuas poſſunt, & proventu malæ indolis falli. Ait quidem Dominus: nolite illos prohibere ad me venire. Veniant ergo dum ADOLESCUNT: veniant DUM DISCUNT, dum quo veniant DOCENTUR: fiant Chriſtiani dum Chriſtum NOSSE potuerint. Quid feſtinat innocens ætas ad remiſſionem peccatorum? cautius agetur in ſecularibus, ut cui ſubſtantia terrena non creditur, divina credatur. Norint petere ſalutem, ut petenti dediſſe videaris. Non minore de cauſa innupti quoque procraſtinandi, in quibus tentatio præparata eſt, tam virginibus per maturitatem, quam viduis per vagationem; donec aut nubant; aut continentia corroborentur. Si qui pondus intelligant Baptiſmi, magis timebunt conſecutionem quam dilationem Fides integra ſecura eſt de ſalute.*

Si nunc Pædobaptiſmus vel mandatis S. Scripturæ, vel exemplis, aut traditione ita demonſtrari potuiſſet, ut id à Tertulliano comprehendi potuiſſet: non certe is tam ſerio ſeſe ipſi oppoſuiſſet: cum alias facile admodum traditionibus, de quibus tamen minime clarum eſt illas fuiſſe vere Apoſtolicas, crediderit. Quod, ne de aliis, quam quæ ad Baptiſmum pertinent, loquamur, ex hiſce ſequentibus (ex lib. de Corona) videre licet: *Aquam adituri ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia, ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare Diabolo, & pompæ, & Angelis*

Angelis ejus. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti lactis ac mellis concordiam præguſtamus: exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus. Poſt quas, & alias ibi allatas, traditiones, ſuperaddit: *Harum & aliarum ejuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules Scripturarum, nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſervatrix, &c.*

At nec Bonifacius ille, Epiſcopus Theſſalonicæ, cujus verba ipſe Auguſtinus (Epiſt. XXIII. ad Bonifacium hunc) affert, talem ſuper Pædobaptiſmo traditionem Apoſtolicam noviſſe videtur: dum ita contra Pædobaptiſtas diſſerit: *Si conſtituam, inquit, ante te puerum, & interrogem, utrum is, cum creverit futurus ſit caſtus, vel fur non ſit futurus, ſine dubio reſpondebis, Neſcio. Et utrum in eadem parvula ætate conſtitutus cogitet aliquid boni vel mali, dices, Neſcio. Si itaque de moribus ejus futuris nihil audes certi promittere, & de ejus præſenti cogitatione; quid eſt illud, quod, quando ad Baptiſmum offeruntur, pro eis parentes, tanquam fidei doctores reſpondent, & dicunt, illos facere, quod illa ætas cogitare non poteſt, aut ſi poteſt, occultum eſt? Interrogamus enim eos, à quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum? de illa ætate, quæ utrum Deus ſit ignorat, reſpondent, Credit: & ad cætera ſic reſpondetur, ac ſingula geruntur. Unde miror parentes in iſtis rebus tam fidenter pro parvulo reſpondere; ut dicant eum tanta bona facere, quæ ad horam, qua baptizatur, baptizator interrogat. Tamen eadem hora ſi ſubjiciam: erit caſtus qui baptizatur? aut non erit fur? Neſcio utrum audet dicere aliquis, aliquid horum erit vel non erit: ſicut mihi ſine dubitatione reſpondet, quod credat in Deum, & quod ſe convertat ad Deum.*

Quibus quam bene reſpondeat Auguſtinus, legere quoque operæ pretium eſt; ſunt autem hæc: *Itaque parvulum,*

etſi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei Sacramentum fidelem facit. Nam ſicut credere reſpondetur, ita & fidelis vocatur, non rem ipſa mente annuendo, ſed ipſius rei Sacramentum percipiendo. Cum autem homo ſapere cœperit, non illud Sacramentum repetit, ſed intelligit, ejuſque veritati conſona etiam voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non poteſt, valebit Sacramentum ad ejus tutelam adverſus contrarias poteſtates: & tantum valebit, ut, ſi ante rationis uſum ex hac vita migraverit, per ipſum Sacramentum, commendante Eccleſiæ charitate, ab illa condemnatione, quæ per unum hominem intravit in mundum, Chriſtiano adjutorio liberetur. Hoc qui non credit, & fieri non poſſe arbitratur, infidelis eſt; etſi habeat fidei Sacramentum: Longeque melior eſt ille parvulus, qui etiamſi fidem non habeat in cogitatione, non tamen ei obicem contrariæ cogitationis opponit: unde Sacramentum ejus ſalubriter percipit.

Hic autem Auguſtinus, ſicuti diverſis in locis hunc Pædobaptiſmum pro Apoſtolica traditione venditat, ita & ad Cyprianum (Tomo 2. Ep. 28. ad Hieronymum) his verbis provocat: *Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens novum, ſed Eccleſiæ fidem firmiſſimam ſervans, ad corrigendum eos, qui putabant ante octavum diem nativitatis non eſſe parvulum baptizandum; non carnem ſed animam dixit eſſe perdendam, & mox natum rite baptizari poſſe cum ſuis quibuſdam Epiſcopis cenſuit.* Quamvis ipſe Auguſtinus (in ſequentibus) ei in totum non adſtipuletur.

Ipſe autem Cyprianus, Epiſtola ad Fidum, hoc modo loquitur: *Quantum vero ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diem, quo nati ſunt, conſtitutos baptizari non oportere, & conſiderandum eſſe legem circumciſionis antiquæ, vel intra octavum diem eum, qui natus eſt, baptizandum non putares; longe aliud in Concilio noſtro omni-*

omnibus visum est. In hoc enim, quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius judicavimus nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam esse denegandam. Nam cum Dominus in Evangelio suo dicat : Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare; quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est.

Ac paucis interjectis, *Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem; cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti; quod unusquisque nostrum adhuc horreat osculari, nec hoc putamus ad cœlestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim : Omnia munda sunt mundis. Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans à partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari. Quando in osculo infantis unusquisque nostrum, pro sua religione, ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modò formato, & recens nato quodammodo osculamur, quando id, quod Deus fecit, amplectimur.*

Circa hæc, in transcursu notandum osculum Pacis etiam infantibus fuisse datum in Baptismo (quamvis putem hic illum ad Eucharistiam etiam infantibus brevi post baptismum datam respicere) de quo osculo Pacis forsan alibi latius loquar.

Ut autem nunc in originem Pædobaptismi inter Christianos inquiramus, ac videamus quibusnam fundamentis hæc opinio innitatur, primum est, Baptismum non tam esse mandatum ac statutum Domini nostri Jesu Christi, quam quidem *prærogativam ac beneficium*; ac quidem tale, ut per illud Regnum cœleste ac vita æterna dari putaretur, quatenus tantum Baptismus esset.

Hæc quidem opinio jam Tertulliani ævo oborta erat.

Hinc enim ille initio libri, de Baptiſmo : *Fœlix Sacramentum aquæ noſtræ, quia ablutis delictis priſtinæ cæcitatis, in vitam æternam liberamur.* Quod tamen ille de adultis prolocutus videtur.

Qui tamen Tertullianus hîc vehementius loquitur, quod contra ejuſmodi homines ipſi res eſſet, qui aquæ Baptiſmum aut tollebant, aut plane nihili faciebant.

At Cyprianus, quamvis non contra tales argumentetur, Baptiſmum omnino ultra modum extollit : hinc, ut modò vidimus, *gratiam illam* infantibus non denegandam pertendit: atque ut omnes infantes illam conſequantur, à prima partus hora eam illis communicari vult : quaſi alias anima pueri, ſeu infantis, ſi ante iſtam (i. e. acceptum Baptiſmum) moreretur, plane perdita fuiſſet.

Secundum fundamentum erat opinio iſta', revera Spiritum Sanctum in Baptiſmo per manus impoſitionem dari. Unde Firmilianus..... *Utique qui illic in Chriſtum baptizatus eſt induit Chriſtum, ſi autem induit Chriſtum, accipere potuit & Spiritum Sanctum, qui à Chriſto miſſus eſt : & fruſtra illi venienti manus imponitur, niſi ſi à Chriſto Spiritum induit, &c.*

Ipſe autem Cyprianus ..... *Porro autem non per manus impoſitionem quis naſcitur, quando accipit Spiritum Sanctum, ſed in Baptiſmo, ut Spiritum jam natus accipiat ; ſicut in primo homine Adam factum eſt. Ante enim Deus eum plaſmavit, & tunc inflavit in faciem ejus flatum vitæ. Nec enim poteſt accipi Spiritus, niſi prius fuerit natus qui accipiat.*

Hinc & aliis in locis idem Cyprianus aſſerit, non ſolum per Baptiſmum renaſci homines ; & Baptiſmum illum eſſe *lavacrum aquæ ſalutaris* (ſine qua ſalvi eſſe aut fieri nequeamus) *illum nos ſanctificare, in novum hominem reformare, nos filios Dei facere ;* ſed & *ſpiritaliter reformare* ; quin &

revera

revera per Baptiſmum *Spiritum Sanctum dari* per orationem, & manus impoſitionem baptizantis. Sicut ipſi, qu baptizati ſunt, ſoli evadunt æterna ſupplicia; ac ſine illo ad regnum (cœleſte) pervenire non poſſunt.

Atque hinc urgetur ab illo iſta Baptiſmi neceſſitas, Teſtimoniorum Lib. III. *Ad regnum Dei, niſi baptizatus & renatus quis fuerit, perveniri non poſſe, in Evangelio κατὰ Joannem: Niſi quis ornatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Quod enim natum eſt de carne caro eſt: & quod natum eſt de Spiritu Spiritus eſt. Item illic: niſi ederitis carnem filii hominis, & biberitis ſanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis.*

Poſtremis quoque illis S. Scripturæ verbis adducti fuere tum hic noſter Cyprianus, tum alii ipſius, in hac re, ſeu prædeceſſores, ſeu ſocii, ſeu denique ſequaces, ut non pueris tantum, verum & infantibus recens natis (ſicut ex ſupra allatis ſatis eluceſcit) Euchariſtia quoque daretur. Cujus inſigne exemplum habemus in ſequenti hiſtoria, cujus præſentem ſe teſtem fuiſſe, dictus Cyprianus affirmat, libro de Lapſis: *Præſente ac teſte me ipſo, accipite quid evenerit. Parentes forte fugientes dum trepidi minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad Magiſtratus. Illi & apud Idolum, quo populus confluebat, quod carnem necdum poſſet edere per ætatem; panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum mater. Sed facinus puella commiſſum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens; nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fate-*

fatebatur. Ubi vero, ſolemnibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit; faciem ſuam parvula inſtinctu Divinæ Majeſtatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus, de pollutis viſceribus erupit. Tanta eſt poteſtas Domini, tanta Majeſtas. Secreta tenebrarum ſub ejus luce detecta ſunt, Sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum crimen necdum habuit ætatem.

Quæ hîc noſter Cyprianus Miraculo deputat, forſan alius quiſpiam, morbo puerili, ac caſui deputaret; nec forſan ſine riſu Verum de hac re nunc anxie diſquirere nolim, Interim clare patet inde, Euchariſtiam tunc etiam infantibus, atque ex ſuprà memorata cauſa, fuiſſe adminiſtratam.

Ut autem hîc jam recordemur Baptiſmi iſtius Judaici, cui nonnulli ex eruditioribus Chriſtianis ſuperſtructum volunt Pædobaptiſmum Chriſtianorum; quis, quæſo, inter ſcriptores primitivæ Eccleſiæ, alioſve per aliquot ſecula iſtius ullibi meminit? Loquuntur illi quidem de Circumciſione, ut Baptiſmi Chriſtiani typo ac figura; ut in cujus locum ille Chriſtianorum Baptiſmus ſucceſſerit: at nullibi talem Judæorum Baptiſmum ſe cognoviſſe, nedum agnoviſſe, oſtendunt. Quod vero attinet Circumciſionem Judaicam, certe iſti primi ex Judæis Chriſtiani, qui etiam Circumciſionem continuari volebant, atque ob quos Apoſtolus Paulus Timotheum ſuum circumcidit, de tali ſucceſſione Baptiſmi ne ſomniaſſe quidem videntur: neque Apoſtoli memorantur ullibi hoc vel ſimili argumento uſi contra ipſos.

Præceperat quidem Moſes ex mandato Dei Circumciſionem,

ſionem præputiorum carnalium in pueris poſtfuturis temporibus continuandam, uti videmus, cum Levit. cap. XII. v. 3. tum & alibi : verum & mandaverat Circumciſionem ſpiritualem Deut. X. v. 16. quando ibi dicebat : *Circumcidetis ergo præputium cordis veſtri*, &c. Quali modo & eod. Deut cap. XXX. v. 6. loquitur, dum ait : *Et circumcidet Jehova Deus tuus animum tuum, & animum ſeminis tui, ad diligendum Jehovam Deum tuum ex toto corde tuo* &c. Quæ ulterius illuſtrantur ab Apoſtolo Rom. cap. II. v. 29. Coloſſ. II. 11. tum & Philipp. III. v. 3.

Habemus itaque jam ſub ipſo Vet. Teſtamento duplicem Circumciſionem, carnalem, videlicet, ac ſpiritualem : de qua loquitur Apoſtolus quando ipſam vocat, *non manibus factam* : quæ certe in Chriſtianis in prioris cordis Circumciſionem ſuccedere debuit, per renovationem animi mediante Spiritu Sancto, &c.

Nec ſane aliter veteres Chriſtiani hæc Apoſtoli (tum & Moſis poſtremo allata) verba intellexiſſe videntur : ii ſaltem qui Baptiſmum (quamvis alias pædobaptiſmo aliquatenus patrocinarentur) differebant ultra adoleſcentiam, & uſque ad juvenilem, quin & virilem ætatem. Talia namque exempla habemus, non in ſola Monica Auguſtini matre, verum & in ipſo Auguſtino, qui ab iſta educatus Baptiſmum ſuum uſque in 33. ætatis annum diſtulit. Sicuti & Gregorius Nazianzenus Chriſtianis parentibus, ac quidem patre Epiſcopo natus, anno ætatis ſuæ vigeſimo baptizatus fuit. Patent hæc de hoc Auguſtino ex lib. II. cap. 3. & lib. IX. cap. 8. & 13. Confeſſionum; tum & Gr. Nazianzeno alibi.

Qui Gregorius, ſicuti in Oratione ſua quadrageſima, invehitur in illos, qui Baptiſmum in trigeſimum ætatis annum differebant, ut ſic ipſius Chriſti exemplo uterentur; ita eo in contrariam partem (quantumvis, uti dictum, ipſe

20 anno baptizatus) provehitur, ut & triennes pueros baptizari velit, nec infantes nisi urgente summa necessitate, triennes autem admittens, quod illi (uti perhibet) jam tunc aliquid Mystici audire ac respondere valeant, &c.

Videmus interim, ex tota ipsius hâc Oratione, non solum unum alterumve in ea tunc fuisse opinione, ut Baptismum ob certas ac non ita contemnendas rationes, usque ad virilem ætatem differrent; sed etiam plurimos numero. Quod non tantum in Cappadocia, ubi ille Episcopus erat, sed etiam in Thessalia (nec procul dubio pluribus aliis in locis, uti ex sequentibus patebit) obtinebat. Ita enim Socrates lib. V. c. 22. asserit, dum ait: Καὶ ἄλλο ἦθος οἶδα ἐν Θεσσαλίᾳ γιγνόμενον, ἐν ταῖς ἡμέραις ἃ πάσχα μόνον βαπτίζουσι. διὸ σφόδρα πλὴν ὀλίγων οἱ λοιποὶ, μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσι. *Aliam præterea consuetudinem in Thessalia esse cognovi: nimirum ut diebus festis, Paschatis duntaxat, baptizent: ob quam causam omnes, paucis admodum exceptis, absque baptismate moriuntur.* Qui Thessali etiam ista ætate Socratis (qui anno circiter 440 vixit) summam istam necessitatem, quam Gregorius Nazianzenus excipit, nondum agnovisse videntur. Et tamen hi homines Thessali, non audiebant hæretici; aut Catholicorum communione carebant.

Adde quod inter Cæsares (sive mavis Augustos) Christianos non solus Constantinus Magnus Nicomediæ jam senex baptizatus fuerit; verum & Theodosius, eodem Socrate lib. V. c. 6. id ita testante: Θεοδόσιος δὲ μετὰ τὰ τρόπαια, ἔτι τὴν Κωνσταντίνου πόλιν σπεύδων, τὴν Θεσσαλονίκην καταλαμβάνει. ἐκεῖ τε αἱρεσίαν ἀθέμιτον, ἀξιωθῆναι τὸ χριστιανικὸν βαπτίσματος ἐπιθυμήσας, ἄνωθεν μὲν ἐκ προγόνων χριστιανὸς ὑπάρχων. &c. *Theodosius autem, post erecta trophæa, Constantinopolim ire maturans, Thessalonicam pervenit. Ibi in morbum incidens cupie-*

cupiebat Baptiſmo donari : quippe ex majoribus ſuis religionem jam olim doctus Chriſtianam.

Ac Conſtantinus quidem ex Ethniciſmo ad religionem Chriſtianam tranſierat, quamvis ſatis mature (in adoleſcentia ſcilicet) hanc amplexus fuiſſet : Theodoſius vero hic, non tantummodo parentibus, verum & ex avis atque atavis Chriſtianis ortus , tamen uſque ad ſenectutem diſtulit Baptiſmum. Quod idem fere cum & in Valente, tum & Valentiniano Juniore obſervare licet.

Ita enim de ipſis loquitur Lib. VI. c. 6. de iisdem (ne plura adducam) Sozomenus : Ἄμφω δὲ χριστιανῶ τὴν θρησκείαν ἐγνώσθην. Διαφέρω δὲ τὴν δόξαν καὶ τὸν τρόπον. Οὐάλης μὲν γὰρ Εὐδοξίῳ τῷ ἐπισκόπῳ μυσαγωγῷ χρησάμενος ἡνίκα ἐβαπτίσθη, τὴν Ἀρείου πίστιν ἐζήλωσε, καὶ δεινὸν ἡγεῖτο μὴ βιάζεσθαι πάντας ὁμοδόξους αὐτῷ ποιεῖν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ τὰ αὐτὰ φρονῶν τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσι, τύπῳ μὲν ὠφέλει. τοῖς δὲ ἐπέρως δοξάζουσιν, οὐδὲν ἠνώχλει. *Ambo quidem profeſſione Chriſtiani nati ſunt , ſed tamen opinione diſcrepebant & moribus. Nam Valens , quo ſalutari aqua baptiſmatis expiaretur , Eudoxio Epiſcopo ad illius myſterii initiationem miniſtro uſus eſt , fidei Arianæ ſe addixit : atque iniquo animo paſſus eſt , quod non ſibi liceret omnes vi ad eandem ſecum amplectendam cogere. Valentinianus autem fidei Concilii Niceni adhæreſcens , ſicut iis , qui ei favebant , opitulatus eſt , ſic contrariam doctrinam ſequentibus nihil omnino exhibuit negotii.*

Cum ergo ſic ipſi Imperatores Romani , Græcique tamdiu diſtulerint Baptiſmum : illorum ſi non ad exemplum, certe iisdem fere ex rationibus nullum dubium eſt, quin plurimi alii idem quoque fecerint. Neque ſane alias ob cauſas Gr. Nazianzenus in illos invehitur, qui Baptiſmum ita procraſtinabant. Quos tamen plurimos numero

fuiſſe (uti dictum) ex ipſius Oratione ſatis conſtat. Quibus ſi addas illa, quæ de Theſſalis attuli, videbimus ſatis clare, quod quantumvis jam maximum progreſſum feciſſet Pædobaptiſmus, illum non ita obtinuiſſe, ut neceſſarius haberetur: imprimis vero, ſi denique ſuperaddas magnos illos Eccleſiæ antiſtites Auguſtinum, Greg. Nazianzenum, pluresque, ſine dubio, alios: qui id minime Regis ad exemplum (uti in proverbio eſt) faciebant; aut Imperatorum obſequiis in iſta re obſequebantur.

Ultimum mihi exemplum erit puerilis ille baptiſmus, qui cum à Ruffino lib. I. c. 14. tum à Sozomeno lib. II. c. 16. narratur: hocque ſequenti modo ab ipſo Ruffino, hiſtoriolæ hujus primo narratore. *Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Epiſcopus agebat, cum poſt completa ſolemnia conventuros ad convivium ſuum Clericos exſpectaret, in loco mari vicino videt eminus puerorum ſuper oram maris ludum imitantium, ut fieri ſolet, epiſcopum, atque ea quæ in Eccleſiis geri mos eſt. Sed cum intentius diutine pueros inſpectaret, videt ab his geri quædam etiam SECRETIORA ET MYSTICA. Perturbatus illico vocari ad ſe Clericos jubet, atque eis, quid eminus ipſe videret, oſtendit. Tum abire eos, & comprehenſos ad ſe perducere omnes pueros imperat. Cumque adeſſent, quis eis ludus, & quid egiſſent, vel quomodo, percunctatur. Illi, ut talis habet ætas, pavidi, negare primò, deinde rem geſtam per ordinem pandunt, & baptizatos à ſe eſſe quosdam CATECHUMENOS confitentur per Athanaſium, qui ludi illius puerilis epiſcopus fuerat ſimulatus. Tum ille diligenter ab his, qui baptizati dicebantur, QUID INTERROGATI fuerint, quidve RESPONDERINT, ſimul & ab eo, qui interrogaverat, ubi vidit ſe ſecundum religionis noſtræ ritum cuncta conſtare, collocutus cum concilio Clericorum ſtatuiſſe TRADITUR, illis, quibus integris inter-*

ro-

rogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea, quæ Sacerdotibus mos est.

Cum hisce autem (priusquam ulterius pergamus) comparemus ista, quæ Socrates lib. 3. cap. XVI. ex hoc Ruffino (saltem ut perhibet) affert: *Non multo post Alexandriæ Episcopo mortuo, illi Ecclesiæ præficitur Athanasius. Ruffinus quidem narrat, istum, cum adhuc puer esset, sacrum quendam* (seu Mysticum) *ludum cum aliis æqualibus lusisse. Qui ejusmodi fuit: In ipso ludo pueri sacerdotii effigiem exprimere, & delectum eorum, quæ ad sacra obeunda assumuntur, adumbrare conantur: in quo quidem Athanasius Episcopatus gradum ac sedem sortito capit: ex cæteris autem pueris singuli agunt vel Presbyteri partes vel Diaconi. Atque ad hunc modum à pueris lusum est, eo ipso die quo memoria Petri Episcopi & martyris celebrari solet. Eodem tempore Alexander Alexandriæ Episcopus forte prætergrediens* (ludum Mysticum) *universum ludendi modum contemplatur. Pueros accersit ad se, rogat quem quisque locum in eo ludo obtinuisset: ratus ex eo quod gestum erat, aliquid singulis præsignificatum esse.*

Hîc I. merito dubitari queat unde hæc Mystica, ac quidem talia, ut Alexander inde ita perturbaretur ipso aspectu, didicerint: si non ex Christianis parentibus nati fuissent: quibus moti hi Clerici, quandoquidem hæc puerorum gesta ludendi tantum gratia, nec seriò, nisi quatenus ita simularentur, peracta fuerant, illa pro vere Mysticis, adeoque non ludo, sed quamseriò peracta, acceptarint. Atqui examinavit Alexander *interrogata* ac *responsa*, quæ hi pueri reddiderant (& tamen, quod maxime notandum est, per lusum ac jocum:) unde & pro serio ac justo Baptismo hunc lusum haberi voluerunt.

Verum enim vero intercurrunt hæc apud Ruffinum, *ſtatuiſſe TRADITUR*, & apud Sozomenum, *eveniſſe MEMORANT*. Quæ ſane hiſtoriolæ veritati multum detrahunt.

Præterea Socrates, qui tamen, ut vidimus, ſua ſe ex Ruffino hauſiſſe fatetur, ne ullam quidem Baptiſmi, rituumve ad illum pertinentium, mentionem facit: ſed tantum de muneribus Eccleſiaſticis ſortitò tributis loquitur; indeque Alexandrum de futuris ipſorum horum puerorum gradibus, ſeu muneribus conjecturam feciſſe, &c.

At quod (ſuppoſita hujus hiſtoriolæ veritate) hinc diſcimus, eſt, rarum etiam adhuc iſtis ſive Athanaſii, ſive mavis Alexandri, ætate fuiſſe Pædobaptiſmum: quum iſti pueri, qui ibi ita per luſum baptizabantur, antea nondum in Eccleſia baptizati fuiſſent; quod hic puerilis (atque ut ſic loquar, ridiculus) ipſorum Baptiſmus, pro vero Baptiſmo, non pro Anabaptiſmo, acceptatus, ſeu probatus fuerit.

Vide, quæſo, interim hîc illorum Alexandri, cæterorumque circa fidem facilitatem. Pueri illi, qui Myſtica Sacramentorum adhuc minime capiebant, per ludum (ſive talia ipſi viderant, ſive audierant ab aliis) illa circumſtantiis adumbrabant: Clerici vero illa ut vere Myſtica approbabant.

NUnc ſane non male reſponderetur illis, quæ per conſequentias ex S. Scriptura pro pædobaptiſmo afferuntur: ut inde perſpiciatur, quatenus Mennonitæ [quos invidioſo nomine *Anabaptiſtarum* appellant, & Cl. Tillius, & alii: quamvis nec nomen hoc, nec rem agnoſcant] conſequentias rejiciant, aut contra ſibi aſſumant.

Fuit ante aliquot annos Miniſter quidam Remonſtrantium Joan. Verryn, (ut initio hujus Diſſertationis indicavi) qui pædobaptiſmum ex Baptiſmo Judaico proſelytorum

rum adſtruere conatus, tandem ſe ſpeciali modo ad Mennonitas [qui tamen lubentius Chriſtianorum appellatione gaudent] convertebat; ut ſic ipſos diſtinctius refutaret: eamque rem exorſus ita loquebatur: **Ik kom dan eyndelijk tot het geene de Doopgezinden zouden konnen zeggen tegen den kinderdoop. Doch alſo ik nimmermeer een ordentelijke verklaring / en bewijs van haar gevoelen in eenig Boek gevonden hebbe / en kan ik my geen andere dingen tegenwerpen / als die ik of by gevал nu en dan gehoord hebb' / of de ſaake ſelfs my in gedagten brengd.** Scilicet ipſorum forſan ſcripta polemica legerat, non vero ipſorum *Confeſſiones* publice editas.

Vereor ſane id ipſum accidiſſe & Clariſſimo Tillio; quod uterque magis legerint dictorum ita Mennonitarum [qui tamen Chriſtianorum nomine uti dictum magis gaudent] ſcripta inter ſe polemica, quam ipſorum Confeſſiones publicas. Ita enim hic Tillius; dum ipſis quoque πρῶτα ψεύδη imputat: *Anabaptiſtæ nihil aliud admittendum rati, niſi quod tot literis in S.S. comprehenderetur, omnem conſequentiam atque illationis uſum rejecere.* At non magis fere id faciunt quam cæteri Proteſtantes; qui minime ſecundum literam capiunt hæc: *hoc enim eſt corpus meum:* ſicut & de aliis permultis conſequentiis id oſtendi poſſet, ſi res ea hujus loci eſſet.

Addit interim idem Tillius: *Secundus error primarius ex prima hypotheſi, de non admittendis conſequentiis profluens, erat de PÆDOBAPTISMO. Negabant enim ullibi expreſſis verbis præceptum datum eſſe de baptizandis infantibus: cumque id dogma per conſequentias adſtrui viderent, illud tanquam hominum commentum rejecerunt.*

Quod ſane Mennonitæ non feciſſent, ſi per *legitimas* conſequentias ille pædobaptiſmus adſtructus fuiſſet.

Con-

Confitetur interim per conſequentias Baptiſmum adſtrui, unde non male feret, ſpero, illas conſequentias à nobis examinari: Ac I. quidem conſideremus verba Marci Cap. XVI. v. 16. Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθείς, &c. *Profecti in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit*, &c. Certe infantes creaturæ ſunt: ſed non iſti ſolummodo, verum omnia animalia bruta, inſecta, &c. Additurque: *qui crediderit, & baptizatus fuerit*; ita ut fides ex prædicatione Evangelii præcedat Baptiſmum. Quæ auditio Evangelii ac fides inde orta an in infantibus locum obtineant, conſideret lector. Ego ſane hîc cum Tertulliano ac Bonifacio, jam ſupra allatis reſponderem.

Quin & apud Matthæum, cap. 28. v. 19. ac 20. in verbis iſtis: Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα, &c. *Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, Filii, ac Spiritus Sancti, docentes eos ſervare omnia quæ mandavi vobis.* Ubi ſane videmus, quod τὸ docere antecedat, τὸ βαπτίζοντες ſeu baptizantes vero ſequatur, quæ doctrina in infantes cadere nequit; niſi ſtatuamus fidem innatam eſſe infantibus Judæorum & Ethnicorum; quæ in adultis tantum per prædicationem oriebatur.

Ac quidem duplex Doctrina indicatur in Evangeliſtæ Matthæi verbis: prima ſc. prædicatio Evangelii; ſecunda vero ulterior inſtitutio; quæ ne ipſa quidem in infantes cadit. Per primam, nempe prædicationem Evangelii diſcebant Jeſum eſſe Chriſtum: cujus Evangelio credere debebant. Per ſecundam ulterius docebantur, ſive inſtituebantur, quæ ac qualia poſt fidem in Salvatorem noſtrum ipſis obſervanda eſſent: ut ſic per fidem in Jeſum Chriſtum, gratiamque cooperantem, moraliumque (qualia

ex

ex Gr. Matthei cap. 5, 6. & 7. Lucæ . . comprehenduntur) ſalvari poſſent in æternum.

Fidem autem ante Baptiſmum requiri ſatis indicant iſta verba Philippi ad Eunuchum (Act. VIII. v. 36.) *Si credis ex toto corde, licet.*

Verum enim vero etiam totæ producuntur familiæ ab Apoſtolis baptizatæ: inter quos itaque infantes numerandos putant. Quare & hanc examinemus conſequentiam. I. occurrit *domus* ſeu *familia Stephanæ*: de qua ita Apoſtolus I. Cor. 1. 16. Ἐβάπτισα καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον: quam, ut totas familias ſimul cum infantibus (ut qui partem quoque familiæ conſtituant) baptizatas fuiſſe oſtendaut, adducunt. Affert huic poſitioni firmandæ Celeberrimus Vitringa illa I. Chronicor, X. 6. ומות שאול ושלשת בניו וכל ביתו יחדו מתו *Et mortuus eſt Saul & tres filii ejus, & OMNIS DOMUS ejus pariter mortui ſunt.* Et tamen tres alii hujus Sauli filii in vivis remanſerunt, *Iſboſeth* ſc: & *Armoni*, & *Mephiboſeth*; ille nempe non Jonathanis, ſed Riſpæ ex Saulo filius.

Neque præterea aliquis crediderit, ut puto, infantes aut fœminas in prælio ibi adfuiſſe: quum id virorum, ac quidem fortium, negotium ſit. Unde hæc habemus I. Sam. XXXI. v. 6. *Mortuus itaque eſt Saul, & tres filii ejus, & armiger ejus: Omnes denique viri ejus eodem die ſimul.* Inter quos viros tamen potiſſimum ad illos reſpici, qui familiæ ipſius pars erant, crediderim.

Neque obſtant verba illa I. Cor. XVI. 15. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, οἶδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς. *Precor autem vos, fratres; noſtis familiam Stephanæ eſſe primitias Achaiæ, & ſeſe in miniſterium Sanctis addidiſſe.* Quæ ſane, ſi quid judicare valeo, de infantibus capi nequeunt.

Affertur 2°. exemplum de Lydia Actor. c. XVI. & verba, ὡς δὲ ἐβαπτίσθη καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς. Verum iſta verba altius repetenda ſunt, ab initio ſc. v. 14. Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεὸν, ἤκουεν· ἧς ὁ Κύριος διένοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ ὁ οἶκος αὐτῆς, παρεκάλεσε, &c. *Quædam autem mulier nomine Lydia, quæ purpuram vendebat in urbe Thyatirorum, Deum colens, nos audivit: cujus Dominus aperuit cor, ut attenderet iis quæ dicebantur à Paulo. Quum igitur baptizata eſſet, & domus ejus, rogavit, &c.*

Hic minime tota exprimitur Lydiæ familia, in exemplo Sauli omnis vel tota exprimitur: & tamen non tota erat, ut modo oſtendi: itaque pars pro toto ſumitur.

Ut ergo videmus aliquando οἶκον ſumi pro *tota familia*; ſic contra videmus *totam familiam*, ſeu כל הבית ſumi quandoque pro parte tantum totius familiæ.

Quod autem non ſemper, ubi de familia ſermo fit, infantes ſimul intelligantur, oſtendunt vel hæc à Cl. Vitringa ex Targum ad Canticum, allata. כשבה יהון בפמליא דמלאכיא קדישיא *Laudat eos in familia Angelorum Sanctorum.* Tunc & hoc de familiis Sauli ac Davidis תה המלחמה ארכה בין בית שאול ובין בית דוד ורוד הלך והזק ובית שאול הלכים ורלים: *Diutinum itaque bellum fuit inter domum Sauli, & inter domum Davidis. Promovit interim David & confortabatur: Domus Sauli autem attenuabatur.* Ex quibus, ſicuti & ex multis aliis, quæ afferri poſſent, clare perſpici poteſt, non ſemper includi, præter *Parentes*, *Liberos*, *cujuſcunque ætatis*, & οἰκέτους [על הבירה] *ſervos, ſervas, & ex iis natos cujuſcunque etiam ætatis. Ex quibus Stephanæ hujus familiam conſtitiſſe vero eſt ſimillimum*, ut Celeb. Vitringa ponit.

Addamus hiſce exemplum iſtius δεσμοφύλακος, ſeu Commen-

mentariensis, de quo Act. c. XVI. v. 32. ita Lucas : Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ, τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. *Et locuti sunt ei sermonem Domini, & omnibus qui erant domi ipsius.* Sicuti & ἠγαλλιάσατο παντοικὶ super mensa nempe, πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ; quæ Beza reddit : *Et exultavit quod cum universa domo sua credidisset Deo.*

At vero versu 33 habemus : Καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα. Et *Baptizatus est ipse, & omnes ipsius (Domestici) illicò.*

Syrus, ne quid hîc denegare velle videamur, habet : עמר הו ובני ביתה כלהון, & *cum omnibus Filiis domus suæ.* Quos filios Tremellius recte reddit *Domesticos.* Namque aute (nempe versu præcedenti) dixerat ומללו עמה מלתא דמריא ועם כלהון בני ביתה . *Et locuti sunt cum eo sermonem Domini, & cum omnibus filiis domus suæ.* Quæ certe de infantibus intelligi nequeunt : qui ut prædicationem Evangelii intelligere non valebant; sic Baptismus ipsis ob fidem inde exortam baptizari non potuerunt : optime vero Domestici, qui hanc Evangelii annunciationem mente comprehendere poterant.

At miror valde Cornelii exemplum, ex Act. cap. X. huc adduci; quod de hoc Cornelio S. Script. dicat : ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτούς, συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. *Cornelius autem exspectabat eos, convocatis cognatis suis, ac familiaribus amicis* : Qui certe *infantes* non erant; ac de quibus postea (vers. 44.) dicitur : Ἔτι λαλοῦντος Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον. *Adhuc loquente Petro verba ista : illapsus est Spiritus Sanctus in omnes, qui audiebant hunc sermonem.* Ac versu 46. Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν. *Audiebant enim eos loquentes linguis, ac magnificantes Deum.* Unde Petrus (v. 47.) Μήτι τὸ ὕδωρ κω-

λῦσαι ὕδωρ τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον καθὼς καὶ ἡμεῖς; Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. *Num quis aquam prohibere poteſt, quo minus baptizentur iſti, qui Spiritum Sanctum acceperunt, ſicuti nos? Et præcepit eos baptizari in nomen Domini.*

Ad hæc interim Celeb. Vitringa : *Colligimus tamen idem factum in Cornelii familia, explicante Petro*, Cap. XI. 14. Ὃς λαλήσει ῥήματα πρὸς σε ἐν οἷς σωθήσῃ, σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. At dixerat jam S. Lucas ex quibus conſtiterit hæc οἶκος Cornelii; nempe ex *cognatis*, ac *familiaribus* amicis: inter quos *infantes* ſane locum non obtinebant: quum præterea illi nec loqui linguis (intellige) alienis, neque adeo vernaculis, valerent, nec *magnificare Deum.*

Neque obſtant illa verba Salvatoris noſtri Matth. 21. 16. Ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.*

Quod illa Pſalmiſtæ, tum & Salvatoris noſtri ea allegantis, verba illuſtrentur per iſta, quæ apud Lucam c. XIX, v. 39. & 40. habentur ita : Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον πρὸς αὐτόν. Διδάσκαλε ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. Λέγω ὑμῖν ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. *Et aliqui Phariſæorum è turba dixerunt ei: Magiſter objurga Diſcipulos tuos. Ipſe vero reſpondens dixit eis: Dico vobis, ſi ſiluerint iſti, mox lapides clamaturos.* Et tamen nullibi in Sacra Scriptura lapides locutos reperimus. Sunt igitur figuratæ locutiones.

Operæ pretium quoque videtur huc afferre ea, quæ in eodem Obſervationum libro ſecundo, eodemque capite XVI. obſervat jam plus ſemel mihi laudatus Vitringa; hæc nempe ſequentia : *Quæ ex Irenæo & Tertulliano proferuntur à Forbeſio obſcura ſunt initio, clariora tamen attendenti. Cypriani illud evidentius eſt; licet ex omnibus nihil colligi poſſit præ-*

ter

ter hoc, infantes baptizari posse, & aliquando baptizatos esse; non vero moris fuisse in prima Ecclesia, ut mox à partu baptizati sint, sicuti fit nostris in Conventibus sacris. Satis enim aliunde constat, stata baptizandi tempora fuisse in Ecclesia prisca, Paschatis puta & Pentecostis, extra quæ Baptismus non aliis, quam qui in extremo mortis periculo versabantur, impertitus fuit. Ex Eusebio hoc ad argumentum nihil admodum notavi. Atque hæc sane recordari me faciunt verborum Ludovici Vives, quæ quondam mirari solebam, ad Cap. XXVII. lib. I. De Civitate Dei. Hæc Augustini sunt: Quid igitur causa est, cur in iis exhortationibus tempora consumamus, quibus baptizatos alloquendo studeamus accendere sive ad virginalem integritatem, sive ad continentiam vidualem, sive ad ipsam thori conjugalis fidem. Ad quæ Vives: Nequis fallatur hoc loco, nemo olim sacro admovebatur Baptisterio, nisi adulta jam ætate, & cum idem ipse & sciret, quid sibi mystica illa vellet aqua, & se ablui peteret, nec semel peteret, &c.

Videmus hic *Vivem* plane concordare cum C. Salmasio, P. 494. ad Justum Pacium de Transsubstantiatione; qui ita ibi loquitur: *Primis duobus sæculis nemo Baptismum accipiebat, nisi qui in fide instructus, & doctrina Christi imbutus, testari posset se credere; propter illa verba, QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS FUERIT. Ergo prius erat credere. Inde ordo Catechumenorum in Ecclesia. Mos etiam tum perpetuus constanter tenuit, ut secundum Baptismum Catechumenis illis statim daretur Eucharistia. Postea [NB] opinio invaluit neminem salvari posse, nisi qui baptizatus fuisset. Ideo & consuetudo nata infantibus Baptismum conferendi.*

Non temperare mihi possum, quin & hæc ipsius optimas observationes subjungam: *Quia aut Catechumenis adultis olim, simul ac loti fuissent Sacro Baptismate, dabatur Eucharistia, nullo interjecto temporis spatio, hoc etiam in infantibus, ut fieret institutum, post Pædobaptismum introductum.*

Sed infantes tenelli & recens nati cum in vino & pane communionem non poſſent accipere, ut in iis, quæ ſumere poſſent, acciperent, receptum eſt, id eſt in cibo & potu infantium proprio. Quem infantium primum cibum porro ex Aëtio, ex Ægineta, & Oribaſio perdocte adſtruit: Tandemque ſubjungit: *Ex illa igitur credulitate Veterum quod recens in lucem editis pueris dandus eſſet neceſſario Baptiſmus, & in continenti Euchariſtia, hic etiam mos ortus eſt, ut in melle, & lacte eam acciperent, quia non alium cibum, nec alium potum ſumere poterant.*

Veruntamen jam Tertulliani ævo traditio Apoſtolica *in ipſis adultis* habebatur, Lactis ac mellis præguſtatio. Ita enim ille cap. 3. de Corona: *Inde ſuſcepti lactis ac mellis concordiam præguſtamus.* Ut nempe ſic infantiam ſuam in Chriſto teſtarentur. Namque, quod illa non vice Euchariſtiæ in adultis eſſent, oſtendunt illa ſequentia: *exque eo die lavacro quotidiano* (ne ſc. ſic abluere viderentur lavacrum Baptiſmatis) *per totam hebdomadam abſtinemus.*

Quibus tunc ſic, ſine interruptione, ſubjungit: *Euchariſtiæ Sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præſidentium ſumimus.*

Optime notat interim Celeb. Vitringa, *ſtata baptizandi tempora à Paſchate ad Pentecoſtem.* Quod uti ex Tertulliano clare liquet, ſic etiam ex Socrate, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. V. cap. 22. ubi ait (dum & de multis aliis ritibus, hîc tali modo, alibi vero alio obſervatis tractat) Καὶ ἄλλο ἦθος εἶδα ἐν Θετταλίᾳ γενόμενον, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Πάσχα μόνον βαπτίζεσι. δυὸ σφόδρα πλεῖω ἐλίγων οἱ λειπεῖ, μὴ βαπτισθέντες ἀποθνήσκουσιν. *Aliam præterea conſuetudinem in Theſſalia eſſe cognovi: nimirum ut diebus feſti Paſchatis duntaxat baptizent. Ob quam cauſam omnes, paucis admodum exceptis, abſque Baptiſmate moriuntur.*

Qui

Qui Socrates anno circiter 440 poſt natum Salvatorem ſcripſit.

Hinc, quæſo, perpendat Lector, quam parum hi Theſſali Baptiſmum in adultis, nedum in infantibus, neceſſarium duxerint. Et hæc erant inter illa quæ alias, manente doctrinæ concordia, mutuo tolerabantur.

Cætera autem, quæ de Nazianzeno affert idem Celeb. Vitringa, in ſequentibus (ubi de Catechumenis ago) ſibi locum invenient. Optime autem quod idem Celeberr. Vir illud confictum *externum fœdus gratiæ* excludat; hinc namque ulterius deſtruitur Baptiſmus infantium, qui cum ipſis ſimul parentibus jam modo ex Ethniciſmo, aut Judæiſmo converſi baptizabantur.

Plura hûc afferri in rem, de qua agimus, poſſent: Sed hæc pro hac vice ſuffecerint, pluraque forſan addam, ſi aliquis hiſce ſeſe opponere non immodeſte velit: quod ego circa hæc nemini legem imponere ſentiendi aut faciendi velim; ſed unicuique liberam relinquam (ſicut & debeo) ſentiendi ac faciendi poteſtatem; prout aut hoc aut illud magis Sacræ Scripturæ, propriæque conſcientiæ conveniens credat.

EX opinione autem iſta quod Baptiſmus eſſet ad ſalutem neceſſarius, nec quis ſine illo ſalvari poſſet, exortus quoque fuit atque adauctus *Anabaptiſmus*: qui jam Tertulliani tempore originem ſuam habuit, huncque Tertullianum (quantumvis adhucdum circa alia Catholicus) patronum: licet aliàs, ſicut vidimus, non tam pro neceſſitate Baptiſmi ſtaret, ut infantibus illum impartiri vellet. Verba ipſius ſuper Anabaptiſmo habentur. lib. de Baptiſmo, cap. XV. *Sane retexam, quod ſupra omiſi; ne imminentes ſenſus videar intercidere. UNUS OMNINO BAPTISMUS eſt nobis; tam ex Domini Evangelio, quam ex Apoſtoli literis: quoniam unus Dominus, & unum Baptiſma,*

&

& una Eccleſia in cœlis. Sed circa Hæreticos ſane quid cuſtodiendum ſit, digne quis retractet? Ad nos enim editum eſt. Hæretici autem nullum habent conſortium noſtræ diſciplinæ; quos extraneos utique teſtatur ipſa ademptio communionis. Non debeo in illis cognoſcere, quod mihi eſt præceptum: quia non idem Deus eſt nobis & illis; nec unus Chriſtus, id eſt, idem: ideoque nec Baptiſmus unus, quia non idem: quem cum rite non habeant, ſine dubio non habent: nec cupit numerari, quod non habetur: ita nec poſſunt accipere, quia non habent. Sed de iſto plenius jam nobis in Græco digeſtum.

Nec ſolus in iſta opinione erat Tertullianus, ſed & cum, vel poſt ipſum Agrippinus, ac cum ipſo quoque Concilium Africæ ac Numidio ab hoc Agrippino congregatum: Quod Cyprianus cum in Epiſtola 71 ad Quintium, tum in alia ad Jubajanum, clare indicat. In priori enim ad hunc modum loquitur: *Quod quidem & Agrippinus, bonæ memoriæ vir, cum cæteris Epiſcopis ſuis, qui illo tempore in provincia Africa, & Numidia Eccleſiam Dei gubernabant, ſtatuit, & librato Conſilii communis examine firmavit. Quorum ſententiam & religioſam, & legitimam, & ſalutarem fidei, & Eccleſiæ Catholicæ congruentem, nos etiam ſecuti ſumus.*

In poſteriori (ad Jubajanum) hiſce verbis utitur: *Apud nos autem non nova, aut repentina res eſt, ut baptizandos cenſeamus eos, qui ab Hæreticis ad Eccleſiam pervenerint: cum multi jam anni ſint & longa ætas, ex quo ſub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt.*

Hinc quoque Epiſt. 70, ſententiam illam vocat *non novam*, ſed *ab anteceſſoribus ejus ſtatutam, atque à ſe obſervatam.* Interim non ad Apoſtolica tempora, nedum ad Apoſtolos ipſos, provocare audet.

Sy-

Synodum quoque habitam fuiſſe hujus Cypriani tempore, imo & alteram poſt hanc; quin & tertiam ſuper Anabaptiſmo, ac quidem (ſi ſimul numeretur illa ſub Agrippino, jam annis duobus poſt Tertulliani mortem, i. e. anno 217.) quartam, clare ex ipſo Cypriano innoteſcit. De Agrippini Synodo jam locuti ſumus, de altera illa, quæ prima Cypriani ſub Epiſcopatu, ſeu primatu fuit, ita ipſe Epiſt. 70. (cum ſociis 231.) ad Januarium & cæteros Numidiæ Epiſcopos: *Cum ſimul in Concilio eſſemus, fratres chariſſimi, legimus literas veſtras, quas ad nos feciſtis de iis, qui apud hæreticos ac ſchiſmaticos baptizari videntur, an ad Eccleſiam Catholicam, quæ una eſt, venientes baptizari debeant. De qua re quanquam & ipſi illic veritatem & firmitatem Catholicæ regulæ teneatis; tamen, quoniam conſulendos nos pro communi dilectione exiſtimaſtis, ſententiam noſtram non novam promimus, ſed JAM PRIDEM ab anteceſſoribus noſtris ſtatutam, & à nobis obſervatam vobiſcum pari conſenſione conjungimus: cenſentes ſcilicet, & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra Eccleſiam poſſe, &c.*

Poſterioris, ſeu ſecundæ meminit Epiſt. 73. ad Jubajanum hoc modo: *Et nunc quoque, cum in unum conveniſſemus, tam Provinciæ Africæ, quam Numidiæ Epiſcopi ſeptuaginta & unus, hoc idem denuo noſtra ſententia firmavimus, ſtatuentes unum Baptiſma eſſe, quod ſit in Eccleſia Catholica conſtitutum, ac per hoc non REBAPTIZARI* [ita enim partes adverſæ loquebantur] *ſed baptizari à nobis. Quicunque ergo ab adultera & prophana aqua veniunt, abluendi ſunt & ſanctificandi ſalutaris aquæ veritate. Nec nos movet, frater chariſſime, quod in literis tuis complexus es; Novatianenſes rebaptizare eos, quos à nobis ſollicitant: quando ad nos omnino non pertineat quid hoſtes Eccleſiæ faciant, dummodo teneamus ipſi poteſtatis noſtræ honorem, & rationis ac veritatis firmitatem. Nam Novatianus Simiarum more, quæ cum homines non ſint, homines*

tamen imitantur, vult Eccleſiæ Catholicæ auctoritatem ſibi & veritatem vindicare, quando ipſe in Eccleſia non ſit. Imo adhuc inſuper contra Eccleſiam rebellis & hoſtis extiterit; ſciens enim unum eſſe Baptiſma, hoc unum ſibi vindicat, ut apud ſe eſſe Eccleſiam dicat, & nos hæreticos faciat. Nos autem, &c.

At tertiam non ex ſolis Africæ ac Numidiæ, verum & ex Mauritaniæ Epiſcopis N°. 87. compoſitam, pro magna parte hîc inſeram : ut videamus ex illa, qualibus ac quantis argumentis huic Anabaptiſmo ſuppetias ire ſtuduerint. Neque Aur. Auguſtinum libris 6 ac 7 contra Donatiſtas, hoc Concilium totum inſerere tæduit, ac ſingulis horum Epiſcoporum ſententiis *ſuas opponere rationes.* Hæc itaque ex illa Synodo excerpere volui:

Cum in unum Carthagine conveniſſent Calend. Septembris Epiſcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum Presbyteris & Diaconibus, preſente etiam plebis maxima parte, & lecta eſſent literæ Jubajani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubajanum reſcriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque poſtmodum Cypriano Jubajanus idem reſcripſerit, Cyprianus dixit : Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Jubajanus coëpiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito & profano hæreticorum Baptiſmo; & quod ego ei reſcripſerim; cenſens ſcilicet, quod ſemel atque iterum & ſæpe cenſuimus, hæreticos ad Eccleſiam venientes Eccleſiæ Baptiſmo baptizari & ſanctificari opportere. Item lecta ſunt vobis & aliæ Jubajani literæ, quibus pro ſua ſincera & religioſa devotione ad Epiſtolam noſtram reſcribens, non tantum conſenſit, ſed etiam inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt ut de hac ipſa re ſinguli quid ſentiamus proferamus : neminem judicantes, aut à jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quiſquam noſtrûm Epiſcopum ſe eſſe Epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit,

adigit, quando habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ, arbitrium proprium, tamque judicariab alio non poſſit, quam nec ipſe poteſt alterum judicare. Sed exſpectemus univerſi judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro judicandi.

CÆCILIUS à BILTA dixit:

EGo unum Baptiſma in Eccleſia ſola ſcio, & extra Eccleſiam nullum. Hic erit unum, ubi ſpes vera eſt, & fides certa; ſic enim ſcriptum eſt: una fides, una ſpes, unum Baptiſma: non apud hæreticos, ubi ſpes nulla eſt, & fides falſa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi EXORCIZAT Dæmoniacus, ſacramentum interrogat, cujus os & verba cancer emittunt; fidem dat infidelis; veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit Anti-Chriſtus; benedicit à Deo maledictus: vitam pollicetur mortuus: pacem dat impacificus: Deum invocat blaſphemus: ſacerdotium adminiſtrat prophanus: ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut ANTISTITES DIABOLI *audeant Euchariſtiam facere, aut qui illis aſſiſtunt, dicant hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Eccleſia, et ſine Baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, & à tanto ſcelere nos ſeparare, & unum Baptiſma tenere, quod ſoli Eccleſiæ à Deo conceſſum eſt.*

PRIMUS à MISGIRPA dixit:

CEnſeo omnem hominem ab hæreſi venientem baptizandum. fruſtra enim illic putat ſe eſſe baptizatum; cum non ſit Baptiſma, niſi in Eccleſia unum, & verum: quia & Deus unus, & fides una, & Eccleſia una eſt, in qua ſtat unum Baptiſma & ſanctitas, & cætera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent ſalutis effectum.

POLYCARPUS ab ADRUMETO dixit:

Qui hæreticorum Baptiſma probant, noſtrum evacuant.

NONATUS à THAMULGADE dixit:

Licet ſciamus omnes Scripturas ſibi teſtimonium reddere de ſalutari Baptiſmo, DEBEMUS tamen fidem noſtram exprimere; HÆRETICOS & SCHISMATICOS ad Eccleſiam venientes, qui Pſeudobaptizari videntur, debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideo ſecundum teſtimonium ſcripturarum, & ſecundum decretum collegarum noſtrorum ſanctiſſimæ memoriæ virorum, omnes Schiſmaticos & Hæreticos, qui ad Eccleſiam converſi ſunt, baptizari, ſed & eos, qui ordinati videbantur, inter Laicos recipi.

NEMESIANUS à THUBUNIS dixit:

Baptiſma, quod dant Hæretici & SCHISMATICI, non eſſe verum, ubique in Scripturis Sanctis declaratum eſt. Quoniam ipſi præpoſiti eorum falſi Chriſti ſunt, & falſi Prophetæ, dicente Deo per Salomonem: Qui fidus eſt in falſis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes. Deſerit enim vias vineæ ſuæ, à ſemitis vero agelli ſui erravit. Ingreditur autem per avia loca & arida: & terram deſtinatam inſitim: contrahit autem manibus infructuoſa. Et iterum: ab aqua aliena abſtine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ. Et in Evangelio divina ſua voce Dominus noſter Jeſus Chriſtus locutus eſt dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Hic eſt Spiritus, qui ab initio ferebatur ſuper aquam. Neque enim Spiritus ſine aqua operari poteſt, neque aqua ſine Spiritu. Male ergo ſibi interpretantur, ut dicant, quod per manus impoſitionem Spiritum Sanctum accipiant, & ſic recipiantur: cum mani-

manifeſtum ſit utroque ſacramento debere eos renaſci in Eccleſia Catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei eſſe, dicente Apoſtolo : Curantes ſervare unitatem Spiritus in conjunctione pacis : unum corpus & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ : unus Dominus, una fides, unum Baptiſma, unus Deus. HÆC OMNIA ECCLESIA CATHOLICA LOQUITUR.

Hæc guſtus gratiâ dicta ſunto, quum tota illa Synodus, ſeu ſententiæ ab unoquoque horum Epiſcoporum lecta digniſſimæ ſint, ut inde conſpiciamus, *quò diſcordia cives deduxerit miſeros.*

Ac quidem ex hiſce jam allatis, *Hæreticos* haberi *Dæmoniacos*, i. e. *Diabolo obſeſſos*, ipſorumque Epiſcopos ac Preſbyteros, *Antiſtites Diaboli* : tum & *ſchiſmaticos* eodem ordine cum *Hæreticis* haberi cæperunt, ſicque ſimul ipſis conjungi : hincque ex ſententia horum Epiſcoporum, ſeu membrorum Synodi, æque eſſe baptizandos : quum & Martyr Petrus ab Hippone dixerit : *Cum Baptiſma unum ſit in Catholica Eccleſia, manifeſtum eſt, non poſſe extra Eccleſiam baptizari. Et ideo in hæreſi tinctos, ſive in Schiſmate, venientes ad Eccleſiam cenſeo baptizari opportere.* Dum interim Auguſtinus (qui circa hæc plane contrarium ſentit) dicat Homilia. 11. ſuper Matthæo : *Schiſmaticos non fides diverſa facit, ſed communionis diſrupta ſocietas*; neque aliter alibi loquatur ipſe Cyprianus, dum de rupta Fraternitate loquitur.

Interim Hæreticos quippe (ut jam vidimus) Dæmoniacos, *ſicut æque Schiſmaticos* (quod notandum) eſſe exorcizandos ſimul & baptizandos, cenſet *ibi Creſcens à Cirta*, his verbis : *Cenſeo omnes hæreticos & ſchiſmaticos, qui ad Catholicam Eccleſiam voluerint venire, non ante ingredi niſi exorcizati & baptizati prius fuerint; exceptis his, qui in Ec-*

cleſia Catholica fuerint ante baptizati : ita tamen ut PER MANUS IMPOSITIONEM in pœnitentiam Eccleſia reconcilientur.

Neque mirum ; quum ex ſententia Secundini à Cedias *ii, qui ab Eccleſia exeunt*, [inter quos & Schiſmatici numerantur] *indubitanter hoſtes Chriſti, atque Antichriſti nominati ſint :* quod teſtimonio Joan. Apoſtoli firmare is nititur.

Ac cur non Antichriſti illi habendi, qui, aſſerente Vincentio à Thibari, *pejores Ethnicis ſunt.* Ita enim iſte : *Hæreticos ſcimus eſſe pejores quam Ethnicos. Si ergo converſi ad Dominum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam Dominus præcepto Divino mandavit Apoſtolis, dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, Dæmonia expellite. Et alio loco : Ite, & docete gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ergo primo per manus impoſitionem IN EXORCISMO, ſecundo per Baptiſmi regenerationem tunc poſſunt ad Chriſti pollicitationem venire. Aliàs autem fieri cenſeo non debere.*

Cur autem Hæretici pejores ſint Ethnicis, hanc bellam rationem reddit *Saturninus à Tucca his verbis : Gentiles, quamvis idola colant, tamen ſummum Deum patrem Creatorem COGNOSCUNT ac confitentur, in hunc Marcion blaſphemat*, &c.

At præter Marcionem plurimæ Hæreticorum (ſaltem ita appellatorum) ſectæ erant ; & inter illos (ut infra videbimus) qui tantum levi argumento ab Eccleſia Catholica differebant : quique, ſi hujus ratiocinatio valeret, omnes illi pejores Ethnicis, ac Deum Patrem, &c. abnegantes haberi debebant.

Ac quamvis ipſi confiterentur hi Epiſcopi conſuetudinem Chriſtianorum Catholicorum jam ab antiquo aliam fuiſſe, tamen conſuetudinem hic minime conſiderandam cenſebant. Unde *Saturninus ab Avitinis* dixit : *In Hæreticis*

ſine

ſine Eccleſiæ Baptiſmo admittendis, nemo conſuetudinem rationi & veritati præponat : quia conſuetudinem ratio & veritas ſemper excludit. Atque *Honoratus à Tucca* non inferiora ſecutus, ita : *Cum Chriſtus veritas ſit, magis veritatem quam conſuetudinem ſequi debemus*, &c. Quaſi ipſe Chriſtus Hæreticos baptizandos eſſe juſſiſſet; & tamen perverſa conſuetudo introducta fuiſſet.

Nec tamen hæc opinio à ſolis Africanis defenſa fuit; ſed & in Ægyptum ex Africa, & in Aſiam minorem penetravit. Hinc enim Dionyſius Alexandrinus, Epiſtola ad Xyſtum (Euſeb. lib. 7. cap. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ) ita loquitur: *Scias autem nunc frater, unitas eſſe cunctas per Orientem & adhuc ulteriores Eccleſias, quæ antea diviſæ à ſe invicem fuerunt. Concordes ſunt omnes ubique Eccleſiarum præſides, vehementer gaudentes ſuper pace, quæ præter exſpectationem eſt facta. Demetrianus Antiochiæ, Theoctiſtus Cæſareæ, Mezabantes Hieroſolymis, Marinus Tyri, mortuo Alexandro, Heliodorus Laodiceæ, poſt obitum Thelimydris, Helenus Tarſi, & cunctæ Eccleſiæ Ciliciæ ; Firmilianus & omnis Cappadocia: ſolos autem præclariores Epiſcopos nominavi, ne Epiſtolam prolixiorem & narrationem moleſtam redderem. Univerſa Syria, & ipſa Arabia, quibus ſingulis contenti eſtis, & quibus jam ſcribitis, & Meſopotamia, Pontus etiam & Bithynia, & ut in ſumma dicam, exultant ubique omnes, in concordia & fraterna dilectione Deum glorificantes.*

Sic idem ille Dionyſius teſtatur, & Iconii, & Synnadis; in Phrygia nempe, in Galatia atque in Cappadocia ac Cilicia, hunc eundem morem obtinuiſſe : in qua re & Firmilianus (ad Cyprianum data Epiſtola) ei aſtipulatur. Verba autem Dionyſii, apud Euſebium lib. 7. cap. 6. legi poſſunt; ſicut cap. VIII. in exemplo ſenis apud Hæreticos baptizati, quem ipſe denuo baptizare non auſus, abſque

abſque Baptiſmo tali (quamvis is illum flagitaret) ad Communionem corporis Chriſti adhibuerat.

At quam facile homines, qui non per omnia cum Orthodoxis illis (quos nunc non pro Orthodoxis, circa cuncta doctrinæ capita haberemus) ſentiebant, pro Hereticis habiti fuerint; oſtendunt Imperatores Chriſtiani: ſicut ex hoc ſequenti edicto patet, quod Cod. Juſtin. lib. I. titulo V. habetur:

IMPP. GRATIANUS, VALENTIN. ET THEOD. A. A. A. AD HESPERIUM PR. P.

OMnes vetitæ legibus Divinis & Imperialibus conſtitutionibus hæreſes perpetuo quieſcant.

¶ *Nemo ulterius conetur quæ repererit profana præcepta vel docere, vel diſcere; nec Antiſtites eorundem audeant fidem inſinuare, quam non habent: nec miniſtros creare, qui non ſunt. Nec per conniventiam Judicantium, omniumque, quibus per conſtitutiones paternas ſuper hoc cura mandata eſt, ejuſmodi audacia negligatur, & creſcat.* ¶ *HÆRETICORUM autem vocabulo continentur, & latis adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui* [NB] *VEL LEVI ARGUMENTO à judicio Catholicæ religionis, & tramite, detecti fuerint deviare.* Dat. III. Non. *Auguſt. Mediolani, Auſonio & Olybrio Conſſ.* 379.

Si quis jam noſſe velit quænam Sanctiones aut Leges in illos ſtatutæ fuerint, viderit is hoc ſequens edictum, quod novem annis poſt ab Arcadio & Honorio Impp. latum fuit: ne de edicto Impp. Conſtantini, Conſtantii ac Conſtantis, quod a°. 326. Conſtantino A. VII. & Conſtantio Conſſ. prodiit loquar.

IMPP.

IMPP. ARCAD. & HONOR. A.A. CLEARCHO PRÆFECTO URBI.

Cuncti Hæretici procul dubio noverint omnia ſibi loca adimenda eſſe : ſive ſub Eccleſiarum nomine teneantur, ſive Diaconica appellentur, vel etiam Decanica : ſive in privatis ædibus, vel locis hujuſmodi cœtibus copiam præbere videantur : his ædibus, vel locis privatis, Eccleſiæ Catholicæ vindicandis. ¶ *Ad hoc interdicatur his omnibus ad litanias faciendas nocte, vel die coire profanis conventibus : ſtatuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium ſublimitatis tuæ ; vel præſidiale, quinquaginta, ſi quid hujuſmodi fieri vel in publico, vel in privatis ædibus concedatur. Dat. V. Non. Martii Arcadio IV. & Honorio, A. A. Conſſ.*

At cum ſepulchris (familiaribus ſaltem, ac gentilitiis) etiam (præterquam quod hæreditates adire non poſſent, aliis privilegiis ac commodis privati eſſent, etiam capitis pœna in ipſos conſtituta) ipſis interdictum eſſet, Imperator Martianus hoc contra edictum emanavit:

IMPERATOR MARTIANVS.

Ἀνθρώπινον καὶ ὅσιον λογιζόμενοι, τὰς αἱρετικὰς θάπτεσθαι ταφὰις νενομισμέναις τάφοις.

Humanum ac pium hoc arbitrati Hæreticos permittimus ſepeliri legitimis ſepulchris. D. Conſtantinop. id. Auguſt. Conſtant. & Rufo Conſſ. 457.

Interim ut ex ejuſdem V tituli conſtitutione 12. patet, manebat iſta ſententia : *Omnis non Orthodoxus eſt Hæreticus.*

Verum enim vero, ut rurſum paulo altius, atque ad Cypriani tempora, adſcendamus, non omnes Orthodoxi in eadem erant opinione. Nam certe Romanus Epiſcopus Ste-

phanus talia ſentientibus opponebat veterem (ut vidimus) conſuetudinem, ceu traditionem Apoſtolicam: quam tamen ut non Apoſtolicam rejiciebat Cyprianus; qui bene longam, ſuper hac controverſia, ad hunc Stephanum Epiſtolam ſcripſit, quæ inter Cyprianicas nº. . . . . eſt. Sed, quamvis magno cum fervore hæc quæſtio Cypriani tempore agitata fuerit: fervor ille ſenſim deferbuit, atque obtinuit tandem rurſus *vetus conſuetudo*. Diſtinguebant tamen poſteriores, inprimis Catholici Chriſtiani, inter Hæreticos atque Hæreticos, ſicut ex Conciliis, Niceno, Laodiceno, & Conſtantinopolitano primo liquet. Neque obſervabant Anabaptiſmum in Arianis (ſicut ex Concilio Arelatenſi primo patet) quod illi quoque, licet aliter ac Catholici ſentientes, in Nominibus Patris, Filii, ac Spiritus Sancti baptizarent.

Quod ad Nicæum concilium attinet, id Canone 8 ita loquitur: Περὶ δὲ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς πολὲ, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετηθέντας αὐτοὺς, μένειν οὕτω, ἐν τῷ κλήρῳ προσβυτέρους δὲ τοῦτο ὁμολογήσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅπ. σωθήσονται καὶ ἀκολουθήσασι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι, τοῦτ' ἔστι καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παρεπιπλωκόσιν. ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιροὶ ὥρισται. ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν, ἐν πᾶσι, τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. ἐνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι διῳκοῦντο χειροτονηθέντες, οἱ διοικόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. εἰ δὲ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ ἢ πρεσβυτέρῳ οὔσῃ, παρεισέρχονταί τινες, φανερὸν ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα δὲ ἐπισκόπου. ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις καθαροῖς, τὴν δὲ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει. πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς δὲ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρε-

χωρεπισκόπυ ἢ πρεσβυτέρυ, ὑπὲρ τῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

De his, qui se CATHOROS, *id est puros nominant, si aliquando ad Catholicam & Apostolicam Ecclesiam redierint, visum est Sanctæ & magnæ Synodo, ut accepta manuum impositione, sic in Clero maneant. Præ omnibus autem eos scripto profiteri oportet, quod consentiant, ac sequantur dogmata Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ, id est & cum Digamis communicare, & his qui in persecutione lapsi sunt; quibus etiam tempus constitutum est, & opportunitas definita, ut in omnibus sequantur dogmata Catholicæ Ecclesiæ. Ubicunque autem, sive in vicis, sive in civitatibus, ipsi soli inventi fuerint ordinati, qui inveniuntur in Clero, in eodem ordine permaneant. Si autem Catholicæ Ecclesiæ Episcopo aut Presbytero existente quidam accedunt, manifestum est, quod Episcopus Ecclesiæ dignitatem Episcopi habeat. Qui autem apud eos, qui dicuntur Cathari, nominatur Episcopus, habeat honorem Presbyteri, nisi forte placuerit Episcopo nominis honorem illi concedere. Si hoc autem ei minime placuerit, inveniat ei locum Chorepiscopi, aut Presbyteri, ut in Clero omnino esse videatur; ne in civitate duo sint Episcopi.*

At Canone XIX. de *Paulianistis, seu Samosatenianis*, hoc modo statuunt : Περὶ τῶν Παυλιανιστῶν, εἴτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὁρίσθηται ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. εἰ δέ τινες τῶν παρεληλυθότι χρόνῳ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονεῖσθωσαν ὑπὸ τῦ καθολικῆς ἐκκλησίας ἐπισκόπυ. εἰ δὲ ἡ ἀνάκρισις ἀνεπιτηδείους αὐτοὺς δείξει, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. ὡσαύτως δὲ περὶ τῶν Διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος φυλαχθήσεται. ἐμνήσθη μὲν δὲ τῶν Διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζομένων, ἐπεὶ μὴ δὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσι, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

De PAULIANISTIS, si ad Ecclesiam Catholicam confugerint, definitum est eos omnino REBAPTIZARI. Si qui verò præterito tempore in Clero fuerint, siquidem inculpati & irreprehensibiles, REBAPTIZATI ordinentur ab Episcopo Catholicæ Ecclesiæ. Si vero examinati, minus apti deprehensi fuerint, deponi eos convenit. Similiter autem & de Diaconissis, & omnino de his, qui sub Canone versantur, eadem forma servabitur. Diaconissarum autem meminimus, quæ in habitu quidem esse censentur: quia vero nullam manus impositionem habent, ut omnino inter laicos ipsæ deputentur.

Agnoscunt hîc hi Patres *Anabaptismum*, quem Cyprianus, sociique ipsius, quamvis ipsorum Baptismus in Hæreticis, &c. conversis revera idem fuerit, ratione nominis, non agnoscunt: licet hi tales, si Clerici jam inter Hæreticos fuissent, atque inter Catholicos tales permanere vellent, rebaptizarent.

Laodiceni Patres hæc de Hæreticis, per illos nominatis, statuunt Can. VII. Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῶν αἱρέσεων, τῶν τ' ἔστι νεωτεροποιῶν ἤτοι Φοτινιανῶν ἢ τεσσαρεσκαιδεκατίτων, ὀνομαζομένων, ἢ πιστῶν τῶν παρ' ἐκείνοις. μὴ πρότερον δέχεσθαι πρὶν ἀναθεματίσωσι πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ᾗ καθέχονται. καὶ τότε λοιπὸν τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς πιστοὺς, κατηχηθέντας τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, χρισθέντας τῷ ἁγίῳ χρίσματι, ὕτω κοινωνεῖν τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ.

De his qui ab Hæreticis, id est Novatianis, aut Photinianis, aut Tessarescædecatitis, sive baptizati sint illi, sive Catechumeni: non ante suscipiantur, quam omnes hæreses anathematizent, & præcipue illam qua detinebantur. Et tum demum hi, qui apud eos dicebantur fideles nostræ doceantur fidei Symbolum, & uncti sancto Chrismate sic mysteriis communicent sacrosanctis.

Tum quoque Canon. VIII. Περὶ δὲ, τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν λεγομένων

γομένων Φρυγῶν ἀπιρρέφοντας, εἰ καὶ ἐν κλήρῳ νομιζομένῳ παρ' αὐτοῖς τυγχάνοιεν, εἰ καὶ μέγιστοι λέγοιντο, τὰς τοιάτας μετὰ πάσης ἀπιμελείας κατηχεῖσθαί τε καὶ βαπτίζεσθαι ὑπὸ τ ἐκκλησίας ἀπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων.

De his, qui convertuntur ab hæresi, quæ dicitur Cataphrygarum, etsi in Clero, qui apud eos esse creditur, fuerint, etsi MAXIMI dicantur; hos sub omni diligentia ab Episcopis Ecclesiæ, vel Presbyteris, instrui & baptizari conveniet.

Denique Concilium Constantinopolitanum, Can. VII, ita loquitur: Τὰς προσιθεμένας τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τ σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποταγμένην ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν. Ἀρειανὰς μὲν καὶ μακεδονιανὰς καὶ σαβατιανὰς καὶ ναυατιανὰς τὰς λεγομένας ἑαυτὰς καθαρὰς καὶ ἀρίστας καὶ τὰς παραρεχομένας τὰ τ ἁγίων πατέρων παραδίτας, καὶ ἀπολλιναριστὰς δεχόμεθα διδούσας λιβέλλους καὶ ἀναθεματίζουσας πᾶσαν αἵρεσιν, μὴ φρονοῦσαν ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία τ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. καὶ σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους πρῶτον τῷ ἁγίῳ μύρῳ τ' τε μέτωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὸ στόμα καὶ τὰ ὦτα. καὶ σφραγίζοντες αὐτοὺς λέγομεν, σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου. Εὐνομιανὰς μὲν τοι τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ μοντανίστας τοὺς ἐνταῦθα λεγομένους Φρύγας, καὶ σαβελλιανοὺς τοὺς ὑποπλατείαν διδάσκοντας, καὶ ἑτερά τινα χαλεπὰ πλήθη, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αἱρετικοὺς (ἐπειδὴ πολλοί εἰσιν ἐνταῦθα, μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς γαλατῶν χώρας ἐρχόμενοι) πάντα τοὺς ἀπ' αὐτῶν θέλοντας προσίεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς ἕλληνας δεχόμεθα, καὶ τ πρώτην ἡμέραν ποιοῦμεν αὐτοὺς χριστιανούς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἶτα τῇ τρίτῃ ἐξορκίζομεν αὐτοὺς μετὰ τ ἐμφυσῶν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ εἰς τὰ ὦτα. καὶ οὕτως κατηχοῦμεν αὐτοὺς, καὶ ποιοῦμεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τ γραφῶν. καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν.

Eos, qui ex hæreticis rectæ fidei & parte eorum, qui salvantur,

adhærere cupiunt, admittimus ſecundum ſubjectum ordinem & conſuetudinem. Arianos quidem & Macedonianos, & Sabbatianos, & Novatianos, qui ſe puros & optimos vocant, & Quartodecimanos ſive Quaterniarios, & Apollinariſtas recipimus, dantes quidem libellos, & omnem hæreſim execrantes, quæ non conveniat cum Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſiâ. Et ſignatos ſive unctos primum ſacro unguento, & frontem, & oculos, & os, & aures: & eos ſignantes dicimus: ſignaculum doni Spiritûs Sancti. Eunomianos autem, qui UNA IMMERSIONE baptizantur: Item Montaniſtas, qui hîc vocantur Phryges, & Sabellianos, qui eundem eſſe patrem & filium opinantur, & alia quædam indigna faciunt: aliasque omnes hæreſes (quoniam hîc multi ſunt hæretici, & maxime qui & Galatarum regione veniunt) quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, velut paganos admittimus: acprimò quidem die eos Chriſtianos deſignamus, altero Catechumenos, dein tertio die adjuramus eos, ter ſimul in faciem eorum & aures inſufflando. Et ſic inſtituimus & erudimus eos, damuſque operam, ut longo tempore in Eccleſia verſentur, & audiant ſcripturas: & tunc eos baptizamus.

Tandem afferamus Concilii Arelatenſis primi Canon. 8. qui ita habet, *de Arianis, qui propria lege ſua utuntur, ut rebaptizentur placuit. Si ad Eccleſiam aliqui de hac hæreſi venerint, interrogent eos noſtræ fidei ſacerdotes ſymbolum, & ſi præviderint in Patre, Filio, & Spiritu Sancto eos baptizatos, manus tantum eis imponatur, ut ACCIPIANT SPIRITUM SANCTUM. Quod ſi interrogati non reſponderint hanc Trinitatem, non baptizentur.*

Secundi Concilii Arel. Can. XVI. habet: *Fotinianos ſive Paulianiſtas ſecundum Patrum ſtatuta baptizari opportet.*

Can. XVII. *Bononianos autem ex eodem errore venientes (quos ſicut Arianos baptizari in Trinitate*

tate manifeſtum eſt) dum interrogati fidem noſtram ex toto corde confeſſi fuerint, cum Chriſmate & manus impoſitione in Eccleſiam recipi ſufficit.

Poſt Catholicos ἀναβαπτιζομένους illos, qui ipſis vel Hæretici, vel (quandoque etiam) Schiſmatici erant, tranſeamus ad iſtos Hæreticos, qui vice verſa, ac quaſi ex talionis lege, Catholicos rebaptizabant.

Primi illorum fuere Novatiani : quod ſicut à Catholicis habebantur pro Schiſmaticis, propter opinionem ſcilicet ſuper Lapſis ac Libellaticis (i. e. illis, qui in perſecutione ſecuritatem pecunia ſua per libellos obtinuerant, quaſi Ethnici forent, cum tamen eſſent Chriſtiani :) an tales nimirum, mediantibus Martyrum precibus, eſſent iterum pœnitentes ſuſcipiendi, an vero Eccleſiæ regulis ſuper pœnitentia factis eſſent ſubjiciendi, &c. Novatianis ſtatuentibus illos ob Martyrum interceſſiones non ſtatim eſſe ſuſcipiendos. Hi quoque cum viderent ſe pro hæreticis haberi, iſtosque, qui ab ipſis baptizati fuerant, ac poſtea ad Catholicos redibant, novo Baptiſmo iterum baptizari; ſic vice verſa illos, qui à Catholicis ad ipſorum cœtum tranſibant, æque rebaptizabant : nec magis Catholicorum Baptiſmum pro vero ac legitimo habebant, quam illorum Baptiſmum Catholici.

Idem & in Donatiſtis locum habebat: ut qui ſimili modo à Catholicis baptizatos rebaptizabant.

Hinc enim Auguſtinus libro de Hæreſibus, hæreſi 69. *Audent etiam (Donatiſtæ) rebaptizare Catholicos, ubi ſe amplius hæreticos eſſe firmarunt; cum Eccleſiæ Catholicæ univerſæ placuerit, nec in ipſis Hæreticis Baptiſma commune reſcindere.*

Nempe jam ante Auguſtini tempus, imo diu, Catholici non amplius omnes ſine diſcrimine rebaptizabant hæreticos (quamvis & eſſent Auguſtini tempore, quos re-

ba-

baptizabant, Paulianos nempe, & alios quosdam.

Sed ipso fere Cypriano vivente, plurimi inter illos, qui cum ipso hunc anabaptismum urserant, veterem consuetudinem denuò amplexi sunt; uti Hieronymus testatur, Dialogo contra Luciferianos, hoc modo: *Conatus est B. Cyprianus lacus contritos fugere, bibere de aqua aliena, & idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ urbis Episcopum, qui a B. Petro decimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum. . . . Sed conatus ejus frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum ipso statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti, novum emisere decretum.*

Arrianos autem rebaptizasse illos, qui à Catholicis ad ipsos deficerent, cum ex Augustini hæresi XLIX. ad Quodvultdeum Episcopum, patet; ubi ita habet: *Rebaptizari quoque ab his* [Arrianis] *Catholicos novimus: utrum & non Catholicos nescio*; tum ex Lib. *de quinque Hæresibus*, sub finem.

De Aëtianis sive Anomæis idem testatur Epiphanius hæresi 76. hoc modo: Οὗτος τούτων διάδοχος Εὐνομίος τις ψευδωνύμως καλούμενος, ἔτι καὶ δεῦρο παρίων τῷ βίῳ, μέγα καὶ κακὸν τόλμημα ἀναβαπτίζει τοὺς ἤδη βεβαπτισμένους, ἀμείνονα τοὺς ἀπὸ ὀρθοδόξων πρὸς αὐτὸν ἐγχωμένους, καὶ αἱρέσεων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν Ἀρειανῶν. *Horum (Aëtianorum) successor Eunomius falso nomine ita appellatur, qui adhuc in vita supersit, magnum & temerarium (quod est) flagitium, jam baptizatos rebaptizat; ac non solum eos, qui ab Orthodoxis, & hæresibus quoque, ad ipsum transeunt: sed etiam qui ab ipsis Arrianis.*

Damnabant interim Leges Cæsareæ hæreticos illos, qui Orthodoxos rebaptizabant. Sic enim Impp Valent. Valens & Gratianus; sive ut reponendum censet Gothofredus: *Valens, Gratianus & Valentinianus. A. A. A. ad Flavianum Vicarium Africæ.* An-

Antiſtitem, qui ſanctitatem Baptiſmatis illicita uſurpatione geminaverit, Sacerdotio indignum eſſe cenſemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui Apoſtolorum præcepta calcantes, Chriſtiani nominis Sacramenta ſortitos alio rurſus Baptiſmate non purificant, ſed inceſtant lavacri nomine polluentes. Datum XVI, Cal. Novemb, Conſtant. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conſſ. 377. Ad hæreticos autem ſpectat ſequens edictum:

IMPP. HONOR & THEOD. A. A. ANTHONIO PRÆFECTO PRÆTORIO.

Si quis rebaptizare quempiam de miniſtris Catholicæ ſectæ fuerit detectus, una cum eo, qui piaculare crimen commiſit, (SI TAMEN CRIMINIS PER ÆTATEM CAPAX SIT) & hic cui perſuaſum ſit, ultimo ſupplicio percellatur. Dat. XII. Calend. Aprilis Conſtant. Lucio V. C. Conſ. 413.

Sic quoque hoc ſequens:

IMPP. THEODOSIUS & VALENT. A. A. FLORENTIO PRÆFECTO PRÆTORIO.

Nulli hæreticorum danda licentia eſt, vel ingenuos, vel SERVOS PROPRIOS, qui Orthodoxorum ſunt initiati myſteriis, ad ſuum rurſus Baptiſma deducendi, necnon illos, quos emerint, vel qualitercunque habuerint, necdum ſuæ ſuperſtitioni conjunctos, prohibendi Catholicæ ſequi religionem Eccleſiæ. Quod qui fecerint, vel, cum ſit ingenuus, in ſe fieri paſſus ſit, vel factum non detulerit, exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: Teſtamenti & donationis faciendæ utriſque deneganda licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, ut nulli judicum liceat delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coercitioni mandare: niſi ipſe idem pati velit, quod aliis diſſimulando conceſſerit. Datum III. Calend. Jun. Conſtantinopoli, Felice & Tauro Conſſ. 428.

TEmperare mihi nequeo, dum de Origine Baptiſmi, Pædobaptiſmi, tum & Anabaptiſmi, loquor, quin aliquid addam de Catechumenis veteris Eccleſiæ, eorumque catecheſi: quæ, certe, in infantibus locum habere non potuit. Verum, ſicut iſta tractatio de Catecheſi, ac Catechumenorum gradibus hîc magis ad rem facit; ſic & alii ritus ac circumſtantiæ, huc aliquatenus facientes, alibi forſan, ac meliori data occaſione, ſibi locum reperient; ubi ſcilicet (ſi Deus mihi vitam commodamque occaſionem ſua bonitate præbeat) omnes Veteris Eccleſiæ ritus ac ceremonias; tum & munera Eccleſiaſtica Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Epiſcoporum, Metrapolitanorum, &c. tum & minoris gradus Clericorum; ipſorumque tam ex Judæiſmo quam ex Ethniciſmo, tractare ac pro viribus pertractare conabor. Vox κατηχέω reperitur in Scriptura Novi Teſtamenti; ut Lucæ I. v. 4. Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Sic & Act. XVIII. 25. de Apollo: οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τ Κυρίε: tum & XXI. 24. Rom. II. 18. 1. Cor. XIV. 19. tandemque Gal. VI. v. 6. ſed non plane eodem ubique ſenſu: neque exiſtimandum eſt Apoſtolorum tempore eam Catecheſin locum habuiſſe, quæ ſequentibus ſeculis obtinuit: præſertim cum jam ævis potiſſimum quarto ac quinto, in certos gradus atque ordines ipſi Catechumeni diſtincti eſſent.

Ut enim primo iſto Chriſtianiſmi ſeculo, quo & ipſi Apoſtoli Evangelium Jeſu Chriſti prædicabant, multa ac diverſa dona extraordinaria ac miraculoſa Spiritus Sancti locum habebant; ſic etiam maxime in Apoſtolis illud donum probandi Spiritus, an ex Deo eſſent. Hinc enim & de Hypocriſi, tam Ananiæ ac Sephyræ, quam Simonis Magi, aliorumque, certo ſatis judicare poterant: neque ita neceſſaria tunc erat Catecheſis illa poſteriorum temporum, quod nec

nec ratio horum Apoſtolicorum temporum, aut circumſtantiarum id ſæpe paterentur, in primis iſtis Chriſtianiſmi incunabulis.

At poſt mortem horum Apoſtolorum, ac conſtitutas jam Eccleſias; ſicuti præter Baptiſmum atque Euchariſtiam, ab ipſo Domino J Chriſto inſtitutas, etiam reliquum ordinem, & ritus Eccleſiaſticos ex Judæiſmo mutuati ſunt Chriſtiani, ita & hanc Catecheſin, licet alio modo inſtitutam, tractuque temporum adauctam, ac magis magiſque gradibus diſtinctam. Judæi enim ante Baptiſmum illum Proſelytiſmi, de quo ſupra locutus ſum, Catecheſin quandam, ſive examen inſtituebant illorum, qui ex Gentiliſmo ad Judæiſmum tranſire parati erant. Quæ tamen Catecheſis an tam antiqua fuerit, quam ipſe illorum Baptiſmus, Judæis diſpiciendum relinquo. Tempore autem Salvatoris noſtri, eum circa Proſelytos in uſu fuiſſe crediderim; quod Sacri Scriptores (locis modo allatis) ad iſtam alludere videantur.

Modus autem ille Proſelytos catechizandi nobis deſcribitur à Maimonide; atque ex ipſo ita à Buxtorfio, in Lexico Chaldaico, Talmudico, & Rabbinico, in verbo, ſeu radice גור transfertur: *Antequam vero alicui circumciſio vel Baptiſmus conferatur, examinandus probe eſt, & explorandus, utrum ſpe lucri, aut honoris, vel metu compulſus id faciat. Et ſi quidem vir fuerit, an amore virginis alicujus Iſraëlitidis forte illectus: Si fœmina, an amore juvenis Iſraëlitici capta, Religionem Judaicam amplecti velit? Si hic tale quid animadvertant, neminem recipiunt*: שכל החוור בן הכותים בשכיל דכר מהבלי העולם אינו מגירי צדק: *Quicunque enim ob vanitatem aliquam mundanam ſe convertit, is non eſt ex Proſelytis juſtitiæ. Quod ſi vero nulla talis cauſa ſubeſſe deprehendatur, ulterius pergunt, & ei ob oculos ponunt gravitatem præceptorum Legis, & moleſtiam, quæ in illo-*

illorum observatione ineſt ; quin etiam in memoriam ipſi revocant Perſecutiones, & tribulationes, quibus hoc tempore Judæi ſunt expoſiti : Quod ſi hiſce quoque non abſterreatur, recipiunt ipſum, & inſtruunt eum de præcipuis articulis Judaicæ religionis, ut de unitate Dei, & de prohibitione Idololatriæ, idque prolixe, & multis verbis. Poſt hæc exponunt illi præcepta tam levia, quam gravia, ſed non ita prolixe : Pœnas item quæ tranſgreſſoribus, & Præmia illa, quæ præcepta illa obſervantibus ſunt propoſita ; cauſas etiam, ob quas Judæi affliguntur, & ſimilia. Poſt hæc omnia ſi conſtans maneat in propoſito, ſine longiori mora eum recipiunt, & è veſtigio circumcidunt. Circumciſione peracta, ſanguine circumciſionis eum conſpergunt, & exſpectare jubent, donec plane ſit curatus. Ubi curatus eſt, baptizatur, & ipſo ſtante in aqua, tres à latere ipſi denuo recenſent Præcepta Legis tam gravia quam levia Si mulier ſit, mulieres eam in aquam demergunt uſque ad collum, judices vero foris ſtant, & proponunt ipſi præcepta ſingula, dum in aqua commoratur. Poſtea in conſpectu mulierum illarum ſe immergit : illæ autem averſa facie egrediuntur, ne eam ex aqua egredientem conſpiciant.

Et hæc quidem de ſuo tempore Maimonides.

Sic fere primis hujus Catecheſeos rudimentis inter Chriſtianos, (prout ſequentibus ſeculis locum habuere) uti videmus apud Juſtinum Apologia ſecunda. Ita enim ibi ille loquitur : Ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύσωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα, καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιῶν ὅτως δύνασθαι ὑπισχνοῦνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν. ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, &c.

Quotquot igitur perſuaſi fuerint, ac crediderint vera eſſe, quæ à nobis traduntur & dicuntur, ac vivere ſe ita poſſe receperint, orare jejunantes, & petere à Deo priorum peccatorum remiſſionem.

nem docentur, nobis cum illis unà & orantibus & jejunantibus: Deinde à nobis ducuntur eò, ubi aqua est, &c.

Hi, qui sic instituebantur, erant (quos ita vocabant) *Catechumeni:* quæ vox etiam apud Latinos in usu erat; licet aliàs isti, qui sic per auditum Sacræ Scripturæ instituebantur, *Audientes* quoque appellarentur. Hinc enim Tertullianus Lib. de Pœnitentia, c. 6. *Nemo ergo sibi aduletur, quia inter AUDITORUM tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc delinquere liceat. Dominum simul cognoveris timeas; simul inspexeris reverearis. Ceterum quid te cognovisse interest, cum iisdem incubas quibus retro ignarus? Quid autem te à perfecto Dei servo separat? An alius est intinctis Christus, alius AUDIENTIBUS? Num spes alia vel merces? alia formido judicii, alia necessitas pœnitentiæ? Lavacrum illud est obsignatio fidei, quæ fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur. Non ideo abluimur ut delinquere desinamus; sed quia desiimus, quoniam jam corde loti sumus. Hæc enim prima AUDIENTIS intinctio est, metus integer.* Ac paulo post: *Itaque AUDIENTES optare intinctionem, non præsumere oportet.*

Hi etiam sive *Audientes*, sive *Catechumeni*, suos singulares, temporis tractu, Doctores habebant; qui à Græcis *Catechistæ* appellabantur. Qualemque legimus Origenem Alexandriæ fuisse, necdum annum decimum nonum ætatis suæ agentem. Ita enim de ipso testatur Eusebius Lib. VI. c. 3. Historiæ Ecclesiasticæ: Ἔτυχε δὲ ἤδη ἐκτωκαιδεκαετὴς καθ' ὃν κατηχήσεως ἐπόησε διδασκαλεῖα. *Quum autem Scholæ vacaret, sicut & ipse alibi scribit, nec quisquam Alexandriæ muneri catechizandi inserviret, sed cuncti comminatione persecutionis abacti essent, accesserunt ad eum nonnulli ex gentibus, audituri ex eo sermonem Dei.* Ac paucis interjectis: *Agebatur jam Origeni decimus octavus vitæ annus, in quo Scholasticæ institutioni præerat: quo etiam tempore feliciter promovit*, &c.

Hujus Origenis autem ætate jam diversi Catechumenorum gradus erant constituti; sicut ex hisce ipsius verbis sat clare perspicimus (Lib. 3. nempe contra Celsum:) οἱ μὲν γὰρ δημοτικῶς διαλεγόμενοι φιλόσοφοι, οὐ φιλοκέρδως τὰς ἀκροάσεις. ἀλλ' ὁ βουλόμενος ἔστηκε καὶ ἀκούει. Χριστιανοὶ δὲ κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς προεπάσαντες, ἐπὰν δοκῶσιν αὐτάρκως οἱ ἀκροαταὶ, πρὶν εἰς τὸ κοινὸν εἰσελθεῖν, ὑποδεδωκέναι πρὸς τὸ θέλειν καλῶς βιῶν, τὸ τοιοῦδε αὐτοὺς εἰσάγουσιν, ἰδίᾳ πιθήσαντες τάγμα τῶν ἄρτι ἀρχομένων, καὶ οὐδέπω τὸ σύμβολον τῶν ἀποκεκαθάρθαι ἀνειληφότων. ἔπειτα δὲ τῶν καὶὰ τὸ δυνατὸν προηρημένων ἑαυτῶν τὴν προαίρεσιν, οὐκ ἄλλο τι βούλεσθαι ἢ τὰ Χριστιανοῖς δοκοῦντα. παρ' οἷς εἰσί τινες ταγμένοι τὸ φιλοπόλιτον τοὺς βίους, καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἀπόῤῥητα [lege ἀπορρήτα] πρότερον ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ὅτι τὸ κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι, βελτίους ἐπιμελῶς κατασκευάζωσιν.

Nam illi [*Philosophi*] *propalam apud vulgus hominum differentes, non sunt curiosi in discernendis auditoribus; sed promiscuè qui vult adstat & auscultat. Christiani vero, quantum possunt, præexaminant animos se audire cupientium; ac primò privatim incantatos, priusquam in cœtum recipiantur, ubi videntur eò profecisse, ut honestæ vitæ sint cupidi, tum demum introducunt, distinctis ordinibus, altero recens admissorum, necdum assecutorum lustrationis Symbolum; altero eorum, qui quantum in se est, demonstrant sibi propositum esse nihil aliud, nisi cum Christianis velle & sentire: inter quos nonnulli præpositi sunt, qui in vitam & mores eorum, qui admittuntur, inquirant, ut non concessa facientes candidatos religionis arceant à suis conventibus; cæteros horum dissimiles excipiant ex animo, & quotidianis accessibus meliores faciant.*

Videmus hic igitur fere tres Catechumenorum gradus; quorum primus illorum, qui adhuc privatim instituebantur,

tur, ſecundus illorum, qui recenter admiſſi erant ad auditum concionum Eccleſiaſticarum; unde & Audientes nominabantur apud Latinos, & ἀκροώμενοι apud Græcos. Hinc Concilii Neocæſarienſis Canone 5. dicitur: Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ κατηχουμένων τάξει στήκῃ. ὅτος δὲ ἁμαρτάνων, ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω, μηκέτι ἁμαρτάνων. ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. *Catechumenus ſi in Dominicum ingrediens, in ordine Catechumenorum ſteterit, is autem peccet; ſi genu quidem flectens audiat; non amplius peccans. Sin autem etiam audiens peccet, expellatur.*

Ad quæ verba Balſamo, & Græcus Scholiaſtes Hermenupuli: Δύο τῶν κατηχουμένων ἦσαν τάξεις. ἡ μὲν τῶν γόνυ κλινόντων, ἡ τελειοτέρα. ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἡ ἀτελεστέρα λέγει γοῦν, εἰ τῶν γόνυ κλινόντων εἴη, καὶ ἁμάρτοι, παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν, γινέσθω τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἔξω στήτω τῆς ἐκκλησίας. καὶ οἱ ἀκροώμενοι δὲ, ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. *Duo Ordines erant Catechumenorum; unus quidem genu flectentium, qui perfectior gradus erat; alter vero Audientium, qui imperfectior erat. Ait itaque, ſi ex numero genu flectentium ſit, ac peccet, converſus à peccando, fiat ex numero Audientium: ſi vero fuerit è numero Audientium, fiet extra Eccleſiam. Namque & Audientes ſtabant extra Eccleſiam, uſque ad lectionem ſacri Evangelii.*

Secundus igitur Audientium gradus (aliàs tertius) erat illorum, qui vocabantur *genu flectentes*, ſive aliter Latine *Competentes*. Qui ſi in iſto gradu conſtituti peccarent, ex iſto dejiciebantur, ac removebantur ad illum, qui ſimpliciter *Audientium* erat. Qui *Audientes*, extra Eccleſiam ἐν νάρθηκι, ſive in *porticu* ipſius ſtabant; donec Evangelium Joannis legeretur; poſt quod, atque Orationem pro

pro Catechumenis, illi exibant ex Ecclesia. Hinc & lapsi, ac pœnitentes certo temporis spatio (pro delictis) sive annuo, sive longiori, inter, vel ad, *Audientes* relegabantur.

De quorum pœnitentium ordine ac gradibus (qui quatuor erant) operæ pretium esset, aliquid etiam hîc disserere : verum sic nimis extra oleas divagari viderer. Quare ad secundum (seu potius tertium) Catechumenorum gradum potius revertar : quem *Competentium* ita illustrat Augustinus lib. de Fide & operibus cap. 6. *An usque adeo dissimulamus à sensibus nostris, ut vel nos ipsos non recordemur, quam fuerimus attenti atque solliciti, quid nobis præciperent à quibus Catechizabamur, cum fontis illius Sacramentum peteremus, atque ob hoc COMPETENTES vocaremur? vel non intueamur alios, qui PER ANNOS SINGULOS ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus, quibus Catechizantur, scrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo studio ferveant, qua cura pendeant? Si tunc tempus non est discendi quæ vita congruat tanto, quod accipere desiderant, Sacramento, quando erit?*

Hinc quoque idem lib. *de Cura pro mortuis habenda*, cap. 12. *Pascha appropinquante, dedit nomen inter alios competentes.* Sic & idem de orationibus pro Catechumenis faciendis (ut & illa hîc addam, quæ de Orationibus modo dixi) Epist. 107. *Audit Sacerdotem exhortantem populum Dei, orare pro Catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret*, i. e. (si bene hæc comprehendo) ut illos ad *Competentium* gradum; atque inde ad ipsum Baptismum aspirare faciat.

De eadem Oratione quoque Concilium Laodicenum, Can. 19. loquitur : περὶ δὲ, δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μὴ τὰς ὁμιλίας τῶν βαπτιζομένων καὶ τῶν κατηχουμένων ἔχειν βαπτιζεσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν

θεῖν τὰς κατηχυμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν ἀκλὼ γίνεσθαι, καὶ τὰ-τῶν προπεμφθέντων ἐπὶ χεῖρα καὶ ἐπευχωρηθέντων, ἕτως τῶν πιστῶν τὰς ἀκὰς γίνεσθαι τρεῖς, &c.

Quod oportet, ſeorſum primum, poſt ſermones Epiſcoporum Catechumenorum orationem peragi; & poſtquam exierint Catechumeni, pœnitentium orationem fieri; iisque accepta manuum impoſitione abſcedentibus, ſic fidelium tres orationes fieri, &c.

Et iſta erat *miſſa Catechumenorum*, apud Latinos ita appellata, quod tunc ex Eccleſia, ac quidem ante illationem munerum, ſive Euchariſtiæ, dimitterentur: cum alias toti Eccleſiæ, poſt peracta Myſteria, ac Benedictiones, diceretur *ite miſſa eſt*, (ſubaudi) *concio*.

Unde & Dionyſius ille Pſeudareopagita, in Hierarchia ſua Eccleſiaſtica cap. Καὶ μετὰ ταῦτα ἔξω γίγνεσθαι τῆς ἱερᾶς προσευχῆς οἱ κατηχύμενοι: καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργύμενοι, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες. μένουσι δὴ οἱ τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. *Poſtea extra templi ambitum collocantur Catechumeni, & unâ cum eis poſſeſſi, atque pœnitentes: manent autem ii, qui Divinarum rerum aſpectu & communione digni ſunt.*

Sicuti & Maximus in Myſtagogia. cap. 14. Μετὰ τὴν θείαν τῶν ἁγίων εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν; καὶ ἡ τῶν κατηχυμένων, καὶ ἡ τῶν λοιπῶν τῶν ἀναξίων τῆς θείας τῶν δεικνυομένων μυστηρίων θεωρίας, ἀπόλυσίς τε καὶ ἐκβολὴ διὰ τῶν λειτουργῶν γίνεται. *Poſt Divinam Sancti Evangelii lectionem, & Catechumenorum, & reliquorum, qui divina oſtendendorum Sacramentorum contemplatione INDIGNI ſunt, fit per ſacros miniſtros dimiſſio & ejectio.*

Quæ dimiſſio ad tertii gradus Catechumenos quoque pertinuit, ſicut ſtatim latius videbitur.

Nunc autem ad vocem illam μυστηρίων aliqua digreſſione mihi utenda eſt: Namque inde videbimus, ſicut ex imitatione luſtrationum Ethniciſmi Baptiſmus, ipſiusque præ-

greſſa Catecheſis in majus majuſque elatus fuit; ſic & Euchariſtiam ad æmulationem Myſteriorum Gentilium pro Myſterio, non niſi ἐποπτείας aſpiciendo, ac participando fuiſſe habitam : non quidem primis Chriſtianiſmi incunabulis ſed paulatim cum ſenſim magis magiſque accedentibus Ethnicis, adeoque & irrepente æmulatione Ethniciſmi.

Multa ſane Myſteria, ſeu multiplicia, erant inter Ethnicos, multiſque in locis; ut *Hecates*, *Bacchi*, *Orphei*, *Iſidis*, *Jovis*, *Mythræ*, *Eleuſinia Cereris & Proſerpinæ*; tum *Samothracia* aliaque; ſæpe tamen magis diverſa ratione locorum, quam numinum. De quibus forſan alibi, aliaque occaſione, agam, & jam alibi egi; tum & jam alii ante me egerunt.

Eleuſinia autem (Cereris ac Proſerpinæ) peculiari modo in Attica : ubi & τὰ μικρὰ μυστήρια, quæ quaſi introductio majorum erant, & τὰ μεγάλα μυστήρια, celebrabantur: quæ Eleuſinia (ſicut & Mithriaca) ad comparationem hîc Chriſtianiſmi ratione ceremoniarum, cum Ethniciſmo, nobis melius quam cætera inſervire poſſunt.

Finis, ſeu ſcopus ipſorum ſi conſideretur, ita de ipſo loquuntur Ethnici; ac primum quidem Olympiodorus in Phædonem Platonis : Σκοπὸς τῶν τελετῶν ἐστιν, εἰς τέλος ἀναγαγεῖν τὰς ψυχὰς ἐκεῖνο ἀφ' οὗ ἢ πρώτην ἐποιήσαντο καθοδον, οἷς ἀπ' ἀρχῆς. *Scopus Myſteriorum eſt animas perducere ad finem iſtum, à quo primum fecerant deſcenſum, velut ab initio*, id eſt (ſi rem bene capio) ad *regenerationem*.

Ipſe autem Plato : Κινδυνεύουσιν οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες, οὐ φαῦλοι τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ἅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Videntur illi, qui nobis Myſteria inſtituerunt, non homines viles, aut nihili fuiſſe; ſed revera per ænigmata indicaſſe, quod quisquis non initiatus, atque ad intima admiſſus arca-*

na,

na, ita perfectus ad inferna abierit, in luto ac ſordibus jacebit: ille contra, qui purificatus ac perfectus fuerit, eo deveniens cum Dis habitaturus ſit.

Neque aliter fere Plutarchus, Diogenes Laërtius, in vita Antiſthenis, item Diogenis Cynici; Arrianus in Epictetum Lib. 3. cap. 20. ubi ita hunc Epictetum loquentem inducit: *οὕτως ὠφέλιμα γίνεται τὰ μυστήρια ἄντως εἰς φαντασίαν ..... ὅτι δὴ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει ἕνεκα βίου κατεσκεύη πάντα ταῦτα ὑπὸ παλαιῶν. Sic utilia (ſeu proficua) ſiunt myſteria, &c..... quod illa in eum finem inſtituta ſint, ut doctrinæ atque emendationis gratia vitæ (humanæ) omnia illa ab antiquis inſtituta fuerint.*

Quin & Cicero Lib. II. de Legibus: *Mihi cum multa eximia divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum intuliſſe, tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus, initiaque, ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus. Neque ſolum lætitia vivendi rationem accepimus; ſed etiam cum ſpe meliori moriendi.*

Nec crediderim initio ſcopum malum fuiſſe repertoribus iſtorum Myſteriorum, ſed finem iſtis hominibus, quem Cicero aliique perhibent, propoſuiſſe: verum iſtam pietatem non uſque adeo diu perduraſſe: ſicut, proh dolor! & in ipſo Chriſtianiſmo, id ante multa jam ſæcula videmus accidiſſe. Hinc enim non una ſolennitas Chriſtianorum pietatis cauſa inſtituta, abrogata fuit; ut Agapæ, pervigilia, pluraque alia: atque in quam profana temporum tractu, ſolennia iſta Nativitatis Chriſti, Paſchatis, Pentecoſtes, Encæniarumque degeneraverint (magis pios ac probos Chriſtianos hinc excludo) non magis videmus, quam quod id deplorandum ſit. Verum ut ad Ethnicos redeam, erant illa prætenſa ſacra plena profanationis, atque impietatis, etiam tunc, cum modo adducti Ethnici tam magnifice de

ipsis loquerentur : ut quod, præter jam allatos, non modo Sophocles facit his verbis : ..... ὡς τρισόλβιοι κεῖνοι βροτῶν, οἱ ταῦτα δερχθέντες πὰρ Μόλωσ' εἰς ἄδου. τοῖς γὰρ μόνοις ἐκεῖ, ζῆν ἔστι τοῖς δ' ἄλλοισι πᾶσι' ἐκεῖ κακά. *Ter felices isti homines sunt, qui, postquam ista mysteria conspexerunt, in infernum descendunt. Namque illis solis ibi vivere* [i. e. bene ac læte *vivere*] *dum cæteris omnia mala superveniunt.* Verum & omnis impietatis, obscœnitatis, scurrilitatis, ac profanationis plenus Aristophanes, in Nubibus suis, his sequentibus dictis :

Ἡμᾶν ἡλιος τε φέγγος ἱλαρόν ἐστιν
Ὅσοι μεμυήμεθ' εὐσεβῆ τε διήγομεν
Τρόπον περὶ σοῦ ξένους, καὶ τοὺς ἰδιώτας.

Nobis, qui initiati sumus, solem atque lumen hilare habemus, ac pium felicemque in modum vivimus; cum circa hospites (seu peregrinos) tum & circa idiotas (seu *commune vulgus*) i. e. non initatos.

Scopus igitur primus esse potuit emendatio vitæ, ac purificatio, ut sic loquar, conscientiæ; atque ut sacrum ac religiosum timorem animis hominum injicerent, præmia pietatis, ac pœnas scelerum post hanc vitam, majori cum emphasi docerent : atque ita homines justitiam ac benevolentiam erga proximos necessariam persuaderent; atque ad illa Sacramentis hujusmodi obligarent : quæ tamen, qualia tandem devenerint, primorum seculorum Christiani ab Ethnicis ad Christianismum conversi, nobis æque detegunt, quam Ethnicis exprobrant.

Hunc tamen religiosum timorem &c. Christiani, ut in Ethnicis vituperare non potuere, ita & ipsi in sacris suis imitari voluerunt : atque hinc tanta cum emphasi de Eucharistia loqui cœperunt; eamque æque in mysterium converterunt : neque ullos, quamvis ex Christianis natos, ad illud admiserunt; nisi qui per varia (septena scilicet) scrutinia,

tinia, ac per varios gradus eò deveniſſent. Quod ut longe ſimplicius fiebat primo ac ſecundo Chriſtianiſmi ſeculo; tamen illud ſubſequentibus longe majori cum ambitu majorique cum pompa perficiebatur. Sicut id ex ſolo Dionyſio Pſeudareopagita, qui poſt ſeculum quartum ſcripſit, (ne alios adducam) clare perſpicitur.

De circumſtantiis Ethnicorum myſteria præcedentibus ita loquitur Olympiodorus: *Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦνται μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις· εἶτα μετὰ ταύτας αἱ ἀπορρητότεραι· μετὰ ταῦτα* [NB] *οὐσιώσεις, καὶ μετὰ ταύτας μυήσεις, ἐν τέλει δὲ ἐποπτεῖαι. In ſacris (myſticis) præcedebant initiationes, quæ ad omnes (initiandos) pertinebant: poſt illas ea quæ magis abſtruſa erant: poſt quæ rurſus præſentior ad myſteria acceſſus; hinc initiationes: ac tandem ipſa præſens myſteriorum inſpectio.* Tertullianus autem: *Idcirco & aditu prius cruciant, diutius initiant quam conſignant* [vel ut ad Hiſtorias Auguſtas Cl. Salmaſius legit ac multis defendit, *os ſignant*] *cum epoptas antè quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent, atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem. Sequitur jam ſilentii officium, attente cuſtoditur quod tarde invenitur, &c.*

Ut autem, teſtante Seneca, Naturalium Quæſtionum Lib. VII. cap. 32. *Non ſemel quædam Sacra tradebantur, verum Eleuſina ſervabat quod oſtenderet reviſentibus:* ſic quoque alia myſterioſa, ac ſilentio obſignanda tradebantur [loquor de ſeculis poſt primum, ſecundum, ac fere tertium] in adminiſtratione Baptiſmi, & alia oſtendebantur; non aſpicienda ἀμυήτοις, ſeu (per Baptiſmum) non initiatis.

Quod talia & in ipſo Baptiſmo obſervarentur oſtendit clare ſatis iſta Hiſtoria apud Rufinum & Socratem, de Baptiſmo illo per puerum Athanaſium ejuſque ibi ſocios, reliquis ibi quoque præſentibus pueris, adminiſtrato. Quam Hiſtoriam, uti ſupra jam adduxi, ita tantum hæc verba hîc no-

notabo: Καὶ τὰ τῆ ἐκκλησίας ἔθη, ἐφόσον ἀκινδύνως ἐώρα ἢ μίμησιν, ἥδετο τῇ θέᾳ, καὶ τοῖς γινομένοις ἔχαιρεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἀπορρήτων ψαύειν, ἐτεθορύβητο. καὶ μὴ καλεσαίμενος τοὺς ἐν τέλει ἡλικίας, ἐπέδειξε τοὺς παῖδας, καὶ συλληθέντας αὐτοὺς ἀκριβῶς ἐπυνθάνετο, τίς αὐτοῖς ἐστὶν ἡ παιδιὰ, καὶ πόθεν οἱ περὶ ταύτης λόγοι καὶ πράξεις. οἱδε δείσαντες τὰ πρῶτα ἠρνοῦντο. ἀπειλήσαντος δὲ αὐτοῖς τῇ βασάνῳ, καὶ ἐμήνυσαν, &c. *Et rituum Eccleſiæ, quatenus ii ſine periculo fieri poterant, aſpiciebat imitamenta, gaudebatque viſu illo, ac factis iſtis delectabatur. At quando jam (nonnulla) abſtruſa facere aggrediebantur, turbatus fuit: ac convocatis ad ſe Cleri Antiſtitibus, oſtendit (ipſis) pueros* [quaſi tamdiu in unico ſolo actu perduraſſent: quod ego vix crediderim] *& comprehenſos illos ad ſe perduci cum juſſiſſet, interrogabat ipſos, quemnam luderent ludum; ac qualibus circa illum uterentur verbis & actibus? Illi vero metu perculſi primùm quidem negabant: inſtante verò ipſo, ac pœnas interminante, indicarunt*, &c.

Videmus hîc ergo ἀπόῤῥητα, ſive talia, quæ effari apud ἀμυήτους non liceret: ſicuti & talia fuiſſe peracta, quæ præſentibus ἀμυήτοις peragere Antiſtitibus non licuit.

At quæſtio hinc moveri queat; unde igitur pueris iſtis illarum rerum notitia fuerit. Verum melius eſt, ut ad Catechumenos noſtros, ac quidem *Competentes* iſtos redeamus. De iſtis *Competentibus* Tertullianus quoque loqui videtur, cum ait, (Lib. de Præſcriptione Hæreticorum cap. 41) de Hæreticis: *Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur. Ante ſunt PERFECTI Catechumeni, quam EDOCTI.* Erant igitur illi, qui jam ſecundum Juſtinum perſuaſi ac credentes: quoſque Iſidorus Hiſpalenſis hoc modo deſcribit: *Competentes ſunt, qui jam poſt doctrinam fidei, poſt continentiam vitæ ad gratiam Chriſti percipiendam feſtinabant, ideoque Competentes appellabantur, i.e. gratiam Chriſti petentes.* Quales jam ſupra ex Auguſtino deſcriptos vidimus: ac de qualibus,

ut

ut jam ad Baptiſmum paratis, ita Tertullianus de Baptiſmo: *Ingreſſuros Baptiſmum Orationibus crebris, jejuniis & geniculationibus* [unde nimirum οἱ γόνυ κλίνοντες] *& pervigiliis, ORARE oportet, & cum confeſſione omnium retro delictorum*, &c.

Quando autem ita *Competentes* fierent, declarat nobis Iſidorus, cum poſt verba modo ex ipſo allata, addit: *Fiebant autem Competentes ipſa Dominica Palmarum, vel cum Paſcha appropinquaret.*

Hi *Competentes* autem Symbolum addiſcere debebant. Unde & Origenes, loco ſupra allato, ubi de Audientibus loquitur, de ipſis (ut jam ſupra vidimus) ait: *Altero recens admiſſorum, necdum aſſecutorum luſtrationis Symbolum.* Quod ipſum Baptiſmum Luſtrationem hîc vocet, ad exemplum Ethnicorum, quibus vel una vel plures Luſtrationes Myſteriorum ἐποπτείαν præcedebant. Hinc autem in Concilii Laodiceni Can. 46. legimus: Ὅτι δεῖ τὰς φωτιζομένους, τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. *Quod opporteat eos, qui ad Baptiſma veniunt, fidem diſcere, & quinta feriâ ſeptimanæ Majoris, Epiſcopo, aut Presbyteris reddere.*

Quod ſi in ægrotis baptizandis id minus fieri potuiſſet; illi jam, poſtquam convaluerant, ad id obligabantur; ſicut id ibidem ſequens Canon indicat, hoc modo: Ὅτι δεῖ τὰς ἐν νόσῳ φωτιζομένους τὸ φώτισμα, καὶ ὑγιάναντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν. Quæ non male hoc modo vertuntur: *Quod opporteat eos, qui in ægritudine accipiunt Baptiſma, poſtquam convaluerint, fidem perdiſcere, & ſcire cujus muneris participes facti fuerint.*

Hoc autem Symbolum ipſe memoriter reddere deinde in Baptiſmo debebat; ſicut & Orationem Dominicam. Id nobis indicat Ferrandus Diaconus in Epiſt. ad Fulgentium, his verbis: *Univerſa quoque Religionis Catholicæ veneranda Myſteria*

ſteria cognoſcens, atque percipiens, celebrato ſolenniter SCRUTINIO, per exorciſmum contra diabolum vindicatur: cui ſe renunciare conſtanter, ſicut hîc conſuetudo poſcebat, auditurus Symbolum profitetur. Ipſa inſuper Sancta Symboli verba MEMORITER in conſpectu populi clara voce pronuncians, piam regulam Dominicæ Orationis accepit.

Sic & Auguſtinus ad Competentes Lib. II. de Symbolis: *Sacramentum Symboli quod accepiſtis, memoriaque mandatum pro veſtra ſalute retinetis, noveritis hoc eſſe fidei Catholicæ fundamentum*, &c.

Tertullianus, quando (lib. de Corona) loquitur de traditionibus, ait: *Aquam adituri ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis ejus. Dehinc ter mergitamur*, &c. [Ipſe adverſus Praxeam: *Nam nec ſemel, ſed ter ad ſingula nomina, ad perſonas ſingulas tinguimur*] Sic idem libro de Patientia: *Cum aquam ingreſſi Chriſtianam fidem* [ad Symbolum reſpicit] *in legis ſuæ verba profitemur, renunciaſſe nos Diabolo, & pompæ, & Angelis ejus ore noſtro conteſtamur*, Rogati nempe reſpondebant. Unde Cyprianus Epiſt. 70. *Sed & ipſa INTERROGATIO, quæ fit in Baptiſmo, teſtis eſt veritatis. Nam cum dicimus, credis in vitam æternam, & remiſſionem per Sanctam Eccleſiam? intelligimus remiſſionem Peccatorum non niſi in Eccleſia dari.* Similia videas in Epiſtola ejus 76. Symbolum igitur proponebatur eis, atque ad illud reſpondebant. Quod tamen Symbolum longe ſimplicius à Tertulliano (lib. de velandis Virginibus) proponitur hoc modo, cum ait: *Regula quidem fidei una omnino eſt, ſola immobilis & irreformabilis, credendi ſcilicet in unum Deum omnipotentem mundi conditorem, & filium ejus Jeſum Chriſtum, natum ex Virgine Maria, crucifixum ſub Pontio Pilato, tertia die reſuſcitatum à mortuis, receptum in cœlis, ſedentem nunc ad dextram Patris, venturum judicare vivos & mortuos, per carnis reſurrectionem.*

At

At quam ſæpe ac diverſimode diverſis temporibus, ac diverſis in locis, iſtud Symbolum adauctum ac reformatum fuerit, facillime pervideat, qui modo illa, quæ tam G. J. Voſſius, quam J. Uſſerius Armachanus de Symbolis habent, legerit. Quæ perpendere hujus loci non eſt. Sicuti neque illa, quæ ulterius de *Septem Scrutiniis* tradunt veteres, de Benedictione aquæ Baptiſmatis, de Unctione antè Baptiſmum, de Exorciſmis, de Inſufflationibus, Tactu narium atque aurium, aliiſque pluribus. Hæc tantum ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi Myſtagogica addam: *Statim igitur ut ingreſſi eſtis* [in Baptiſterium, ſeu locum, ubi Baptiſmus peragebatur] *veſtem exuiſtis. . . . . Deinde vero, jam exuti, exorcizato oleo* [nam & oleum exorcizabatur, & aqua præterea Baptiſmatis, ſaltem iſtis ſerioribus temporibus] *à ſummis capillis ad infimos uſque perunctì eſtis. . . . . Poſtea deducebamini ad ſanctum Divini Baptiſmi lavacrum: quemadmodum Chriſtus à cruce ad deſtinatum ſepulchrum ducebatur: atque tunc UNUSQUISQUE interrogabatur, an crederet in nomen Patris, Filii, & Spiritus ſancti: & confeſſi eſtis ſalutarem confeſſionem, & merſi ter in aqua rurſus emerſiſtis: atque ita per hæc Symbola triduanam Chriſti ſignificaſtis ſepulturam.*

Circa hanc trinam merſionem notabilia quoque ſunt verba Ambroſii (Lib. II. cap. 7. de Sacramentis) hæc ſequentia: *Interrogatus es, Credis in Deum Patrem omnipotentem? dixiſti, Credo, & merſiſti, hoc eſt ſepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & in crucem ejus? dixiſti, Credo, & merſiſti. Ideo & Chriſto es conſepultus. Qui enim Chriſto conſepelitur, cum Chriſto reſurgit. Tertiò interrogatus es, Credis & in Spiritum ſanctum? dixiſti, Credo, tertio merſiſti, ut multiplicem lapſum ſuperioris ætatis abſolveret trina confeſſio.*

Ut autem videmus hic *trinam* iſtam à Tertulliano *merſionem* memoratam confirmari; ſic etiam diſcimus, quid

ſibi velint ipſius illa verba : *Amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit.* Is etenim ſolummodo dixerat: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit.*

Operæ pretium certe eſt hîc perſequi paulò ulterius iſta verba Tertulliani (ex libro de Corona) quæ jam pro parte adduximus; ut ſic hinc guſtum demus rituum primitivæ, & eam ſubſequentis Eccleſiæ ratione traditionum; iſtaque occaſione & alia Tertulliani ſuperaddamus. Libro autem de Baptiſmo cap. VII. hæc habet : *Exinde egreſſi de lavacro perungimur benedicta unctione, de priſtina diſciplina, qua ungi oleo de cornu in Sacerdotium ſolebant*, &c. Id certe etiam in muliebri ſexu locum obtinebat: verum ut hîc pudori ſive virginum, ſive maritatarum ſubveniretur, Diaconiſſæ providebant; uti nos docent verba illa, quæ Lib. III. cap. 15. Conſtitutionum Apoſtolicarum hoc modo habentur: Εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν διακόνου. καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς. οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν καθορᾶσθαι. ἀλλὰ μόνον ἐν τῇ χειροθεσίᾳ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς χρίσει ὁ Ἐπίσκοπος. *Ad multos uſus muliere Diaconiſſa indigemus. Ac primum quidem cum baptizantur mulieres Diaconus ungit frontem ipſarum Oleo ſancto. Deinde Diaconiſſa eas ungit. Non enim neceſſe eſt mulieres (nudas) conſpici à viris: ſed ſolum in manus impoſitione caput illis ungit Epiſcopus.* Ad quænam plura, aut qualia, adminiſtranda Diaconiſſæ, cum circa Baptiſmum mulierum, tum & circa alia, inſervirent forſan alibi latius à me tractabitur. Hæc tantum de ipſarum denudatione addam, ex Chryſoſthomi Epiſtola ad Papam Innocentium, de tumultu, qui à Theophilo Epiſcopo Alexandrino concitatus fuerat. Ubi inter alia ita loquitur: Καὶ ὁ τολμῶν τὸ βῆμα παρελθεῖν, καὶ γυναῖκες ἐκ τῶν εὐπατριδῶν οἴκων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι, καὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν γυμναὶ ἔφυγον,

ἀπὸ

ἀπὸ τ̃ φόβ τ̃ χαλεπῆς ταύτης ἐφόδ, οὐδὲ τὼ πείσασαν γυναῖξιν ἀσχημοσύνῃσ συγχωρεῖμ ταῖς ἀνθρώποις. πολλαὶ γ̃ καὶ τὰ αἰσχύμαλα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἵματ@ αἱ κοιλυμβήθραι ἐπληρῶντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τ̃ αἱμάτων ἐφονιάστο νάμαλα.

Mulieres quæ intra Eccleſiam, ut baptizarentur, ſeſe veſte nudaverant, per idem tempus nudæ fugiebant, metu hujus acerbiſſimæ commotionis impulſæ: neque ſexus verecundiæ, & honeſtati permittebatur præ pavore conſulere, &c.

Verum redeamus ad Tertullianum. Addit idem cap. VII. de Baptiſmo: *Dehinc* [nempe poſt trinam immerſionem] *manus imponitur, per benedictionem advocans & INVITANS Spiritum ſanctum.* Atque in libro de Corona, poſt illa, quæ de reſponſione dixerat, pergit: *Inde ſuſcepti lactis & mellis concordiam præguſtamus.* Quocum convenit Clemens Alexandrinus, qui eodem fere modo loquitur Protreptici libro primo.

Quæ de *lactis & mellis concordia* affert, eo reſpiciunt, quod renati illi per Baptiſmum, adeoque infantes in Chriſto, iſtis ſignis myſticis ſignificarent ſuam ex iſta regeneratione infantiam; mellis ſcilicet & lactis præguſtatione, antequam ad Euchariſtiæ admitterentur cibum ſpiritualem: quod tamen Juſtini tempore, aut ſaltem in iſtis regionibus, ubi ipſe degebat, nondum obſervatum fuiſſe videtur. Neque id adeo mirum videri debet: eo quod aliis in regionibus alii ritus, rituumve circumſtantiæ aliæ, cum circa Baptiſmum, tum circa Euchariſtiam, tum & circa alia obſervarentur. Quod Socrates, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. V. cap. 22. multis exemplis oſtendit. Poſt quæ adducta, tum ſubjungit: Ἔπρεπε γὰρ ὡς ἡγοῦμαι, τ̃ πιστ̃ τῆς διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τ̃ ἐκκλησιῶν προεστῶτες, οἱ γ̃ ταῦτα ἐδιδαξάτες, ὡς νόμον τοῖς ἐθνεσιν παρέγραψαν. πᾶσα γ̃ τὰ ἐν τ̃ ἐκκλησίαις ἔθη κατὰ πόλεις καὶ χώρας γινόμενα, ἐσχάφειν ἐργῶδες. *Cauſæ quidem & Auctores ejuſmodi*

di diſcordiæ & diſcrepantiæ fuerunt Epiſcopi, qui variis temporibus Eccleſiis præerant, &c.

Unde autem iſta mellis ac lactis præguſtatio in Eccleſia Chriſtiana circa recens baptizatos originem traxerit, non obſcure perſpicitur ex Epiſtola Barnabæ, qui inter alia ita loquitur: Οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμεν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν; τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται· οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι ζήσομεν καὶ ἀκυριεύσομεν τῆς γῆς. *Nos ergo ſumus, quos induxit in terram bonam. Quid ergo lac & mel? Quia ab initio melle & lacte vivificatur: ſic & per fidem promiſſionis verbo dum adnutrimur, ſic vivificamur, dominatum agentes terræ.* Ita, quam edidit Iſaacus Voſſius, vetus verſio Latina habet.

Sic quoque Medici veteres nos docent infantibus ſtatim poſt nativitatem mel, poſt vero lac fuiſſe nutrimento datum. Ita enim Aëtius Lib. IV. cap. 4. Δοτέον δὲ αὐτῷ [βρέφει] πρὸ πάσης τροφῆς μέλι κάλλιστον ἀπηφρισμένον ἐκλείχειν. *Præbendum ipſi* (infanti) *ante omnia alia alimenta lingendum mel optimum ac deſpumatum.*

Atque ita quoque Paulus Ægineta [qui hæc, ſicut & multa alia, verbotenus ex Oribaſio exſcripſit] Lib. I. cap... loquitur; nempe: Πρώτιστον τροφὴν εἰσφέρειν δεῖ τῷ νεογνῷ παιδίῳ μέλιτος, μετὰ δὲ τοῦτο γάλακτος διδόναι δὶς τῆς ἡμέρας, ἢ τρὶς τὸ πλεῖστον.

Porrò addit Tertullianus: (ut nos denuo ad ipſius verba ex libro de Corona convertamus) *Ex eaque die lavacro per totam hebdomadam abſtinemus.*

Quòd ad lavacra attinet, illis iiſdem cum Gentilibus hominibus utebantur; quod non obſcurè liquet ex verbis iſtius ejuſdem Tertulliani, Libro II. ad Uxorem: *Ut ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas.* Nec Chri-

Christiani suas balneas communes separatim habere potuerunt, quamdiu persecutiones aut perdurarent, aut hæ tam brevia post tempora, usque ad Constantinum, illos obruerent. Interim illæ frequentabantur apud Romanos usque in horam diei nonam. Hinc Martialis (ne plura adducam)

Nuntiat octavam Phariæ sua turba juventæ,
Atque pilata redit, jamque subitque cohors
Temperat hæc thermas.

Sic Lampridius in Alexandri vita ; ita legente oculatissimo sæpius Salmasio: *Addidit & oleum luminibus Thermarum, cum & ante ad nonam paterent, & ante solis occasum clauderentur.* Plura de hisce afferri possent : sed hujus loci non sunt.

Itaque illas iterabant, vel ibi convocabantur diemque terebant, ibi cœnabant, quin & convivia celebrabant, iisque æque luxus ac voluptatis , quam valetudinis gratia utebantur: neque ab opprobriis atque infamia liberæ erant, [quod de publicis potissimum dictum sit: quamvis privata etiam maximè frequentarentur;] eò quod omnis turba eo confluceret; multaque ibi committerentur, quibus honesti homines communicare nolebant: imprimis ubi Balnea mixta obtinebant; quamvis alias pro sexibus distincta. Hæc prima causa esse potuerat cur initio φωτισμῦ, seu primis post acceptum Baptismum diebus à balneis quibuscumque abstinerent. At longe potior causa erat, atque ad quam, si quod verum fuit hîc conjicio, respexit noster Tertullianus : nempe ne unctio ista sacra , qua peruncti in Regale Sacerdotium fuerant, nimis citò aboleſceret : verum magis magisque in corpus per sacrum lavacrum nunc sanctificatum, adeoque Deo Patri , ac filio ipsius consecratum, penetraret , ac quasi in succum ac sanguinem converteretur.

HActenus quidem ad verba Tertulliani, quæ ſpectant Baptiſmum: ut autem demus guſtum aliquem aliorum rituum antiquorum, qui inter Chriſtianos obtinuere, ac circa quos mutua tolerantia obtinere debuit, (quin & in multis locis aliquandiu valuit,) ſequentia ibi ipſius verba, ſic data occaſione aliquantulum illuſtrare conabor. Nec puto iſta cunctis lectoribus æque ingrata futura.

Pergit igitur Tertullianus noſter ad Euchariſtiam, hoc modo: *Euchariſtiæ Sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quàm Præſidentium ſumimus.* Huc iterum faciunt illa, quæ modo occaſione præguſtandorum [ante Euchariſtiam] Lactis ac Mellis, ex Socrate adduxi; nec minus iſta, quæ ex Auguſtini Epiſtola CXVIII. uti & CXIX. ad Januarium quoque huc adducenda utile cenſeo; quod & traditionibus Eccleſiæ primitivæ, & ritibus Eccleſiaſticis multum lucis afferant. Sunt autem hæc: *Illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſervantur, dantur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri: ſicut quod Domini Paſſio & Reſurrectio, & Adſcenſio in cælum, & adventus de cælo Spiritus Sancti anniverſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſervatur ab univerſa, quacumque ſe diffundit, Eccleſia. Alia quæ per loca terrarum, regioneſque variantur; ſicut eſt, quod alii jejunant Sabbato, alii vero non: alii quotidie communicant corpori & ſanguini Dominico, alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantum & Dominico: alibi tantum Dominico: & ſi quid aliud hujuſmodi animadverti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſervationes: nec diſciplina eſt in his melior gravi prudentique Chri-*

Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque forte devenerit. Quod enim neque contra Fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum est.

Quibus adde hæc, ex Epistola CXIX. ad eundem Januarium: *Miror sane, quod ita volueris ut de his, quæ varie per diversa loca observantur, tibi aliqua conscriberem; cum & non sit necessarium, & una in his saluberrima regula tenenda sit, ut quæ non sunt contra fidem & bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque instituti videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur; si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impediat, ut majora studiorum lucra speranda sint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod & de Scripturis defendi potest; sicut de Hymnis & Psalmis canendis, cum & ipsius Domini, & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de hac re tam utilia. Ad movendum piè animum, & ad accendendum divinæ lectionis affectum varia consuetudo est: & pleraque in Africa Ecclesiæ membra pigriora sunt, ita ut Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie Psallimus Divina Cantica Prophetarum; cum ipsi ebrietates suas* [Ecce hîc bilem concitatam in adversarios!] *ad canticum Psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflamment. Quando autem non est tempus, cum in Ecclesia fratres congregantur, sancta cantandi; nisi cum legitur, aut disputatur, aut Antistites clara voce deprecantur, aut communis Oratio Diaconi indicitur?* [Quæ certe verba justum Commentariolum mererentur; si non jam aliud quid ageremus], *Aliis vero particulis temporum quid melius à congregatis Christianis fiat, quid utilius, quid sanctius, omnino non video.*

Quod

Quod autem inſtituitur præter conſuetudinem, ut quaſi obſervatio Sacramenti ſit, approbare non poſſum: etiam ſi multa hujuſmodi propter nonnullarum vel turbulentarum perſonarum ſcandala devitanda, liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa, quæ in Divinis libris ſaluberrima præcepta ſunt, minus curantur; & tam multa præſumptionibus ſic plena ſunt, ut gravius corripiatur, qui per Octavas ſuas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem vinolentiâ ſepelierit.

His, quæſo, ſubjungamus illa, quæ, poſt diſcurſum ſuper tempore Paſchatis celebrandi, habet Socrates, in Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Lib. VI. cap. 21. hoc modo: *Verum nemo iſtorum omnium teſtimonium de his rebus ſcriptis proditum proferre poteſt. Et quod ex conſuetudine potius in ſingulis locis, quam ex ulla alia cauſa capta ſit feſti Paſchatis celebratio, hinc facio conjecturam. Cujuſque religionis & ſectæ varii ſunt ritus, licet eadem de illis ipſis habeatur opinio. Etenim qui in eadem fide conſentiunt, iidem in ritibus & cæremoniis inter ipſos diſcrepant. Proinde pauca de variis Eccleſiarum ritibus hoc loco diſſerere non erit incommodum. Jejuniorum rationem, quæ ante Paſcha fiunt, aliter ab aliis obſervatam eſſe, facile eſt reperire. Nam qui ſunt Romæ tres ſeptimanas ante Paſcha, Sabbato, & Dominica exceptis, ſimul jejunant: qui autem in Illyria, & tota Græcia, quique Alexandriæ habitant, ante ſex ſeptimanas jejunia, quæ ante Paſcha fiunt, ordiuntur, illudque tempus Quadrageſimam nuncupant. Alii præter horum conſuetudinem, ſeptem ſeptimanas ante illud feſtum initium jejunandi facientes, quamvis quindecim dies ſolùm, quibuſdam intervallis interpoſitis, jejunent, tamen tempus illud Quadrageſimam vocant. Unde non mediocris me capit admiratio, qua ratione iſti, licet de numero dierum diſſentiant, omnes eodem nomine Quadrageſimam appellent. Alii aliam cauſam hujus nominis, ſuopte ingenio excogitatam tradunt.*

dunt. Quin etiam de numero dierum non ſolùm diſcrepant, verum etiam de abſtinentia à cibis, variam ſequuntur rationem. Nam alii cum piſcibus volucres etiam manducant, eaſque ex aqua (ut eſt apud Moyſen) naſci aſſerunt. Alii à fructibus, duris integumentis involutis, & ab ovis temperant : alii arido pane ſolo veſcuntur : alii ne illo quidem. Sunt, qui cum ad horam nonam jejunaverint, variis ciborum generibus utuntur. Alia ratione apud alias gentes jejunatur : cujus rei ſunt cauſæ prope infinitæ. Ac quoniam nemo de eâ præceptum literarum monumentis proditum poteſt oſtendere, perſpicuum eſt, Apoſtolos liberam poteſtatem in eadem cujuſque menti & arbitrio permiſiſſe, ut quiſque nec metu, nec neceſſitate inductus, quod bonum ſit ageret. Hanc diſparem jejuniorum rationem in Eccleſiis eſſe cognoſcimus. Porrò de Synaxi variæ conſuetudines ſunt. Nam quamquam omnes ubique in orbe terrarum Eccleſiæ, ſingulis ſeptimanis vertentibus, die Sabbati myſteria celebrant : Alexandrini tamen & Romani ex antiqua traditione iſtud fere renuunt. At Ægyptii, qui Alexandrinis finitimi ſunt, & illi, qui Thebaidem incolunt, ſabbato Synaxin exſequuntur illi quidem : ſed non ut mos fert Chriſtianorum, myſteria participant. Nam ubi epulati ſunt, & variis cibariis ſe ſaturarunt, ſub veſperam oblatione facta, myſteriis communicant. Rurſus Alexandriæ, quarta feria, & ea, quæ dicitur Paraſceve, & leguntur Scripturæ, & Doctores eas interpretantur : omniaque quæ ad Synaxin pertinent adminiſtrantur, præter myſteriorum celebrationem. Atque hæc quidem eſt vetus apud Alexandrinos conſuetudo. Itemque Alexandriæ lectores & interpretes ſive Catechumeni ſint, ſive baptizati, nullo diſcrimine fiunt : cum omnes aliæ ubique Eccleſiæ baptizatos ſolum ad hoc munus deligant. Ipſe porro in Theſſalia aliam conſuetudinem invaluiſſe novi, ut ubi quis Clericus ſit, ſi cum uxore, quam, cum eſſet Laïcus, ducebat, poſtquam Clericus factus ſit dormierit, clericatu abdicatus ſit : id adeo cum omnes illuſtres Presbyteri in Oriente, & Epiſ-

copi etiam, modo ipſi volùerint, nullâ lege coacti ab uxoribus abſtineant. Nam non pauci illorum, dum Epiſcopatum gerunt, etiam liberos ex uxore legitima procreant..... Eadem conſuetudo etiam Theſſalonicæ, & in Macedonia, & in Hellade ſervatur. Aliam præterea conſuetudinem in Theſſalia eſſe cognovi: nimirum ut diebus feſti Paſchatis duntaxat baptizent. Ob quam cauſam omnes, paucis admodum exceptis, abſque Baptiſmate moriuntur. Eccleſia Antiochiæ Syriæ contrarium ab aliis Eccleſiis ſitum habet; nam altare non ad Orientem, ſed ad Occidentem ſpectat. In Hellade, Hieroſolymis, & in Theſſalia preces, dum accenduntur lucernæ, fiunt ad conſuetudinem Novatianorum, qui ſunt Conſtantinopoli. Pari ratione & Cæſareæ Cappadociæ, & in Cypro, die Sabbati & Dominico, ſemper ſub veſperum, accenſis lucernis, Presbyteri & Epiſcopi Scripturas interpretantur. Novatiani, qui ſunt in Helleſponto, non eundem penitus morem in precationibus faciendis obſervant, quem Novatiani, qui ſunt Conſtantinopoli: ſed tamen ex multo majore parte, primariæ apud illos Eccleſiæ conſuetudinem ſequuntur. Ad ſummam, apud omnes religionum & ſectarum formas nuſquam reperire poteris duas, quæ in precandi more inter ſe conſentiant. Quin etiam Alexandriæ non concionatur Presbyter: qui mos eo tempore initium habuit, quo Arius perturbavit Eccleſiam. Romæ ſingulis Sabbatis jejunant. Cæſareæ Cappadociæ eos, qui poſt Baptiſmum peccaverint, ejiciunt à communione, more Novatianorum. Idem faciunt & in Helleſponto Macedoniani, & in Aſia, qui 14 die Menſis Paſcha celebrant. Novatiani, qui ſunt in Phrygia, ſecundas nuptias non recipiunt: qui Conſtantinopoli habitant, neque recipiunt omnino, neque omnino rejiciunt: qui partes in Occidente ſitas incolunt, omnino recipiunt. Cauſæ quidem & auctores ejuſmodi diſcordiæ & diſcrepantiæ fuerunt [NB] Epiſcopi, qui variis temporibus Eccleſiis præerant. Qui autem iſtos ritus accipiunt, eos tanquam Legem ad poſteros tranſmittunt, &c.

Verum

Verum (ne addam Sozomenum eadem fere ſcripſiſſe) hac occaſione etiam aliquid addendum videtur de diæta veterum, quæ jentaculo, prandio, cœna, aliquando & comeſſationibus, conſtabat. Ut autem jentaculis ſobrie; ſic nec prandiis aliter fere utebantur; illi præſertim qui ſanitati magis ſtudebant: at cœna lautiori ſemper pro ſobrietate luxuve majori minorive.

In Jentaculo fere pane ſicco utebantur, idque circa horam diei tertiam, quæ circiter nona ante meridiem apud nos eſt, ſi de tempore verno aut autumnali, adeoque de æquinoctiis cogitemus: cum aliàs Romani dies ſuos ſive æſtivos, ſive hyemales, ſemper in partes duodecim (noctes vero aliter) diviſos haberent. Jentaculo igitur fere hora tertia utebantur, vel paulò maturius quoque aut ſerius. Unde putem à Galeno, Lib. 2. de Compoſitione Medicamentorum ſecundum locos, dici: οὕτω πειρᾶσθαι ἀρτιτάξαι τὸ λειπὸν, ὡς ἅμα αὐτὸς διαπεπληκέναι ἄρτῳ εὐσταφέρεσι βραχὺ κατὰ τρίτην ὥραν ἢ τετάρτην, ἢ βραχὺ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, ὡς ἀρέσκειν ἱκανὸν εἶναι τὸ εἰθισμένῳ ἅμα τῷ λουτρῷ. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὀψαρίοις τὸν ἄρτον ἐσθίειν χωρὶς ὄψου, τυρὸς ἢ ἐλαιῶν, ἢ φοινίκων, ἢ σταφυλῆς, ἢ τινὸς τοιούτου διδόναι. *Sicque tentare, ut ita porro diæta obſervetur; ut bene concoquentibus paulum panis circa tertiam aut quartam diei horam exhibeatur, aut paulo maturius ſeriusve: ut ſic ſufficiens interſtitium fiat ad conſuetum balnei tempus: qui vero panem edere nequeunt abſque obſonio, iſtis aut olivas, aut dactylos, aut uvas paſſas, aut ſimile quid præbere.*

Sic, ratione temporis ſive horæ diei, idem Lib. 2. περὶ ὑγιεινῶν. Ἐν δὲ τῷ κατὰ τὴν ἀγορὰν χωρίῳ περὶ τρίτην ὥραν, ἢ τὴν μακρότερον περὶ τετάρτην ἐσθίειν ἄρτον μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ.

Ac ratione alimenti, idem Lib. VI. ὑγιεινῶν de ſemetipſo ita: ὅπερ οὖν εἰώθειν ποιεῖν αὐτὸς ἐγὼ καθ' ἑαυτὸν ἂν ἡμέραν ὀψιαίτερον

ἥμημαι λύεσθαι δι' ἀῤῥώστων ἐπισκέψεις ἢ τινὰ πολιτικὴν πρᾶξιν, εἰπεῖν οὐκ ἀνήσω. ὑποκείσθω μοὶ ἡμέρα καθ' ἣν τοῦτο γίνεται ἐγγὺς τῆς ἰσημερινῶν ὡρῶν. ἐλπίζεσθαι ἢ περὶ δεκάτην ὥραν ἢ ἐξ σώματος ἐπιμέλειαν γενήσεσθαι. κατὰ ταύτην, τὴν ὑποθεσιν ἔδοξε μοι περὶ τετάρτην ὥραν προσφόρους τροφὴν ἁπλουστάτην, ἥτις ἐστιν ἄρτος μόνος. ἐγὼ μὲν οὕτως αὐτὸς ἔπραξα. τινὲς δ' οὐκ ὑπομένουσιν ἄρτον ἐσθίειν μόνον ὄψων χωρὶς, ἀλλὰ ἤτοι μετὰ βαλάνων, ἢ φοινίκων, ἢ ἐλαιῶν, ἢ μέλιτος, ἢ ἄλλων ἐσθίουσιν. εἶτα καὶ πίνουσιν, ἔνιοι τινες αὐτῶν. ἐγὼ δ' οὐκ ἔποτε μετὰ δὴ τὴν τοιαύτην τροφὴν, καὶ μόνον ἔφαγον τὸν ἄρτον. *Quo modò autem ego dietam observare soleam, per dies illos, quibus serius lavacro uti constitui, ob ægrorum visitationes aut alias actiones civiles, dicere non gravabor. Sit (ex. gr.) dies, quo id fit, decimus tertius post æquinoctium, ac sit spes, quod circa horam decimam cura corporis obtingere poterit: secundum illam hypothesin mihi visum est, circa quartam horam capere cibum simplicissimum, qualis est panis solus; Atque ita quidem ego facio: quidam vero solum sumere nequeunt panem absque obsoniis; verum illum comedunt cum glandibus, aut dactylis, aut olivis, aut melle, aut (denique) cum aliis. Post vero nonnulli ipsorum superbibunt. Ego autem nunquam bibo post ejusmodi alimentum; ac solummodo panem comedo.*

Certos autem, seu peculiares panes, seu ratione formæ, seu ratione substantiæ, in hunc finem paratos atque divenditos cibos fuisse à pistoribus (apud Romanos, pueris saltem atque adolescentibus) ostendere videntur hæc verba Martialis, dum Lib. XIV. Epigrammate ultimo, ita:

Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor,
Cristataque sonant undique lucis aves.

Ubi simul indicare videtur ibi (sicuti & apud nos utplurimum

mum contingit) pueros non ita, ut adultos, inediæ patientes fuisse, cum illi jam cum galli cantu istius rei gratia ad pistores currerent. Quin & temporibus Homericis, atque ante illa, Heroas ipsius non tertiam quartamve exspectasse, videre licet ex versu sequenti:

Ἐντύνοντο δὲ ἄριστον ἅμ' ἠοῖ κεκαμένῳ πυρ.

Et alibi:

Ἀρτύνοντας ἄριστον, ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι.

Unde & Didymus: Τρίσι τροφαῖς οἱ παλαιοὶ ἐχρῶντο, καὶ τὴν μὲν πρώτην ἐκάλουν ἄριστον, ἣν ἐλάμβανον πρωΐας, σχεδὸν ἐν σκοτίας ὄσης, ἀπὸ δὲ τοῦ προσφέρεσθαι ταύτῃ πρώτῃ τροφὴν, ὥσπερ τὸ ἄειρε ὠνομασμένης τῆς λέξεως, τὴν δευτέραν δεῖπνον μετ' ἐδεσπονεῖν, ὅ ἐστιν ἐνεργεῖν.....

Alii tamen Jentaculum cum prandio: hincque Athenæus Lib. I. Ἀριστομένης.

Ἀκροδῦμαι μικρὸν, εἶθ' ἥξω πάλιν,
Ἄρτυε δὶς ἢ τρὶς ὀπτάκιον.

Φιλήμων δέ φησι, δεῖ τροφαῖς ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ ἀκρατίσματι, ἀρίστῳ, ἐσπερίσματι, δείπνῳ. τὸν μὲν ὖν ἀκρατισμὸν, ὀψωνησμὸν ἔλεγον. τὸ δὲ ἄριστον, ὀρπηδόν. τὸ δὲ δεῖπνον ὀπτοδορπίδα. Ἔστι δὲ ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων. ἐν οἷς ὁ Παλαμήδης πεποίηται λέγων,

Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας
Ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα
Ἄρισα, δεῖπνα, δόρπαθ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

Τῆς δ' ἢ τετάρτης τροφῆς ὕστως Ὅμηρος μέμνηται,

Σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας.

Ὃ καλοῦσι τινὲς δειλινὸν, ὃ ἐστι μεταξὺ ἧς ὑφ' ἡμῶν λεγομένης ἀρίστου καὶ δείπνου.

δεῖπνα. καὶ ἄριστον μέν ἐστι, τὸ ὑπὸ τ᾽ ἕω λαμβανόμενον. δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὁ ἡμεῖς ἄριστον. δόρπον δὲ τὸ ἑσπέριον. μήποτε δὲ καὶ σιωπωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ. ὅθεν γὰρ τ᾽ πρωΐνης πα τροφῆς ἔφη,

Οἱ δ᾽ ἄρα δεῖπνον ἕλοντ᾽, ἀπὸ δ᾽ αὐτὰ θωρήσσοντο.

μετὰ γὰρ τ᾽ ἀνατολὴν αὖθις δειπνοποιησάμενοι, ἐσηέρχοντο εἰς τ᾽ μάχην.
[Secundo Æschyli versu, etiam aliter disposito, legit Celeb. Casaubonus, σῖτον αὖ δισσοῖσι.]

Aristomenes, (scribit scilicet):

„ *Pauxillum jentabo; deinde rursum veniam,*
„ *Bis aut ter non nihil panis ubi momordero.*

Philemon tradit antiquis cibi sumendi tempora fuisse, ἀκρατισμὸν *jentaculum,* ἄριστον *prandium,* ἐσπέρισμα *merendam,* δεῖπνον *Cœnam seu vespernam. Jentaculum autem* Ἀκρατισμὸν *appellarunt, & prandium* δορπισὸν, *& Cœnam* Ἐπιδορπίδα. *Harum dictionum ordo apud Æschylum extat, quo in loco Palamedes ait.*

Tribunos, imperatores, centuriones
Præfecti, & quando cibum capiant præfinivi:
Jentaculum, cœnam, prandium, sumant ut tertium,

Quarti cibi meminit Homerus. his verbis:

Post merendam ipse venito.

Δειλινὸν *hunc cibum quidam nominant, interpositum prandio & cœnæ.* Ἄριστον, *id est, jentaculum, sumitur auroræ exortu:* δεῖπνον, *prandium, quod nos* ἄριστον *dicimus, ad meridiem:* δόρπον, *cœna vesperi. Aliquando* ἄριστα *&* δεῖπνα *idem significatus est. Nam de matutino cibo Poëta dixit:*

Οἱ δ᾽ ἄρα δεῖπνον ἕλοντ᾽, ἀπὸ δ᾽ αὐτὰ θωρήσσοντο.

„ *Illi ut jentarunt, pectus thorace tegebant.*

Nam statim ut illuxit dies jentaculo refecti ad pugnam progrediebantur.

Ad

Ad alimenta porrò in jentaculis ſumpta, ſicut & in prandiis, ut revertamur, videmus alios aliter hîc ſe geſſiſſe. Unde & Seneca de ſemetipſo, Epiſt. 83. *Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium; poſt quod non ſunt lavandæ manus.* Atque Ep. 87. *De prandio nihil detrahi potuit. Paratum fuit non magis hora nuſquam ſine caricis, nuſquam ſine pugillaribus. Illæ, ſi panem habeo, pro pulmentario ſunt: ſi non pro pane.* Quali diæta & per totum diem quandoque utebatur Auguſtus; de quo hæc ſequentia Suetonius: *Cibi (nam ne hoc quidem omiſerim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, & piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficos virides biferas maximè appetebat: veſcebaturque & ante cœnam quocunque tempore & loco ſtomachus deſideraſſet.* Verba ipſius ex Epiſtolis ſunt, *NOS IN ESSEDO PANEM ET PALMULAS GUSTAVIMUS. Et iterum: Dum Lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi*, &c.

Quod ad caſeum pertinet, iſte & in Jentaculo dabatur, & (quod mage fiebat) in prandio. De Jentaculo Apulejus (Libro I.) non diu poſt ortum ſolem: *En, inquam, paratum tibi eſt jentaculum. Et cum dicto manticam meam humero exuo, caſeum cum pane propere ei porrigo.*

Potius tamen in prandio locum habuiſſe videtur; modo apud Martialem Lib. XIII. Epigram. 32. pro prandio jentaculum ſumatur. Ita enim ille de caſeo Veſtino, atque optimæ, ut videtur, notæ:

Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi:
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

De caſeo Lunenſi Ep. 30 dixerat:

Caſeus Etruſcæ ſignatus imagine lunæ,
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

In

In prandio quoque & panem ἀκράτῳ miſcebant; unde & ἀκρατίζειν : ſicut ſæpius in jentaculo ſolo pane ſicco veſcebantur : quod & de Tacito Cæſare Vopiſcus : *Panem niſi ſiccum nunquam comedit.* Quæ tamen & de prandio an dicta ſint valde dubito, cum quia additur, *eundemque ſale atque aliis rebus conditum;* tum quod hîc prandii nulla ſpecialis mentio fiat, ac jam paulo ſuperius de ipſius Conviviis locutus fuerit.

Ratione ſanitatis hyeme prandium Celſus (Lib. I.) minus commendat : atque ideo forſan Jentaculum tunc ſæpius pro prandio ſimul veniebat : æſtate vero, (ut loquitur, ubi prandium commendat) *& potione, & cibo ſæpius corpus eget; ideo prandere quoque commodum eſt. Eo tempore*, pergit, *aptiſſima ſunt & caro, & olus.* cum de hiemali prandio dicat: *Si prandet aliquis, utilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſiccum ſine carne, ſine potione ſumere.*

Plura ſane huc de Jentaculo & prandio congeri poſſent, plurimaque de Cœna, &c. addi : verum & apud alios (Stukkium, Bulengerum, alioſque plures) tractantur illa; & cunctis magis nota, quam hæc modo allata, ſunt. Quare rurſus accedamus ad Tertullianum; qui cum de tempore victus loquitur, de cœna id intelligit : verum ubi lib. ad uxorem, ita loquitur : *Non ſciet maritus quid ſecretò ante omnem cibum guſtes?* Et de Euchariſtiâ id intelligit, & de eadem ante ortam lucem, adeoque & ante *jentacula ſumptâ*; ſed non in Antelucanis cœtibus, verum domum deportata. De qua re forſan adhuc infra.

Huic itaque (ut illa Tertulliani verba, de quibus nunc poſtremo tracto, repetam) hæc ſubjungit: *Euchariſtiam.... etiam antelucanis cœtibus.....ſumimus.* Nempe coibant ob metum gentilium Chriſtiani, & in cœmeteriis, & temporibus nocturnis : de quibus ita Libro X. Ep. 97. Plinius ad Trajanum, ubi de ipſorum confeſſionibus loquitur : *Affirmabant*

Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ANTE LUCEM convenire : carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum invicem ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent : quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſusque coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium.

Quæ num de ſolis *Agapis*, an ſimul de Euchariſtiâ capienda ſint dubium eſt. Ille namque *cibus promiſcuus* magis ad *Agapas*, quam ad Euchariſtiam pertinere videtur : præterquam quod non exprimatur ſat clare an iſte cœtus, ad quem denuo conveniebant, temporibus collectus fuerit antelucanis : quod tamen ex ſequentibus hîc liquere debebit.

Certe ad priorem horum Tertulliani verborum partem videntur pertinere illa ipſius ad Uxorem, cap. IV. *Quis* [maritus ſc. gentilis] *nocturnis convocationibus, ſi ita opportuerit, à latere ſuo eximi libenter ferat? Quis denique ſolennibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?* Forſan & illa cap. V. *Cum etiam per noctem ſurgis oratum.* At melius ad Euchariſtiam antelucanis cœtibus ſumptam hæc ſequentia: *Quis ad convivium illud Dominicum, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet?*

Duplicem nobis Plinius (ut ad illum redeam) deſcribit cœtum : 1°. illum, in quo & orationi & admonitionibus, ſive homiliis, &c. faciendis incumbebant. 2°. In quo Agapas ſuas celebrabant; illas ſc. quas Tertullianus noſter eodem capite ita deſcribit : *Cœna noſtra de nomine rationem ſui oſtendit. Vocatur enim ἀγάπη*, &c. Cum per hæc (Apol. c. 39.) *Cogimur ad Divinarum literarum, commemorationem* &c. ad priorem cœtum reſpiciat.

At neque in hujus, neque in illius deſcriptione ulla Euchariſtiæ mentio fit. In Agapis illam ſumptam fuiſſe non

ita credibile eſt; quod jejuni Euchariſtiam celebrarent, ac non tempore victus, verum in cœtibus *Antelucanis*, & quidem ante omnem cibum.

In ſolis Antelucanis cœtibus eam fuiſſe celebratam minus crediderim, ob iſta; *etiam antelucanis cœtibus*: quaſi diceret, non ſolum aliàs, verum & ita. Ob perſecutionem quippe gentilium cogebantur, & ſi non ſemper aut ubique, ſaltem alicubi & aliquando, ita noctu atque ante lucem convenire: quod ex Actis etiam de Apoſtolis liquet. Stato vero die ſuos cœtus collegiſſe Chriſtianos; idque circa primam cœtuum ſpeciem obtinuiſſe (cum circa Agapas id non ita neceſſarium eſſet) ex Juſtino Martyre (ac quidem duobus in locis, cum quibus Tertulliani verba conferenda ſunt) ſat clare conſtare videtur.

Nam quamvis iſtarum commemorationum ſacrarum literarum, non tam late, attamen ſatis diſtincte Juſtinus meminerit; tamen credendum eſt, eas ibi fuiſſe exercitas ante adminiſtrationem Euchariſtiæ. Interim huc faciunt illa verba: *Convivium Dominicum, quod infamant*: ob nocturnas ſcilicet convocationes.

Quin & alios nocturnos cœtus obſervabant Chriſtiani; ſicut ſtatim vidimus ex verbis iſtis: *Quis denique ſolennibus Paſchæ* (ob pervigilia nempe) *abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?* Verum de hiſce ac ſimilibus forſan alibi ulterior loquendi occaſio dabitur.

Ignatius igitur, qui, (quamvis pro regimine Epiſcopali primitivæ Eccleſiæ potius ſtare velim) mihi nimium ſuſpectus eſt; quod tam perpetuo Epiſcoporum auctoritatem inculcet, quaſi ob id ſolum ſuas conſcripſerit Epiſtolas; in illa quam ad Smyrnenſes ſcripſit, (ſcripſiſſe ſaltem perhibetur) ita loquitur: *Οὐκ ἐξὸν ἐστιν χωρὶς τ Ἐπισκόπε, ὔτε βαπτίζειν, ὔτε ἀγάπην ποιεῖν. Non permiſſum eſt aut baptizare, aut Agapas celebrare, ſine præſentia aut permiſſu Epiſcopi.*

In

In quibus verbis & *Agape* & *Cœna Dominica*, ſive Euchariſtiæ adminiſtratio, pro una eademque re ſumi videntur.

Separare tamen videtur celebrationem Euchariſtiæ (quam jam Sacrificium appellare incipiebant) noſter Tertullianus ab iſto cœtu, in quo Admonitiones, &c. quas nunc conciones vocamus, adminiſtrabantur; libro *de Cultu Fœminarum*, Cap. XI. quando ita loquitur : *Vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica. Aut imbecillus aliquis ex fratribus viſitatur, aut ſacrificium offertur, aut Dei ſermo adminiſtratur.*

Interim ſicut Juſtinus nullam Agaparum facit mentionem, ita nec hic Tertullianus : quum tamen credibile ſit Euchariſtiam ſaltem ſtatis illis diebus, inter quos diem Dominicum potiſſimum liquet fuiſſe (quando nec ſtatio ſolvenda eſſet) fuiſſe adminiſtratam, & aliis quoque, quum ſtatio, ſi non ab omnibus, ſaltem nonnullis obſervaretur, adeoque & in Agapis fuiſſe ſumptam; ab iiſque, quibus jejunia iſta (ſtationis) ſolvere religio erat, illam domum fuiſſe comportatam.

Hinc illi quoque ita jejunantes, poſt communes Orationes, ſeu preces, Oſculum pacis refugiebant; ſive, ut Tertullianus loquitur, *ſubtrahebant* : cum tamen id ſignaculum *Orationis* eſſet, atque ſacrificium antecederet. Stationes inde crediderim voluntarias (quamvis certi dies illis fuerint, in Africa præſertim, deſtinati, nempe dies Mercurii ac Veneris) quod noſter, Libro de Oratione : *Similiter & ſtationum diebus, non putant plerique ſacrificiorum Orationibus interveniendum; quod ſtatio ſolvenda ſit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obſequium Euchariſtia reſolvit? An magis Deo obligat? Nonne ſolennior erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & RESERVATO utrumque ſalvum eſt, & participatio ſacrificii, & executio officii.* Ex quibus videmus non ſolo die Dominico Euchariſtiam fuiſſe celebratam. Qualibus itaque diebus illi, qui jejunantes ad-

erant, ſecum domum illam deportabant. Quod illuſtratur iſtis, Libro ad Uxorem : *Non ſciet maritus* [Gentilis] *quid ſecreto ante omnem cibum guſtes? & ſi ſciverit panem, non illum credit eſſe qui dicitur* ? Ubi de pane Euchariſtiæ domum deportato, ac clam marito gentili, quantum pote, comeſo, loquitur.

At non omittenda hîc exempla ex Cypriani Libro de Lapſis : quæ tamen ab harum rerum curioſis reperiri ibi poſſunt. Hoc autem deportare poſtea vetitum fuiſſe patet tam ex Can..... Concilii Cæſarauguſtani (Anno 380) quam ex Toletano (Anno 400) ubi jubentur ibi præſentes in Eccleſia ſumere Euchariſtiam.

Ut autem conſuetudo jam Tertulliani ævo obtinebat *oſculi pacis* ante Euchariſtiam; ſic illud jejunantes, ſeu ſtationem obſervantes, licet alias ad Eccleſiam accederent, non dabant aliis, eò quod non communicarent : quod culpatur à Tertulliano his verbis : *Alia jam conſuetudo invaluit, jejunantes habita Oratione cum fratribus ſubtrahunt oſculum pacis, quod eſt ſignaculum Orationis* [poſt quod ſcilicet ad communicationem accedebant] *Quando autem magis conferenda cum fratribus pax eſt, niſi cum oratio commendabilior aſcendit ut ipſi de noſtra operatione participes jam audeant de ſua pace fratri tranſigere? Quæ oratio cum divortio ſancti oſculi integra, quem Domino officium facientem impedit pax? quale ſacrificium eſt à quo ſine pace receditur? Quæcunque operatio ſit, non erit potior præcepti obſervatione, quo jubemur jejunia noſtra celare Jam enim de abſtinentia oſculi agnoſcimur jejunantes. Sed & ſi qua ratio eſt, ne tamen huic præcepto reus ſis, potes domi, ſi forte inter quos latere jejunium in totum non datur, differre pacem.* Hoc eſt, ſi rem bene capio, deportata jam domum Euchariſtia.

In jejunio autem Sabbati ante Paſcha, (quod noſter *jejunium Paſchatis* vocat, & alibi, nempe Libro de Jejuniis, *Para-*

Paraſceven ; quin & ſimpliciter *Paſcha*, ubi de iſto jejunio loquitur) Oſculum pacis ſubtrahebant. i. e. ut ex antedictis patet, ab illo dando abſtinebant : Cujus rei hanc rationem reddit ibidem : *Sic & die Paſchæ, quo communis & quaſi publica jejunii religio eſt, merito deponimus oſculum, nihil curantes de occultando, quod cum omnibus faciamus.*

Præcedebat igitur Oſculum pacis, poſt communes preces, Euchariſtiam, poſt quam Euchariſtiam quandoque (non tamen ſemper) ſequebantur Agapæ.

Unde autem fluxerint *Agapæ*, ac in quem finem primum celebratæ fuerint, diſcimus ex hiſce ſequentibus. Apoſtolorum temporibus Euchariſtiam celebraturi, unusquiſque fratrum apportabat in Eccleſiam cibum ac potum : (uti videmus ex I. Epiſt. ad Cor. cap. X.) cænaſve ſuas, eaſque cum reliquis fratribus &c. ſeu membris Eccleſiæ communicabant, illamque communem cænam appellabant cænam Dominicam, exinde quod ſimul ipſius mortui ibi commemoratio fieret, adeoque & Euchariſtia. Verum ut plurimi abuſus jam ab initio Chriſtianiſmi in Eccleſiam irrepebant, ſic non ex minimis, (ſaltem inter Corinthios) erat, quod divites quidem inter ſe cænas, ſeu partes ſuas, communicarent, inde ſplendide epularentur, dum pauperes ex inopia aut parum aut nihil afferentes negligebant ac contemnebant ; neque illis ſua communicarent ; illosque ita triſtitia ac mœrore afficerent. Unde Apoſtolus, ut hoc inter illos corrigeret, eos admonet, ut ſi convivari vellent, corque exhilarare potius, quam religioſe cœnare, id potius domi, atque ita abſque ſcandalo, ſeu offenſa inopum fratrum (imprimis ſi ſeſe inebriarent) facerent : ne ſic ipſis paupertatem ſuam exprobrare viderentur : quare poſtea addit, verſu 33. ἐκδέχεσθε ἀλλήλους. *excipite vos invicem*, mutuo ſcilicet convivio æque ino-

pes ſeu pauperes, quam divites : ac ſi eſurirent, potius domi cænarent : quod iſtud convivium inſerviret potius conferendis partibus, (ab unoquoque) ſuis, indeque ſumendis illis quæ Euchariſtiæ inſervirent, adeoque oblatio eſſet Eccleſiaſtica (ut ſic loquar) quam quod inſerviret epulis fami, aut luxuriei, ſaltem voluptati, domandæ : niſi id in gratiam pauperum fieret, quos hinc fraterne conſolari debebant.

Certe verba ἐκδέχεσθε ἀλλήλους minime vertenda ſunt *exſpectate*, ſed *excipite alius alium*, quali modo & ἐκδέχομαι ſumi poteſt hîc, & alias ἐνδέχομαι, & κἀδέχομαι, & ὑποδέχομαι, & ὑπολαμβάνω, ſumuntur quandoque. Atque Latinis id familiare *excipere aliquem, pluresve, convivio.* Quid enim juvare id pauperes ſeu inopes potuiſſet, ſi quidem omnes ſimul, divites cum pauperibus uno eodemque temporis puncto hic ſplendide epularentur; at pauperes vix cibum caperent, ac, ſi non plane, tamen fere eſurirent? Nec referas huc male illud δοχὴν ποίει. Luc. 14. 13. Verum ut rurſus me propius ad Agapas convertam, bene has conſiderat Chryſoſthomus ad hunc locum dum ait. . . . *In Eccleſia convenientes oblationes ſuas ſeparatim offerebant, & poſt communionem, quæcunque eis de ſacrificiis ſuperfuiſſent, illic in Eccleſia communem cænam comedentes, PARITER conſumebant.*

Ex jam allatis interim quoque videmus, unde Agapæ nomen iſtis poſt Euchariſtiam conviviis fuerit impoſitum. Quæ appellatio etiam jam in Apoſtoli Judæ epiſtola comparet; ubi verſu 12. ait. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες συνευωχούμενοι, ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, &c. *Hi ſunt in Agapis veſtris maculæ, dum vobiſcum convivantur, ſecure* [quaſi ſine conſideratione aliorum] *ſeipſos paſcentes.* Quibus ſane indicat, & alibi quam apud Corinthios has ἀγάπας à pluribus impie in commeſſationes converſas fuiſſe : quamvis aliàs in optimum finem à multis frequentatas.

Nec

Nec veretur Tertullianus jam Montaniſta hæc Catholicis (acerbe ſatis , nec tamen forſan immerito) objicere, lib. de Jejuniis. *Apud te Agape in cacabis fervet , fides in culinis friget , ſpes in ferculis jacet. Sed major eſt Agape , quia per hanc adoleſcentes tui cum ſororibus dormiunt , appendices ſcilicet gulæ laſcivia atque luxuria ſunt. Quam ſocietatem & Apoſtolus ſciens , cum præmiſiſſet non in ebrietatibus , nec in comeſſationibus , adjunxit nec in cubilibus & libidinibus, ad elogium gulæ tuæ pertinet , quod duplex apud te præſidentibus honor binis partibus deputatur ; cum Apoſtolus duplicem honorem dederit ut & fratribus & præpoſitis. Qui ſanctior inter vos , niſi convivandi frequentior , niſi obſonandi pollucibilior , niſi calicibus inſtructior* , &c.

Sub perſecutionibus magis ſævis credibile tamen eſt magis ſobrias fuiſſe has agapas : At ſequentibus temporibus idem illis accidiſſe exiſtimem , quod pervigiliis fere Ethnicorum : de quibus occaſione alia. 2°. Diſſert. de Oraculis Ethnicorum locutus ſum.

Unde & in Concilio Gangrenſi (quod A. D. 314, habitum fuit) habetur , cap. XI. Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούντων , καὶ διὰ τιμὴν τοῦ Κυρίου συγκαλούντων τοὺς ἀδελφοὺς , καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι , διὰ τὸ ἐξουθενίζειν τὸ γινόμενον , ἀνάθημα ἔστω. *Si quis deſpicit eos , qui fideliter Agapas , i. e. convivia pauperibus exhibent , & propter honorem Dei convocant fratres , & noluerit communicare hujuſmodi vocationibus , parvi pendens quod geritur , Anathema ſit.*

Non reſpicit tamen hic Canon , ut mihi videtur, ejuſmodi cænas , quæ ſimul Euchariſtiæ celebrandæ cauſâ inſtituebantur : verum tales , quæ ab hoc illove fratre , (hac illave ſorore) ſolum pauperibus pie exhilarandis factæ fuerant : illoſque , qui vocati illas contemnerent , &c. Interim Clericos quoque ad illas vocatos fuiſſe, cum ex natura

tura rei aliquomodo, tum ex Can. Concilii Laodiceni clarius conſtet : Ita enim Canon. XXVII. *Quod non oporteat ſacro miniſterio deditos Clericos aut Laicos ad Agapen vocatos ciborum partes accipere : propterea quod hinc Eccleſiaſtico ordini fiat injuria.*

Nempe mos erat, uti eruditis notum, convivas ex conviviis partes ſibi ſumere datas, ac reportare domum ; ſicut tam ex Athenæo quam ex aliis diſcimus : quod id & apud Græcos & apud Romanos obtinuerit. Quamvis autem id Trajani tempore locum (teſte Athenæo Lib. I.) nondum habuerit, tamen de poſterioribus id cum ex eadem, tum ex Ariſteneti Epiſtola quinta libri primi conſtat, in mœcha virum per illas, cum vicina illudente, tum denique (ne plura congeram) ex Suetonii Galba, Capite ultimo, ipſius Galbæ exemplo. Nec dubitem huc reſpicere Clementem Alexandrinum, ubi de Agapis ita Lib. I. Pædag ait : *δι' ἀγάπλω γίνεθαι τὸ δεῖπνον, ἀλλ' οὐκ ἀγάπλω ἔναι τὸ δεῖπνον, δεῖγμα δὲ ἐνοιας κοινωνικῆς, καὶ ἐμεταδοτ. Convivium iſtud fieri ob charitatem ; verum ipſum convivium non eſſe charitatem, ſed documentum benevolentiæ, quæ ſe libenter communicat.*

Cauſam itaque hujus poſtremi Canonis facile perſpicimus ; quod nimirum, quamvis pauperibus partes illæ deſtinatæ eſſent, ipſi Clerici, aliique non pauperes, velut in conviviis profanis, ſibi partes ejusmodi aut depoſcerent, aut ſponte ſumerent ; ſaltem non curarent ut æque pauperes (quorum gratia hoc potiſſimum convivii genus inſtitutum fuerat) partes de cæna ſecum domum deportarent : quod in ipſorum dedecus redundare, atque adeo injuriam, judicabat hoc Concilium Laodicenum.

Neque hoc ſolum vetavit idem Concilium ; verum & Canone ſequenti etiam alium abuſum. Nempe, uti ſub perſecutionibus Gentilium Chriſtiani congregabantur, iis tempo-

poribus iisque locis, ubi magis securi ab Ethnicorum insultibus ac persecutionibus sacra sua administrare possent; omniaque pietatis religionisque officia ibi peragebant; sic temporibus istis, quibus jam liberius respirare poterant, tamen in Ecclesiis suis, domibusve sacris conventibus destinatis talia continuabant; nec tamen sine scandalo: eo quod ibi talia nonnunquam perpetrarentur, qualia in Catholicis Tertullianus jam Montanista criminatur. Quapropter in isto Canone XXVIII. decernit. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκλίτια στρωννύειν. *Quod non opporteat in domiciliis divinis i. e. in Ecclesiis convivia, quæ vocantur Agapæ, fieri: nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.* Quod & in ipsa Africa vetatur à Concilio Carthaginensi tertio, cujus Canon trigesimus ita sonat: *Ut nulli Episcopi vel Clerici in Ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur.*

Verum enim vero, ut rursus verba nostri Tertulliani de Corona persequamur, addit ille: *Nec* [Eucharistiam] *de aliorum manu quam præsidentium sumimus.* Nempe ut *baptizandi jus* habebat Episcopus, sicut alibi loquitur, ita & administrandæ (nisi in tempore necessitatis) Eucharistiæ. Quocum concordant ista Justini verba, quæ de Eucharistia jam superius attuli; istaque quæ adduxi ex Ignatii ad Smyrnenses epistola.

Dixerat ante (ut vidimus) noster: *Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino*, &c. Quibus tum demum subjungit, *nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus.* Quibus verbis illustrandis maxime faciunt (quamvis & ipsa *illustratione* indigeant) hæc sequentia, contenta libro de Exhortatione castitatis cap. 7. *Sed dices: Ergo ceteris licet quos excipit.*

[Digamos esse nimirum.] *Vani erimus si putaverimus quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. Nonne & laici sacerdotes sumus? Scriptum est, Regnum quoque nos & sacerdotes Deo & Patri suo fecit. Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinem sanctificatus à Deo. Ubi Ecclesiastici ordinis non est consessus, & offers, & tinguis, & sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est; licet laici. Nec est personarum acceptio apud Deum, quoniam non auditores legis justificabuntur à Deo, sed factores, secundum quod & Paulus dicit. Igitur si habes jus sacerdotii in te, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, ubi necesse sit habere jus sacerdotis. Digamus tinguis? digamus offers? quanto magis laico digamo capitale est agere pro Sacerdote, quum ipsi Sacerdoti digamo facto auferatur agere Sacerdotem?* &c.

Quæ hic primum observanda veniunt sunt verba, *Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinem sanctificatus à Deo.* Ad quæ illustranda latissimus se aperit campus, arctandus tamen mihi, quod alibi (scilicet Dissertat. de vera Prophetia, pag. 209. &c.) de ista re locutus fuerim; ostenderimque ista Cleri Christiani munera ex Judæismo in Christianismum, sub aliis licet nominibus, (rebusque circa nonnulla immutatis) defluxisse; atque adeo (quod jam magnus ille H. Grotius ostenderat) eatenus Christianismum fuisse Judæismum reformatum. Itaque non ista distinctio inter Ordinem & Plebem instituit, aut invexit ipse Dominus noster J. Christus, neque ipsius Apostoli: quantumvis ibi locorum ubi Episcopi aut Presbyteri non essent; quod in Ecclesiis ab ipsis vel per Evangelistas formatis, ex meris, vel pene meris, Gentilibus jam ad Christi fidem conversis, ille necesse habuerint constantibus tales, exemplo aliarum Ecclesiarum jam formatarum, instituere: sicut & ista occasione requisitæ ad ista munera qualitates, &c. Apostolus Paulus descripsit.

Quod

Quod vero ad *honorem* attinet, duplici honore dignos cenſuit illos idem Apoſtolus, non qui ſimpliciter verbum Dei docebant populum; ſed iſtos, qui circa illud negotium ſummo cum zelo atque enixe laborabant; adeoque eximie Doctrina Evangelica imbuendo plebi incumbebant. Ita enim ibi (I. Timoth. V. 17.) intelligendum iſtud verbum κοπιάω, ut non ſolummodo ſit *operari*, & *laborare* ſicut ἐργάζεσθαι, ſimiliaque, verum ita quoque, ut id cum moleſtia ac laſſitudine fiat: ſicut κόπος inde *moleſtia* ac laſſitudo, &c. deſignat; ut Matth. 26. 10. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί. Luc. II. 7. μή μοι κόπους πάρεχε. ſic 2 Cor. 6. 5. ἐν κόποις καὶ ἀγρυπνίαις atque II. 13. ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως. Sic & 2 Theſſal. 3. 8. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. Atque ut ipſum verbum κοπιάω conſideremus, Joh. 4. 6. κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. 1 Cor. 4. 12. καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί. Et 16. 16. καὶ παντὶ τῷ κοπιῶντι καὶ συνεργοῦντι. Denique in eadem prima ad Timotheum Epiſtola cap. 4. 10. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα. Quibuſcum itaque hæc ad Timotheum verba conferantur; quæ ita habent: οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ γραφή. Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. Καὶ Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Quæ duo ex Vet. Teſt. allegata loca, ſimul ſenſum, qui hîc voci τιμὴ tribuendus eſt, ſatis clare explicant.

Interim ipſe Tertullianus ita *honorem* videtur explicare, ut fuerit dignitas atque auctoritas, cum Apolog. cap. 39. ait: *Præſident probati quique ſeniores honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti.*

Quum autem & Baptiſmus & Euchariſtia pari paſſu (ſicuti vidimus) apud ipſum ambulent; videndum quoque ex ipſo eſt, quid de Epiſcopali dignitate atque auctoritate ſentiat; adeoque quomodo ſemetipſum ſuper hac re explicet.

In Libro igitur de Baptiſmo, cap. XVII. ita loquitur:

Dandi quidem [Baptiſmum] *habet jus ſummus Sacerdos qui eſt Epiſcopus : dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem : quo ſalvo ſalva pax eſt. Alioquin etiam laicis jus eſt* : Quod jus tam ſupra ex ipſo oſtenſum eſt : nempe tempore neceſſitatis : uti id explicat.

Tranſit porro noſter ad alia, ac primo quidem ſuperaddit : *Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* Quare perpendendum quoque primo eſt, quid hîc per oblationes ſit intelligendum. Eleëmoſynas per illas *Oblationes* intelligit; ſicut & eaſdem *refrigerium* appellat : quo refrigerii voce etiam utitur Apolog. c. 39. ſic : *Quantiſcunque ſumptibus conſtet* [cæna, quam ibidem ἀγάπῃ vocat] *lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum; ſiquidem inopes quoque refrigerio iſto juvamus.* Uti & de Virginibus velandis cap. IX. *Cui ſi quid refrigerii debuerat Epiſcopus, aliter utique, ſalvo reſpectu diſciplinæ, præſtare potuiſſet, &c.*

Apud Epiſcopos illas depoſitas & ſervatas, ab eoque diſtributas fuiſſe nos docet Juſtinus Martyr his verbis: οἱ δὲ παρ' ἡμῖν πλούσιοι καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὁ βούλεται δίδωσι. καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις ἐπὶ ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ ὄντως προνοητὴς γίνεται.

Cæterum qui ditiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quiſque ſuo quod viſum eſt contribuunt : & quod ita colligitur, apud Præpoſitum deponitur : atque inde ille opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregre advenientibus hoſpitibus : & ut ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt.

Eleëmoſynarum atque adeo *Oblationum* promus condus, ac diſtributor itaque erat Epiſcopus : ſive illæ hoc illove die aut tem-

tempore, ac quacunque denique ex cauſa vel affectu; ſive pro defunctis illæ, & ob memorias ipſorum celebrandas offerrentur . . . . *Quæ tamen offerebantur pro defunctis*, ut jam vidimus, *annua die*, ac quidem iſta, ut puto, qua *commemorationes* eorum fiebant. Quod ſatis clare quoque indicat noſter Lib. de Exhortatione caſtitatis Cap. XI. hoc modo : *Nec enim priſtinam* [uxorem] *poteris odiſſe, quia etiam religioſiorem reſervas affectionem, ut jam receptæ apud Deum, pro cujus ſpiritu poſtulas, pro qua oblationes annuas reddis. Stabis ergo ad Deum cum tot uxoribus quot in oratione commemoras? & offeres pro duabus? & commendabis illas duas per Sacerdotem de Monogamia ordinatum, aut etiam de Virginitate ſancitum? Circumdatum virginibus & univiris? & aſcendet ſacrificium tuum libera fronte? &c.*

Fiebant itaque nec ſolæ *commemorationes*; verum & *orabant pro defunctorum ſpiritu*, pro quo *annuas oblationes* reddebant; *& commendabant iſtos Deo per Sacerdotem*; ſive is Epiſcopus eſſet, ſive aliquis ex Presbyteris. Vide igitur hîc initium precationum pro *mortuis* : unde minus mirum fieri debet etiam aliquos pro mortuis fuiſſe baptizatos. Verum de iſta ceremonia alibi agimus.

Si porro cauſam quærimus cur orarint, quin & offerrent pro mortuis, ſive ipſorum animis (vel ut loquitur ſpiritu) illa eſt, quod eas crederent ante ſupremum judicium certo loco determinatas conſervari eo uſque : ut ex pluribus hujus Tertulliani locis (qui ſinum Abrahæ piis animis, inferos impiorum adſcribit) clare perſpicitur; cum libro de Anima, tum Lib. 4. adverſus Marcionem, tum libro de Monogamia, tum denique aliis locis. Nec aliter fere Irenæus : qui Libro 5. in fine ita loquitur : *Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, poſt deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſurrectionem aſſumptus eſt : manifeſtum eſt quia & diſcipulorum ejus,*

propter quos hæc operatus est Dominus, animæ abibunt in invisibilem locum, definitum eis à Deo, & ibi ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem: post recipientes corpora, & perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum & Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei.

Quum autem, invisibilis illis locus ubi sit, non indicet Irenæus, tamen Tertullianus eum hoc modo designat; contra Marcionem Lib. 4. c. 34. *Eam itaque regionem sinum dico Abrahæ, etsi non cœlestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus justorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat, &c.* Quod *expungere* hic pro perfici, compleri, &c. apud Tertullianum efferri, illi sciunt, qui stilo Tertullianico parumper assueti sunt: sicut & illud *refrigerium* (ac quidem diverso, ut videmus, sensu) ipsi proprium est.

Refrigerium interim istud (de alio jam locutus sum) consistebat in eo, ut sic etiam post mortem, atque ante extremum judicium, per preces, &c. fidelium ipsis major gratia (sive in meliori statu jam essent constituti, sive pejori, nec tamen plane damnati) apud Deum, ac peccatorum remissio accederet.

Etenim huic idem Tertullianus, libro de Monogamia, cap. X. ita loquitur: *Etenim pro anima ejus orat, & refrigerium interim postulat, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis ejus.*

Commemorationes vero fidelium defunctorum, piorum nempe, ac præcipue Martyrum, in istum finem fiebant, ut ipsorum sic commemoraretur memoria, & recitata vitâ illorum ac pietate, alii adhuc viventes sic ad veram pietatem eo magis quoque incenderentur. Sed nimis extra viam propositam divagaremur, si talia latius hoc loco explicare præsumeremus. Quare jam nonnulla prætermitto, quæ forsan aliquibus non ingrata fuissent.

Addit

Addit porro Tertullianus noſter *Natalitia*, ac quidem Martyrum; quorum commemoratio piorum animos maxime ad omnia perferenda, ob religionem, pietatem, atque hinc exſpectandam æternam ſalutem, accendere debebat. Hinc enim Cyprianus Epiſt. XXXVII. *Denique & dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus ..... & celebrentur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiſcum, Domino protegente, celebrabimus.*

Aſt in quem finem id facerent adhuc magis declarant Smyrnenſes (ſicut in ipſa Epiſtola de Polycarpi Martyrio habetur) dum ita loquuntur: *Namque hunc quidem* [Chriſtum] *tanquam filium Dei adoramus, Martyres vero tanquam diſcipulos & imitatores Domini, digne propter inſuperabilem in regem ipſorum ac præceptorem benevolentiam diligimus: quorum & nos conſortes & diſcipuli fieri optamus.* Ac poſt narrationem ſepulturæ ejus: *Ubi etiam, quoad fieri poteſt, congregatis cum exultatione & gaudio Dominus natalem Martyris ſui diem, cum ad memoriam eorum, qui antea certarunt, & futurorum præparationem celebrare largiatur.*

Hinc & Gregorius Nazianzenus, περὶ Φιλοπονίας ita loquitur: Τοῖς μαρτυρίοις τ ἀληθείας παρηγορίζουεν, ἵνα ὧν τὰς ἀγῶνας τιμῶμεν, μιμώμεθα τ εὐσέβειαν. Sicut & Baſilius τ μαρτύρων ἐγκώμιον vocat τ πρὸς ἀρετὴν προθύμησιν τ συνειλεγμένων.

De his annuis ſolennitatibus (iſtaque occaſione de pervigilio Paſchatis, aliiſque) plura addi poſſent: verum ſufficit hîc adduxiſſe illa, quæ ad Uxorem (Lib. 2.) affert: *Quis* [uxorem] *nocturnis convocationibus, ſi ita opportuerit, à latere ſua eximi libenter ferat? Quis denique ſolennibus Paſchæ abnoctantem ſecurus ſuſtinebit?*

Certe omnes nocturni conventus Gentilibus ipſis maxime ſuſpecti erant, omniaque ſacra nocturna. Hinc ſola ſacra Bonæ Deæ tolerabantur apud Romanos, cæteraque omnia

omnia vetita erant. Quin ne ista quidem ob exempla sat bene audiebant ; atque à Juvenale hoc modo describuntur. Sat. 6.

Nota bonæ secreta Deæ, cum tibi lumbos
Incitat : & cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi
Mænades : O quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quæ vox saltante libidine! quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens! &c.

Ut autem videamus quam non frustra Tertullianus jam Montanista, Catholicos (ut supra jam vidimus) accusat; repetamus hic & ista Hieronymi, Augustinique de suis temporibus loquentium verba : quorum primus contra Vigilantium, qui harum Vigiliarum infensus hostis, nec immerito, erat, illas hoc modo defendit : *Error autem & culpa juvenum vilissimarumque mulierum, qui per noctem sæpe deprehenditur, non est religiosis hominibus imputandus. Quia & in Vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur: & tamen paucorum culpa non præjudicat religioni, qui & absque Vigiliis possunt errare, vel in suis vel in alienis domibus.* Et paucis interjectis : *Non vigilemus itaque diebus Paschæ, ne exspectata diu adulterorum desideria compleantur, ne occasionem peccandi adultor inveniat, ne maritali non possit recludi clave.*

Alter autem Epistolâ 64. in hunc modum de istis, quæ minime defendit, verum sublata vellet, conqueritur: *Commessationes enim & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum non solum per dies solennes, quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc carnis oculis aspicit, sed etiam quotidie celebrentur. Quæ fœditas si tantum non flagitiosa, & non etiam sacrilega esset, quibuscunque tolerantiæ viribus sustentandum putaremus. Quan-*

quam

quam ubi eſt illud quod, cum multa vitia enumeraſſet idem Apoſtolus, inter quæ poſuit ebrioſos, ita concluſiſſet, ut diceret, cum talibus nec panem edere. Sed feramus hæc in luxu & labe domeſtica, & eorum conviviorum, quæ privatis parietibus continentur : accipiamus cum eis corpus Domini, cum quibus panem edere prohibemur : ſaltem de Sanctorum corporum ſepulchris, ſaltem de locis ſacrorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. Quis enim audet negare privatim, quod cum frequentatur in ſanctis locis honor Martyrum nominatur? Hæc ſi prima Africa tentaret auferre à cæteris terris, imitatione digna eſſe debere. Cum vero per Italiæ maximam partem, & in aliis omnibus, aut prope omnibus, tranſmarinis Eccleſiis, partim quia nunquam facta ſunt, partim quia vel orta & inveterata Sanctorum & vere debita futura cogitantium Epiſcoporum diligentia & animadverſione extincta & deleta ſint, dubitamus quo poſſumus tantam morum labem, vel propoſito tam lato exemplo emendare. Et nos quidem illarum partium hominem habemus Epiſcopum; unde magnas agimus gratias Deo : quanquam ejus modeſtiæ ac lenitatis eſt, ejus denique prudentiæ & ſolicitudinis in Domino, ut etiam, ſi Afer eſſet, cito illi de ſcripturis perſuaderetur curandum, quod licentioſa & male libera conſuetudo vulnus inflixit. Sed tanta peſtilentia eſt hujus mali, ut ſanari prorſus, quantum mihi videtur, niſi concilii autoritate non poſſit. Aut ſi ab una Eccleſia inchoanda eſt medicina, ſicut videtur, audaciæ, mutare conari quod Carthaginenſis Eccleſia tenet, ſic magnæ impudentiæ eſt, velle ſervare quæ Carthaginenſis Eccleſia correxit. Ad hanc autem rem quis alius Epiſcopus eſſet optandus, niſi qui ea Diaconus execrabatur? Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum eſt, non aſpere, ſed ſicut ſcriptum eſt, in Spiritu lenitatis & manſuetudinis, &c.

Admodum diverſa eſt hæc, ad Epiſcopum Aurelium, Au-

guſtini, tunc adhuc Preſbyteri admonitio, ab Hieronymi iſtis, quæ modo attuli, verbis.

Interim obſervamus ex hac Auguſtini admonitione, 1°. quam late hæc conſuetudo pervagata fuerit. 2°. Eam non ſolummodo per dies ſolennes; verum & quotidie (quod & ipſe Hieronymus non diſſimulat) in abuſu fuiſſe. 3°. In cœmeteriis, tum & in locis ſacrorum, ſive Orationum domibus, ſeu locis ſanctis, i. e. Eccleſiis obtinuiſſe. 4°. In Africana Eccleſia etiam diu perduraſſe hunc malum morem; etiam ſub hoc Aurelio, quem propterea ſuper eo admonet. Ac licet in Concilio Gangrenſi illi, qui Agapas damnabant, feriantur anathemate, tamen & ante illos Tertullianus damnaverat; ac poſtea Concilium Laodicenum; tum & Concilium Carthaginenſe tertium; ut ex mox ſequentibus videbitur.

Hinc autem datam fuiſſe anſam Chriſtianos, circa hæc & lia, calumniandi (nec ſemper immeritò accuſandi,) facile quivis lector pervidere poteſt. Verum tranſeanus ad alia.

Pergit igitur noſter, & ait: *Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten uſque gaudemus.* Hinc certe Hieronymus in prologo Epiſtolæ ad Epheſios: *Pentecoſten tempus lætitiæ atque victoriæ, quo non genu flectitur, nec curvamur; ſed cum Domino ad cælorum alta ſuſtollimur.* Nec aliter Auguſtinus Epiſt. 119. ad Januarium (cap. 15.): *Propter hoc jejunia relaxamus, & ſtantes oramus: quod eſt ſignum reſurrectionis, unde & omnibus diebus Dominicis ad altare id obſervatur.* Atque inferius (cap. 17.) *Ut autem ſtantes in illis diebus, & omnibus Dominicis oremus*, &c.

Habemus hic igitur & teſtimonia, & rationes cur id fecerint. Interim & ex Tertulliano notare operæ pretium eſt, quomodo (ac quare) ſeſe in ipſa oratione geſſerint.

Nem-

Nempe cap. XI. de Oratione, ita habet : *Nos vero non attollimus tantum* [manus] *ſed & expandimus, & Dominica paſſione modulantes, & orantes confitemur Chriſtum :* eundemque, ſcilicet, crucifixum : crucem ita ipſius repræſentantes.

Hîc ſane ſe latus admodum aperit campus, loquendi ſc. de jejuniis cum quartæ ac ſextæ feriæ [ſeu diebus Mercurii ac Saturni] obſervatis; adeoque de Stationibus vel ad nonam horam, (ut ordinarie) vel uſque ad veſperam (quod præcipue inter Montaniſtas obtinebat) extenſis, tum de Sabbati jejunio apud alios obſervato, apud alios iterum damnato, aut ignoto (ut Romæ & alibi) tum denique diebus jejuniorum vel unicuique liberis, vel ab Epiſcopo ratione temporum indictis, vel etiam ab Eccleſia certis temporibus obſervandis : tum denique (quod tamen huc facit) quæ jejunia ſecundo ac tertio ſeculo locum habuerint; quando circa Quadrageſimæ exortum, quantumque, pro temporibus ac locis, ratione durationis per dies aut ſeptimanas, diu variatum fuerit. Quibus & addi poſſet *oſculum* Pacis in illis aut datum, aut ſubtractum, de quo tamen pauca hic addere debeo.

Chriſtiani igitur & in Orationibus, quas ſimul Deo offerebant in συνάξιον, & in, ſeu potius ante celebrationem Euchariſtiæ ſe mutuo ſalutabant Pacis oſculo : quod tamen jejuniorum temporibus multi non obſervabant : ne ſic jejunium ſolverent, aut hilaritatis ſpeciem præferrent, dum triſtitiam ac luctum per jejunium prætenderent.

De hoc igitur oſculo ita loquitur Tertullianus, de Oratione cap. XIV. *Alia jam conſuetudo invaluit : jejunantes habita oratione cum fratribus ſubtrahunt oſculum pacis, quod eſt ſignaculum orationis. Quando autem magis conferenda cum fratribus pax eſt, niſi cum oratio commendabilior aſcendit, ut ipſi de noſtra operatione participes jam audeant de ſua pace*

fratri transſigere? Quæ Oratio cum divortio ſancti oſculi integra? Quem Domino officium facientem impedit pax? Quale ſacrificium eſt, à quo ſine pace receditur? Quæcunque operatio ſit, non erit potior præcepti obſervatione, quo jubemur jejunia noſtra celare. Jam enim de abſtinentia oſculi agnoſcimur jejunantes. Sed & ſi qua ratio eſt, ne tamen huic præcepto reus ſis, potes domi, ſi fortè inter quos latere jejunium in totum non datur, differre pacem. Ubicunque autem alibi operationem tuam abſcondere potes, debes meminiſſe præcepti: ita & diſciplinæ foris, & conſuetudini domi ſatisfacies. Sic & die Paſchæ, quo communis & quaſi publica jejunii religio eſt, meritò deponimus oſculum, nihil curantes de occultando, quod cum omnibus faciamus. Similiter & ſtationum diebus non putant plerique Sacrificiorum orationibus interveniendum, quod ſtatio ſolvenda ſit accepto corpore Domini. Ergo devotum Deo obſequium Euchariſtia reſolvit? An magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & reſervato utrumque ſalvum eſt, & participatio ſacrificii, & executio officii. Si ſtatio de militari exemplo nomen accipit; (nam & militia Dei ſumus) utique nulla lætitia ſive triſtitia obveniens caſtris, ſtationes militum reſcindit. Nam lætitia libentius, triſtitia ſollicitius adminiſtrabit diſciplinam.

Videmus hîc, mi Lector, *Oſculum pacis*, ſeu ſanctum oſculum, hîc quoque ſolius *pacis* appellatione exprimi; adeoque abſtinentiam oſculi & differre pacem unum idemque ipſi denotare; quod alibi quoque deponere (i. e. differre) oſculum vocat.

Quæ porro de Stationibus ac Paſchæ jejunio addit, faciunt ut cum de iſtis Stationibus, tum de Jejuniis aliis, quæ ſecundo ac tertio Chriſtianiſmi ſeculo obſervabantur, aliquid quoque addendum videatur.

Chriſtianorum jejunia erant aut publica aut privata; pu-

bli-

blica autem indicebantur ab Epiſcopis, ſeu Eccleſiarum præſidibus, (vel Epiſcopo & preſbyteris) prout ipſis id vel neceſſarium, vel conducibile videretur: quare neque ſtatum ac perpetuum ordinem obtinebant. Interim, quantumvis voluntaria eſſent ac libera ſingulorum, ſeu privatorum, jejunia, temporis tractu auctoritatem quaſi ſibi ſcriptæ legis uſurpaverunt (ut Hieronymi verbis utar) ac quidem quarta & ſexta ſeptimanæ feria, i. e. die Mercurii ac Sabbati, ſeu Saturni. Iſtis vero diebus ſacri conventus fiebant, quos Stationes appellabant; ad quos ex conſuetudine, (ac jejuni quidem) conveniebant. Hinc enim Auguſtinus Epiſt. 86. *Ego in Evangelicis & Apoſtolicis literis, totoque inſtrumento, quod appellatur Teſtamentum Novum, animo id revolvens video præceptum eſſe jejunium. Quibus autem diebus non opporteat jejunare, & quibus opporteat, præcepto Domini vel Apoſtolorum non invenio definitum.*

Erant igitur vel ex traditione, vel tacito quodam conſenſu tandem quaſi inſtituta, quamvis jejunandi aut non jejunandi iſtis diebus libertas remaneret. Unde & Tertullianus tam ab hiſce, quam ab aliis excipere videtur Sabbatum illud (ſeu Paraſceven) quod Feſtum Paſchatis antecedebat, de quo ipſo tamen non omnimodam neceſſitatem jejunandi aſſerit; quantumvis illud *quaſi* jejunium publicum vocet. Fuiſſe tamen ſemper homines magis rigidos, qui iſtis diebus in memoriam mortis Dominicæ, paſſionisque Chriſti per crucem, legem ſibi jejunandi imponerent, (licet & Romæ & Mediolani & aliis pluribus in locis Occidentalibus jejunium ſextæ feriæ, ſeu Sabbatin, on obſervaretur) ex Tertulliano liquet; cum alias ſtationes, ut ſemijejunia, ſolum ad horam nonam perdurarent: iique, qui ſtationes illas obſervabant, tum jejunia ſolverent accipiendo Euchariſtiam, &c. Quamvis alii in jejunando perſtantes Euchariſtiam ſecum domum deportarent, eam-

que finito jam ipſorum jejunio ſumerent.

Huc pertinent iſta obſervata Rigaltii ad verba Tertulliani cap. XIII. de Oratione: *Ceterum hoc ipſo argumento probari videtur, ævo Tertulliani in Africa integrum, ſive ſolidum jejunium, commune ac publicum non fuiſſe, niſi Dominicæ paſſionis die, eoque die ac jejunio omiſſas fuiſſe ſacrificiorum orationes, omiſſa Pacis oſcula. Sed uſitatiſſimum certis per reliquum annum diebus ſpontanea ſeu priva & propria cuique pro ſua religione jejunia; ſolida quidem & in veſperam uſque producta, quibus tamen ad ſacrificiorum orationes & pacis oſcula convenirent. Præterea ſtatos fuiſſe dies, quibus ad martyrum ſepulcra conventus indicerentur: atque ibi ſtatim ab exortu ſolis, orationibus, hortamentis, ſacrarum lectionum interpretationibus vacantes & jejuni, ſed non ultra nonam perſtarent: horâ nona, poſt Euchariſtiam & oſcula, conventus & jejunia ſolverent. Hæ tunc temporis ſtationes: hæ caſtrorum diſciplina Chriſtianorum. Interea vero minime prohibebantur, nec ipſis quidem ſtationum diebus, privata & ſpontanea, de quibus dixi, jejunia: & ſi privata illa ſolida eſſent atque in veſperam continua: ſtationaria vero tantum in horam uſque nonam ſuſtinerentur, ac præ illis eſſent quaſi ſemijejunia. Sed privatim operantium nonnulli operationem ſive jejunium ante veſperam ſolvere religioni ducebant; ideoque ad Euchariſtiam, quæ hora nona diſtribuebatur, non accedebant. Hunc ſcrupulum Tertullianus ferri poſſe ait eadem illa* συγκαταβάσει, *ut jejunium privatum integrumque jejunantes, interſint nihilominus ſtationum ſemijejuniis, acceptoque hora nona corpore Domini; de ſtatione quidem una cum ceteris diſcedant, ſed buccellam ſacram in veſperam uſque, jejunii proprii terminum, reſervent. Sic utrumque ſalvum fore, & participationem ſacrificii, & executionem officii.*

Salmaſius interim contra Rigaltium alioſque (quos tamen non

non nominat) opinatur hoc modo : *Longe autem errant viri docti, dum putant illis ſtationum diebus Chriſtianos ab exortu ſolis in templo perſtitiſſe uſque ad horam nonam, orationi & verbi divini auditioni vacantes. Ad nonam quippe horam, aut paulo ante convenientes in templum, non plus temporis in eo manebant, quam Euchariſtiæ celebratio maneret, ut oſtendi facile poſſet ſi hoc ageretur.*

Ex hiſce ſimul privata cuivis jejunia illuſtrantur : nec neceſſe eſt de illis multa addere. Quare pergamus ad reliqua. Itaque pergit noſter : *Calicis aut panis etiam noſtri aliquid decuti in terram anxiè patimur.* Hancne conſuetudinem, an ſuperſtitionem, an vero traditionem potius nominem fere neſcio. Imprimis ſi hæc de pane vulgari ac calice vulgari intelligenda ſint; ſicut id volunt tum B. Rhenanus, tum & Gab. Albaſpinæus. Prioris verba ſunt : *Propter crebram Sacramentorum tractationem inolita fuit illis religio quædam, etiam vulgarem panem & vulgare poculum reverenter tractandi.* Alter vero pene contrariis aſtipulatus, tamen ex judicio 1. Card. Peronii huc inclinavit; & quod ex conſuetudine (ut putat) nullum hæc religio circa Euchariſtiam inceſſere poſſet; & quod iſtud etiam ipſi voci panis jungendum ei videatur : quarum duarum rationum tamen nulla conſequentia eſt. Etenim videmus clare ex antiquitate Eccleſiaſtica, religionem, quin imo ſuperſtitionem & circa panem calicemque Euchariſtiæ, & circa plura alia tractu temporis, maxime fuiſſe adauctas, ac 2°. nihil nos cogere, quo voculam *etiam* non pro verè conjunctiva, periodumque hanc præcedenti annectente ſumere debeamus. Pamelius interim putat Tertullianum hîc de pane ac calice Euchariſtiæ loqui; fretus verbis non ſolis hujus Tertulliani (lib. de Orat. cap. VI.) verum & Cypriani, libro de Oratione Dominica : qui tamen ambo verba iſta : *Da nobis panem*, &c. & pro pane Eu-

Euchariſtiæ & pro pane vulgari (atque ſic quotidiano) accipi poſſe defendunt. Habent utique ambæ iſtæ tam diverſæ ab invicem opiniones ſua patrocinia, quæ apud hos modo nominatos videre licet : neque ego aut huic aut iſti litem movere hîc velim opinioni : quod id plane præter propoſitum eſſet.

Addit denique hæc ſequentia : *Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.*

Huc certe ſpectant illa lib. 2. ad Uxor. *Latebiſne tu, cum lectulum, cum corpuſculum tuum ſignas?* Videmus hic ſuperſtitioſas ſatis obſervationes; quæ prioribus ſeculis in piam memoriam Crucifixi noſtri Salvatoris mortiſque ipſius ſalvificæ cum in uſu eſſent; poſt ut magnarum virium operationes, ut ſic in fugam daretur Diabolus &c. obſervatæ fuere. Nec deeſſe debuit hîc exemplum ex S. S. Vet. Teſtamenti depromptum : quare huc iſta verba Prophetæ Ezechielis cap. 9. v. 4. tracta fuere.

Nempe iſtud *ſigna ſignum* (namque תו ſignum ſimpliciter denotat) convertunt in *& ſigna Tau ſuper frontes &c.* ut Vulgata, vel ut Tertullianus, *& da ſignum Tau in frontibus*, &c. Qui & illud (lib. 3. adv. Marcion.) addit : *Ipſa enim litera Græcorum Tau, noſtra autem* T *ſpecies crucis, quam portendebat futuram in frontibus noſtris apud veram & catholicam Jeruſalem, in qua fratres Chriſti*, &c. Quaſi vero Propheta ſcripſiſſet Græce, vel ad Græcorum, *Tau* vel *Latinorum T.* reſpexiſſet. Alii autem hunc Tertullianum ſequuntur, ut Hieronymus, ac neſcio quot quidem alii : cum veteres Origenes, Clem. Alex. Hieronymus, Auguſtinus & Ambroſius (quor. tamen plures Græcæ verſioni, quæ iſtud Tau minime agnoſcit, adhærent) tum recentio-

res

res Sixtus Senenſis, Maldonatus, Eſtius, Corn. Lapide aliique. Quorum poſteriorum tamen multi hîc ad *Tau* Samaritanorum confugiunt ; ac quidem maxime ad iſtud, quod in nummis Samaritanis (verisne an confictis alibi latius diſquiram) ut ad ſacram anchoram : ut ita iſtud *crucis ſignum* ex Scriptura ipſis ſuppetias veniat : ſicque multa mira de lente ſomniant (ſi mihi hic liceat ita loqui) & myſteria ex figmentis ſui cerebri depromunt. Non defuere tamen inter antiquos qui cum 70 Senibus, ac Symmacho aliter legerunt ; Cyprianus ſcilicet ac Chryſoſthomus ; qui & Munſterum &, Lutherum, & Junium, & Caſaubonum ſibi aſſentientes habent.

Nec mirum ; cum neque Salomon Jarchi, neque Abrabanel, neque ipſe Paraphraſtes Chaldaicus (ne de verſionibus Syriaca, & Arabica, utpote ex Græca verſione depromptis aliquid dicam) ejuſmodi literam *Tau* in contextu S. Scripturæ agnoſcant.

Unde & quam optimè verſio noſtra Belgica : **Ende teekend een teeken op de voorhoofden** / &c. Sicut & in margine notant : **Deſe teekeninge is niet lichamelijk geſchied door een zigtbaar en uytterlijk teeken aan het lichaam / maar geeſtelijk / door een onſienlijk en inwendig teeken aan den geeſt / het welke de ware geloovigen / van alle hypocryten en ongeloovigen onderſcheyd. Want dit al is geſchied in een geeſtelijk gezichte / en volgens niet door eene lichamelijke daad.** Verg. Apoc. 7. 3.

DISSERTATIO SUPER SANCHONIATONE,

Ejuſque concordia cum Sacris noſtris Scripturis.

GRæcos Philoſophiam ſuam ac Theologiam, magna ſaltem ex parte, à Barbaris, Ægyptiis nempe, Phœnicibus Syriiſque, Aſiæ minori adjacentibus, imo aliquanta ex parte à Chaldæis, Perſisque hauſiſſe, nullum dubium eſt: Quin & aliquid ab Hebræis eo defluxiſſe non ita mirum; licet id ſerioribus ſeculis (ſicut infra oſtendetur) acciderit. Nam ſi quid temporibus magis antiquis inde ad Gentiles (præſertim vero Græcos) pervenerit, id ex ſola traditione, ac quidem narrationibus illorum, qui ipſi Legis ſcripta non verſabant (quæ multitudini non ita communicabatur) vel à Proſelytis inquilinis; vel denique ex illis, quæ à Judæis ſic externe, circa religionis ipſorum obſervantias peragi videbant. Quod tamen in Chaldæis, cum ibi per 70 annos exules agerent, maxime locum habuiſſe (exceptis illis, quæ ad ſacrificia ſpectabant) mihi firmiter perſuadeo. Quamvis illa, quæ Græci inde hauſerunt, longe pauciora ſint, quam quidem multi, imo vulgo, eruditi ſibi imaginantur.

Ut hoc melius perſpiciatur, conſiderandi ſunt Iſraëlitæ, 1°. prout ſeſe habebant, circa cognitionem Creationis mundi.

di cæteramque ſubſecutam mundi hujus hiſtoriam. Illam paulo curatius paucos admodum habuiſſe nullum dubium eſt; idque fere ex ſola à parentibus accepta traditione: cum non conſtet ulla ante Moſem de his ſcripta extitiſſe.

Patet & ex illa ipſorum ignorantia; ob quam Deus hoc ſequenti modo (Exodi c. III. v. 13. &c.) eis ſe manifeſtare debuit per miracula ac ſigna, &c. *Dixit autem Moſes Deo, ecce, me veniente ad filios Iſraelis, quum dixero eis, Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos: ſi dicerent mihi, quod eſt nomen ejus? quid dicerem illis? Dixit itaque Jehova Moſi, Eheje, qui ſum: dixitque, ita dices filiis Iſraelis, Eheje miſit me ad vos. Edixitque iterum Deus Moſi, ſic dicito filiis Iſraelis; Jehova Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacobi miſit me ad vos: hoc eſt nomen meum in ſeculum, & hoc memoriale meum in omnem ætatem*, &c.

2°. Conſiderandi ſunt ſub Moſe, uſque ad tempora Judicum. Namque jam ante legem datam, poſt tot tamen brevi ante facta miracula Idololatriæ Ægyptiorum adhuc plane dediti erant. Quod oſtendit iſte Vitulus aureus erectus cum paululum Moſes abeſſet, cujus Idololatriæ & Capita Tribuum &c. imo & ipſe Aaron participes erant. Notabilis admodum eſt iſta ipſorum ab Aarone poſtulatio: *Surge, fac nobis Deos*, &c. quæ legimus Exodi cap. XXII. Sic quoque videmus Numeri libro cap. XXV. quomodo hic populus cum jam tam Nubis quam Ignis columna nocte dieque ipſis aut viam monſtrarent, aut præfulgerent; ſicut & Miraculum Mannæ continuaret (ne loquar de horribili pœna Coracho ſociiſque ipſius inflicta) multaque alia quotidie contingerent, quæ Dei veri præſens numen teſtarentur; quomodo, dico, hic populus in ipſo deſerto (ubi illa contigerant) denuo ad Idololatriam collapſus fuerit.

Interim toto vitæ Moſis tempore aut in Ægypto degebant, aut in eremo, abſque ullo cum aliis gentibus commercio, aliarumque gentium cum illis : adeo ut, ſi vel maxime Legis &c. ſcientes fuiſſent, eam Gentes illæ ab iis minime diſcere potuiſſent. Si porro 3°. conſideremus tempus illud à Moſis morte uſque ad Samuelem, Iſraelitæ tunc aut cum gentibus circumvicinis belligerarunt, aut illis ob Idololatriam ſubjecti fuere : aut ſi pace fruerentur ex pœnitentia, ſeſe ab omni cum aliis gentibus commercio abſtinere debebant. Ita ut illæ gentes quidem ſuos ritus ac mores in Iſraelitas transfuderint, non vero hi in Gentes, quibus aut hoſtes, aut ſervitute ſubjecti, ac ſimul Idololatræ eſſent : ſub quibus ſervitutibus illi oppreſſi Legis quoque cognitione, quam à Sacerdotibus habere debebant, ſub quorum cuſtodia illa erat, cujuſque illi fuere interpretes : ſi non (quod ſæpe contigit) etiam hi ipſi illam penitus neglexiſſent, atque oblivioni tradidiſſent : ſub quibus, dico, ſervitutibus contempti ac irriſi erant : ipſorumque religio, ritus atque hiſtoriæ, ſi illorum aliquid memoria tenuiſſent, victoribus gentibus abominationi erant.

Ac ſi Judicum tempora ſpectemus, videbimus ibi Gideonem Idololatriæ ſigniferum, Michamque Levitam, Sacerdotem Idololatricum; illamque, uti & cultum Baalim atque Aſtheroth publice in populo uſque ad Samuelem perduraſſe, paucoſque adeo vero Dei veri cultui adhæſiſſe: qui ſimul ſe ab aliarum gentium communicatione, converſatione ac commerciis abſtinebant; ac quidem ex mandato ipſius Legis : ne ſc. illi ſic aliarum gentium mores, ac ritus Idololatricos, adeoque & ipſam Idololatriam, addiſcerent. Unde & iſta occaſio, quam volunt eruditi, Gentibus addiſcendi non tantum ipſorum Legem, eamque ipſam (quod plus eſt) manibus tractandi atque legendi plane præcluſa fuit. Præſertim quod nec ipſum vulgus,

gus, ſeu promiſcua multitudo Judæorum, illam legeret: cum Sacerdotes ſoli ἀπήμαφα (temporibus ab Idololatria liberis) poſſiderent ac ſervarent: Adde demum non aliunde inſtitutum fuiſſe ut Lex quoquo ſeptennio publice populo prælegeretur. An autem libri ulli hiſtorici in vulgi manibus verſati ſint, nihil plane liquet: atque an iſti unquam (ſi fuerint ulli, ne memorem commentarios propheticos, qui ſub ſacerdotum cuſtodia erant) Ethnicis fuerint communicati, ſtatim latius videbimus.

Idololatria interim cum à Gideone per Ephod erectum, quod hîc ex κακοζήλῳ æmulatione ab Ephod ſummi Sacerdotis deſumptum, ac pro oraculo publico mihi conſtitutum videtur: quale & iſtud Michæ (Jud. Cap. XVII.) fuiſſe crediderim, partim adaucta, partim renovata fuit: tum etiam occaſione ſimulacrorum & Ephodi Michæ: tum denique per Baalim & Aſtheroth, ad quorum cultum Idololatricum perpetuo fere delabebantur; donec tandem à Samuele, poſt arcæ ex Philiſthæorum regione [1 Sam. cap. 7. v. 2. & 3.] reductionem Deos alienos, Bahalim & Aſtheroth ex medio ipſorum, ſive ex abuſu publico removerent. Quo tempore an Simulacra illa Michæ (quorum mentio Judicum libro) ſublata fuerint, incertum eſt: cultus certe ille, ſi non publicus, ſaltem privatus videtur inter Danitas remanſiſſe uſque ad *demigrationem captivitatis terræ*. Scio vulgo interpretes id de migratione Arcæ Domini, iſtoque tempore intelligere: at de nulla populi captivitate ibi loquitur S. Scriptura; ſed capite IV. v. 10. tantum dicitur: *Pugnantibus itaque Philiſthæis, iterum plaga affecti Iſraelitæ fugerunt ad tentoria ſua; fuitque plaga illa magna valde: nam ceciderunt ex Iſraële triginta millia peditum.* Et Arca Dei capta eſt; duoque filii Heli mortui ſunt, Chophni & Pinehas.

Nec Philiſthæi cum Arca remittebant Iſraëlitas ullos

(quantum ex S. S. patet) ex captivitate ; verum Arcam ad Iſraëlitas reducebant, ex quibus Iſraëlitis Levitæ occurrentes Arcam deponebant &c. Ac tantum abeſt : ut Iſraëlitæ in captivitatem devecti tunc fuerint, ut Arca Domini revertente *Bethſemitæ meſſem ſuam triticeam demetiendo occupati fuerint* : ac depoſita jam iſta arca, holocauſta obtulerint, ac Sacrificia iſto die Jehovæ ſacrificaverint : Nec ſi ulli captivi cum Arca Domini à Philiſthæis abducti fuerint : qui & Levitæ illi fuiſſent, qui Arcam portaverant, (de quo tamen ex S. S. non conſtat) inde dici poſſet terram, i. e. ſi bene capio hunc modum loquendi, univerſum populum, in captivitatem abductam fuiſſe : cujus contrarium ex Bethſemitis clare patet.

Crediderim igitur à Samuele ſimulacra illa (ac notatum quidem iſtud ſculptile) fuiſſe remota, ac ſub Saule, Davide ac Salomone quidem, ſi non qublice, privatim ſaltem, ac magis clam, cultum iſtum perduraſſe, perdurantibus quoque Sacerdotibus : donec iſta Idololatria rurſus ſub finem imperii Salomonis denuo in publicum abuſum eruperit : tandemque cum Iſraëlis per Salmanaſſerem devectione penitus abolitus fuerit : adeoque & Sacerdotium, quod tamdiu perduraverat (ut ex Judic. videmus) abolitum fuiſſe.

Reliqua hinc Judaiſmi tempora ante, ſub, ac poſt captivitatem Babylonicam conſiderabimus, ubi de Homero Hebraizante loquemur. Nunc vero nobis perpendendum eſt, an ulla cum veriſimilitudine aſſeri queat, Taauten Sanchoniathonis fuiſſe Moſem, Gideonem fuiſſe ipſius Hierambalem; ab eoque hunc Sanchoniathonem accepiſſe Legis Codices, ex iiſque ſua hauſiſſe ac tradidiſſe.

Verba autem illa, quibus Celeberrimus Huëtius id audenter admodum affirmat, ſibique id clare oſtendere videtur, habentur Propoſitionis quartæ capite ſecundo ac ter-

tertio; quæ afferre huc ac perpendere operæ pretium fuerit. Ita igitur ille loquitur : *Id obſervandum nobis eſt quod tradidit Porphyrius, & eſt ad rem, quam tractamus, appoſitum, commentaria accepiſſe Sanchoniathonem ab Jerombalo Sacerdote Dei Jevo, & de Judæis veriſſima prodidiſſe. Jerombalum autem eum eſſe Gedeonem, ex libro Judicum, ubi non ſemel Jerobaal nominatur, ſciunt eruditi, & docuit Suidas, ſed in vocis originatione falſus eſt; quemadmodum in ipſa re Georgius Syncellus, qui Jerombalum Gideonis fratrem eſſe credidit, nominis duplicis ambiguitate deceptus. Quæ autem à Gedeone commentaria Sanchoniathon accepit, quid aliud eſſe dicamus, quam ipſos Moſis libros, quorum doctrina tincta ſunt & aſperſa, ut dixi, ſuperſtites Sanchoniathonis reliquiæ? Omnem vero dubitationem tollit, quod notatum eſt à Philone Byblio, Sanchoniathonem, cum de rerum principiis & mundi origine commentaturus eſſet, ſumma diligentia Taauti libros evolviſſe, utpote quem ſciret eſſe literarum repertorem, & primum commentaria reliquiſſe; ab eoque ſumpſiſſe ſcribendi argumentum. Tum, poſteaquam Sanchoniathonis diſſertationes de mundi & animalium procreatione expoſuit, hæc omnia, ait, in Taauti Coſmogonia fuiſſe deſcripta, quæ ſibi comperta ex ſignis & conjecturis mens ipſius nos docuit : atque hunc Taautum ab Ægyptiis Thoyth, à Græcis Mercurium appellari. Jam vero hæc omnia mecum argumenta recollige : De mundi generatione ſcripſit Taautus; ſcripſit & Moſes : literarum inventio Taauto tribuitur, tribuitur & Moſi ab Eupolemo, Theodoreto & Iſidoro : Taauti libris ad opus ſuum lucubrandum uſus eſt Sanchoniathon, idem à Gedeone commentaria ad id ipſum accepit; Moſis doctrinam ſpirant paſſim, & repreſentant Sanchoniathonis reliquiæ. Quis non inde conjiciat Taautum illum fuiſſe Moſem? At nos id quoque infra multiplici argumentorum congerie clarius etiam ac certius approbabimus.*

Quam

Quam argumentorum congeriem antequam nos producamus, videamus quanti nobis valere debeant hæc jam modo allata.

Primò igitur ait : *Id observandum nobis est, quod tradidit Porphyrius*, &c. Cujus ergo Porphyrii testimonio, ut veraci ac magnæ auctoritatis innititur. At hunc Porphyrium sicuti alibi eum mendacissimum vocat, sic & libro X. præparat. Evangelicarum, τὸν πάντων δυσμενέστατον καὶ πολεμιώτατον ἐβραίων τε καὶ ἡμῶν (Christianorum)..... ὃς τῷ καθ' ἡμῶν συσκευὴν ὑπερβολὴ μίσους προβεβλημένῳ, ἐμόνους ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἑβραίους, αὐτόν τε μωσέα καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν προφήτας ἴσαις ὑπεγάγετο δυσφημίαις. *Illum omnium infestissimum, & infensissimum (sive hostilem) contra Habræos & contra nos : qui ex immani odio in nos invectus opus contra nos protulit, quo non solummodo nos, verum & Hebræos, & ipsum Mosem, ac qui post illum venere Prophetas, plane similibus oneravit calumniis.*

De ipsius mendaciis idem Eusebius (uti statim videbimus) loquitur hoc modo : *Is qui nostra memoria opus illud adversum nos mendaciis fraudibusque textum consarcinavit*, &c.

Hujus itaque tam veracis Porphyrii auctoritate credendum nobis, Sanchoniathonem quæ scripsit summa fide conscripsisse : nec mirum, ipsius nomen Phœnicium Græce Φιλαλήθης denotat; unde necessario veracissimus est habendus ; nec minora inde de Philone Byblio, ut fideli interprete, credenda fuerint.

Ut autem de cæteris hinc judicium feramus, consideremus ex ipso, quando ille vixerit Sanchoniathon. Statuit nempe Pophyrius illum ante Trojana tempora, parumque infra Mosis tempora, vixisse ; opusque suum Abibalo (qui Hierami pater fuit, ac Davidis tempore vixit) dedicasse:

caſſe : interim ille quoque (eodem teſtante) Semiramidis tempore, illaque circa Trojana tempora vixit : idemque ille iſta, ex quibus ſua compoſuit, ab Hierombalo, qui noſtro Huetio uti & Bocharto Gedeon fuit, accepit. Nunc quæſo temporum rationes utcunque ſubducamus, ut videamus quam belle hæc inter ſe conveniant.

Semiramis vixit a°. ab orbe condito 1996. Moſes mortuus fuit a°. 2492. Gideon mortuus fuit a°. 2718. Troja capta fuit a°. 2767. Tyrus condita fuit (namque & hoc conſiderandum veniet) a°. 2695. Abibalus autem vixit tempore Sauli ac Davidis, quippe qui Hierami, qui cum Salomone vixit, pater fuit. David vero in regem unctus fuit a°. 2882. & huic Abibalo Sanchoniathon, qui cum Gedeone vixit, ab eoque ſua Commentaria accepit, ſua ſcripta dedicavit, ſic ut ultra 200. annos vixiſſe debuerit. Et tamen etiam Semiramidis Aſſyriorum Reginæ tempore vixit i. e. a°. 1996. Atqui à Semiramide ad Abibalum ſpatium intercurrit 886. annorum.

Verum, ut nunc me ad ipſum convertam Huetium, ac ſciamus ab ipſo (uti & à Bocharto) unde Jerombalus fuerit Gedeon. Jerombalus ille pro uno eodemque cum Jerubbaal habendus eſt, quod æque bene nobis valere debet quam quod Suidas (ad quem Huetius provocat) tradit : Ἱερόβααλ, (nam & hanc mutationem hoc nomen à prætenſis 70 & Suida ſubire debet) οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ Γιδεὼν διὰ τὸ καθαιρεῖν τὸ ἱερὸν τοῦ Βάαλ. *Ita appellabatur Gideon, quod Templum Bahalis ſubverterit.*

Nec minus ſcite Georgius Syncellus Gedeonem Jerombali fratrem fecit.

At 2°. hic Sanchoniathon Taauti libros ſeu commentarios accepit, ac quidem ab ipſo Jerombalo ſeu Gedeone. Ita enim Huetius : Taauti libris ad opus ſuum lucubrandum uſus eſt Sanchoniathon, idem à Gedeone commen-

taria ad id ipſum accepit. Ergo Sanchoniathon fideliter admodum illa Moſis ſcripta (quod de Pentateucho, ſeu quinque libris Moſis intelligendum fuerit) in ſuum opus tranſtulit : namque uti aſſerit Huetius ; *Moſis doctrinam ſpirant paſſim & repræſentant Sanchoniathonis reliquiæ : quis* (addit) *non inde conjiciat Taautum illum fuiſſe Moſem?* Quam belle autem iſtis Sanchoniathonis cum Moſis ſcriptis conveniat, ipſa illa ſtatim oſtendent quæ ex Euſebio afferam. Ut guſtum det vero, nam plura, ut vidimus, promittit; quæ & infra examinabimus, ait : *De mundi generatione ſcripſit Taautus ; ſcripſit & Moſes* firmiſſimum ſane argumentum : duo de eodem ſcripſere argumento (at quam bene hi duo conveniant ſtatim, ut dixi, videbimus) ergo hi duo unus & idem fuere.

Nec minus belle procedunt illa : Literarum inventio Taauto tribuitur ; tribuitur & Moſi ab Eupolemo, Theodoreto & Iſidoro. Ne jam de Taauto (qui fueritne in mundo, nec ne, neſcimus recte, multo minus quando vixerit, niſi ex Philonis iſtius Byblii ac Porphyrii teſtimonio) aliquid hîc dicam : de Moſe certe id negabit Flavius Joſephus ; ut qui literas ac ſcripturam jam ante Diluvium obtinuiſſe affirmat. Hoc enim oſtendunt illa, quæ de Setho, ſeu potius ipſius poſteris, ac de columnis ante Diluvium iſtud inſcriptis, hoc modo narrat : οἱ δὲ πάντες ἀγαθοὶ φύσεις γῆν τε τὴν αὐτὴν ἀσφαλίσεσι καλωκήσαντες, δαιμόνησαν μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι πλάνης δυσκόλως προσιόντος. σοφίαν τε περὶ τὰ χρήσιμα καὶ τούτων διακόσμησιν ἐπινόησαν. ὡσπερ δὲ τῶ μὴ διαφυγεῖν τὰ ἐρημία, μὴ δὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν διαφθαρῆναι, προηρημένοι ἀφανισμὸν ἀδάμας τ' ὅλων ἔστιας, τ' μὲν καθ' ἰσχὺν πυρὸς, τ' ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, φήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν ἐκ πλίνθου, τ' δὲ ἑτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐπέγραψαν τὰ ἐρημία. ἵνα καὶ τ' πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τ' ὑπομβρίας ἡ λιθίνη μένοι.

μείναται ἀξιόχρη μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα δηλόσα. καὶ πλινθίνῳ δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀναπηγαι, μέχρι δὲ ἄχρι τοῦ δεῦρο καλὰ ἡ Συριάδα.

Qui [Sethi posteri] *quoniam erant omnes bona indole præditi, & patriam absque seditione incolebant, in perpetua felicitate ætatem exegerunt: & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. Ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quam noscerentur; scientes Adamum universalem rerum interitum præcecinisse, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis utrique sua inventa inscripserunt: ut si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. Ajunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in terra Syriâ.*

Quæ historia, (de Sethi posteris) quamvis & ipsa fabulosa sit, tamen plus apud nos obtinere debet quam illa, quæ de Taauti literarum inventione ex Sanchoniathone traduntur: aut quæ de Mose Eupolemus, Theodoretus atque Isidorus, sic gratis, ac temere, testantur.

Eusebius autem lib. I. Præparationum Evangelicarum, hæc ita de Philone Byblio, atque ex illo de Sanchoniathone tradit: „Res autem istas Sanchoniathon quidam me„moriæ prodidit vir antiquissimus, quemque *ante Trojana* „*tempora* floruisse, summâque cum diligentiæ, tum veri„tatis laude Phœnicum historiam &c. scripsisse testantur. „Hujus opera omnia Philo, non Hebræus ille, sed By„blius, ex Phœnicum idiomate Græcam in linguam con„versa vulgavit. Ejusdem quoque meminit is, qui nostra „memoria opus illud adversum nos *mendaciis fraudibusque* „*textum* consarcinavit, dum libro quarto ipsum hujus te„stimonii sui prædicatione commendat. *Rerum*, inquit,

„ [Porphyrius] *ad Judæos pertinentium hiſtoriam Sancho-*
„ *niathon Berytius SUMMA FIDE conſcripſit, quippe quæ cum*
„ *eorum locis* atque nominibus apprime conſentiat, cum
„ *præcipua rerum illarum capita* ab Hierombalo quodam Je-
„ vi Dei ſacerdote accepiſſet. Hoc illius opus Abibalo
„ Regi Berytiorum dedicatum non modo Rex, ſed etiam
„ ii, quorum apud ipſum erat de ſcriptorum veritate co-
„ gnoſcere, omnes comprobarunt. Atque iſtorum quidem
„ ætas Trojanis temporibus antiquior, *proximè ad Moſem*
„ *ipſum* accedit, ut ex Phœniciæ Regum ſerie quivis col-
„ ligere poteſt. Hic igitur Sanchoniathon, qui Phœnicia
„ lingua veterem hiſtoriam *partim ex ſingularum urbium*
„ *Actis, partim ex Templorum monumentis*, coagmentatam ſin-
„ gulari veritatis ſtudio perſcripſit, Semiramide, quam
„ Iliacis temporibus vel antiquiorem, *vel æqualem fuiſſe me-*
„ *morant*, apud Aſſyrios regnante, vixit. Ejusdem porrò
„ Sanchoniathonis opera Philo Berytius Græco ſermone
„ donavit. Hæc ille, quibus iſtius Theologi cum in ſcri-
„ bendo *veritatem, tum ETIAM VETUSTATEM nobis te-*
„ *ſtatam reliquit.* Verum in operis ſuſcepti progreſſu non
„ jam Deum univerſi moderatorem, imo ne cœli quidem
„ incolas; ſed viros quosdam ac mulierculas morti ob-
„ noxios, eoſque non ea morum honeſtate, ut propter
„ virtutem ſuſcipi ac probari mereantur, aut eâ præditos
„ ſapientia, quæ nos ad ipſorum æmulationem invitet,
„ ſed omnibus flagitiis ac ſceleribus coopertos nobis pro
„ Diis obtrudit, ac ſimul eos eſſe confirmat, qui paſſim
„ etiamnum omnibus in oppidis ac regionibus Deorum lo-
„ co celebrantur. Quarum tu rerum certas etiam ex illo-
„ rum ſcriptis depromptas accipe probationes. Philo igi-
„ tur, qui Sanchoniathonis opus univerſum novem in libros
„ diſtribuit, ipſo ſtatim primi libri proœmio hæc ad ver-
„ bum de eodem auctore præfatur. Hæc cum ita ſe habe-

rent,

„ rent, Sanchoniathon vir inprimis eruditus, cum ope-
„ ram in rerum plurimarum ſtudio poſuiſſet, cumque gen-
„ tium omnium hiſtoriam *jam uſque à prima univerſi moli-*
„ *tione* noſſe vehementer optaret, præcipuam quandam in
„ perveſtigandis Taaûti rebus diligentiam adhibuit; quod
„ ſatis intelligeret, omnium, qui lucem hanc aſpexerant,
„ eum literas principem inveniſſe; ac ſcribendorum com-
„ mentariorum auctorem fuiſſe. Ab illo autem auſpica-
„ tum eſſe, quem ab Ægyptiis Thoyth, ab Alexandrinis
„ Thoth nominatum, Græci ἑρμῆν, hoc eſt Mercurium,
„ reddidere.

„ His commemoratis, *recentiores illos*, qui poſtea emer-
„ ſerant eo nomine, reprehendit, *quod quæ de Diis vulgo fe-*
„ *rebantur, ad allegorias neſcio quas, & phyſicas explicationes*
„ *vi facta veritati traduxerent.* Is ergo ſic in progreſſu lo-
„ quitur: Sed enim qui noviſſime rerum ſacrarum diſpu-
„ tationem attigere, cum eorum, quæ facta erant, ipſo ſta-
„ tim initio veritatem rejeciſſent, allegoriis quibuſdam ac
„ fabulis excogitatis, cumque rebus iis, quæ hujus univer-
„ ſi naturam conſequuntur affinitate confictâ, Myſteria
„ denſis obducta tenebris inſtituerunt, ne quis eorum, quæ
„ reapſe geſta erant, veritatem intueri facile poſſet. Ille
„ autem cum in arcana quædam *Ammoneorum* volumina in-
„ cidiſſet, *quæ ex interioribus Templorum penetralibus, ubi*
„ *ante jacuerant, educta*, cum obvia paſſim non eſſent, om-
„ nium ſententiam diligenti meditatione quæſivit, lætum-
„ que ſuſcepti laboris exitum conſecutus, quæ in ipſo adi-
„ tu occurrebant, *fabulis cum allegoriis de medio ſublatis*, in-
„ ſtitutum opus ſuam ad perfectionem maturitatemque per-
„ duxit: donec qui poſt illum extitere ſacerdotes, idem
„ ipſum occultare denuo atque ad priſcarum fabularum
„ commenta revocare poſtea voluiſſent, unde myſticus il-
„ le ſenſus emerſit, qui nunquam antea Græcorum men-

„ tes occuparat. Quibus deinceps iſta ſubjungit. Hæc
„ tandem à nobis reperta ſunt, cum vehementi cognoſcen-
„ dæ Phœnicum hiſtoriæ deſiderio teneremur, *ac poſtea-*
„ *quam ingentem librorum monumentorumque ſylvam* cupide
„ ſcrutati eſſemus, non eam tamen, quæ apud Græcos erat,
„ quod ipſam magna cum diſſenſione animorum, & con-
„ tentionis potius quam veritatis ſtudio conflatam, à non-
„ nullis eſſe perviderem. Tum quibusdam interjectis: Ad
„ fidem, inquit, illius ſcriptis adhibendam, eo maximè,
„ quod oculis intuemur, Græcorum hominum diſſidio ad-
„ ducti ſumus: quo de quoque tria volumina, quorum
„ inſcriptio eſt: *De incredibili hiſtoria*, ſtudioſe ac dili-
„ genter elaboravimus. Ac rurſum poſt alia nonnulla
„ ſubdit: Jam vero quo illuſtrior habeatur magisque di-
„ ſtincta rei totius intelligentia hoc etiam ante omnia po-
„ nere nos oportet, Barbarorum antiquiſſimos, Phœni-
„ ces inprimis & Ægyptios, à quibus cæteri deinceps po-
„ puli illum morem accepere, in maximorum Deorum lo-
„ co eos omnes habuiſſe, qui res ad vitam agendam ne-
„ ceſſarias inveniſſent, quique beneficium aliquod in genus
„ humanum contuliſſent. Eos nimirum, quod ſibi plurimorum auctores bonorum eſſe perſuaderent, divinis honoribus coluere; ac Templorum uſu, quæ jam ante conſtructa fuerant, hoc ad munus officiumque traducto, „ columnas inſuper ſtatuasque ligneas ipſorum nomini „ conſecrarunt, eaque præcipuo religionis cultu proſecuti „ Phœnices, feſtos illis quoque dies longe celeberrimos „ dedicarunt. In quo quidem eximium illud fuit, quod „ Regum ſuorum nomina univerſi hujus elementis, ac qui-
„ busdam eorum, quibus Divinitatem ipſi tribuebant, im-
„ ponerent. Naturales porrò Deos, Solem, Lunam, re-
„ liquasque ſtellas inerrantes, cum Elementis ac cæteris,
„ cum ejusdem affinitate conjunctis, ſolos ex omnibus agno-

ſce-

„ ſcebant; ut mortales quidem alios, alios autem immor-
„ tales Deos haberent. Quibus Philo breviter in proœmio
„ conſtitutis, ad Sanchoniathonis interpretationem aggre-
„ ditur, his verbis Phœnicum Theologiam ediſſerens:
„ Principium hujus univerſitatis ponit *Aërem tenebroſum*
„ ac *ſpiritu fœtum*, ſeu mavis tenebroſi aëris flatum ac ſpi-
„ ritum, chaoſque turbidum altaque caligine circumfuſum.
„ Hæc porrò infinita eſſe, nullumque niſi longo ſeculorum
„ intervallo terminum habere. Verum ubi ſpiritus, in-
„ quit, amore principiorum ſuorum flagrare cœpiſſet,
„ cumque ſimul eſſet *mixtio conſecuta*, nexum hunc mutuum
„ *Cupidinem* appellarunt. Is quidem omnium rerum pro-
„ creationis principium fuit. *Spiritus vero ſuam ipſius pro-*
„ *creationem minime agnoſcebat.* Ex hac illius procreatio-
„ ne prodiit *Mot*; id quod *limum* nonnulli, alii aquoſæ
„ mixtionis corruptionem eſſe volunt; ex qua ſecutæ pro-
„ ductionis ſemina, ipſaque adeo rerum univerſarum gene-
„ ratio extiterit. *Cæterum animantia* quædam erant *omni*
„ *ſenſu carentia*, quæ poſtmodum *intelligentia præditos ani-*
„ *mantes procrearunt.* Eos illi Zophaſemim, hoc eſt cœli
„ contemplatores nominarunt, *in ovi figuram* conformatos.
„ *Illico autem Mot, cum Sole, Luna, ſtellis, ac reliqua aſtro-*
„ *rum multitudine emicuit* Hujuſmodi à *Phœnicibus mundi*
„ *ortus ponitur, qui omnem plane Divinitatem exterminet.*
„ Jam qualis ab iisdem invehatur animalium generatio;
„ videamus. Sic ergo philoſophatur: *Cum igneum ſplen-*
„ *dorem* aër emiſiſſet, ex ardenti maris ac terrarum inflam-
„ matione venti, nubes, magnoque ruentium impetu cœ-
„ leſtium imbrium ac nimborum effuſiones extitere. Cum
„ autem hæc omnia, quæ diſtincta paulo ante, ac propter
„ vehementiorem Solis æſtum à propria ſede disjuncta fue-
„ rant, in eodem rurſus aëre concurrerent, atque alia cum
„ aliis committerentur, tonitrua ſimul ac fulgura pepere-

re::

» re : quorum ad tonitruum fulgorem deſcripti antea in-
» tellectu præditi animantes velut è ſommo excitati, hor-
» rendoque ſonitu exterriti, mares pariter ac fœminæ,
» tam in terra quam in mari moveri cœpere. *Ejuſmodi eſt,*
» *quæ ab iſtis ſomniatur animalium generatio* : quam hæc e-
» jusdem Auctoris verba excipiunt. Hæc in Taauti de
» mundi ortu commentariis ſcripta reperta ſunt, quæ qui-
» dem ipſe cum Argumentis & conjecturis, quas mentis
» acie perviderat, excogitavit : tum eorum quoque facem
» nobis lumenque prætulit. Mox Auſtri ac Boreæ, cæte-
» rorum ventorum nominibus explicatis, ita proſequitur :
» At illi omnium principes terræ germina conſecrarunt ;
» iisque Deorum in loco habitis adorationis cultum tribue-
» runt, quibus vitam non ipſi modò, ſed ipſorum etiam
» poſteri, majoreſque omnes tolerarunt, inferiasque ac
» libamina perfecerunt. Atque hæ divini cultus cogitatio-
» nes, inquit, cum eorum imbecillitate animique anguſtiis
» congruebant. *Tum ſcribit, ex Colpia* vento, atque ejus
» uxore Baau, quam Græci Νύκτα, hoc eſt Noctem, inter-
» pretantur, Ævum ac Primogenitum, mortales ambos
» procreatos ; Ævumque cibi ex arboribus petendi aucto-
» rem fuiſſe. Qui ab illis geniti ſint, eos Genus ac Pro-
» geniem appellatos, Phœnicem incoluiſſe : cumque ve-
» hementior æſtus urgeret, in cœlum manus *ad Solem* ſu-
» ſtuliſſe. Quippe, *Deum enim hunc*, inquit, unum cœ-
» li moderatorem eſſe credebant, eumque propterea Beel-
» ſamen, id eſt, Phœnicum lingua, Cœli Dominum,
» Græcâ vero Δία, hoc eſt Jovem, nominabant. Deinceps
» Græcorum his verbis traducit errorem. Neque enim ſine
» ratione pluribus iſta modis explicatè diſtinguenda puta-
» vimus, ſed varias hac etiam in parte nominum, quæ re-
» bus attribuuntur, notiones ac ſignificationes ſecuti ſumus :
» quæ Græci homines cum ignorarent, alieno ſenſu acce-
pere,

„ pere, in errorem ambiguitate ſignificationis inducti. Por-
„ rò ex Genere Ævi ac primogeniti filio natos *ait* eſſe li-
„ beros morti ſimiliter obnoxios, eosque Lucis, Ignis, ac
„ Flammæ nominibus appellatos : qui cum ignem ex mu-
„ tua lignorum colliſione reperiſſent, ejusdem uſum homi-
„ nes docuerint. Iidem filios genuere, qui mole ac pro-
„ ceritate corporis vulgus hominum longe ſuperarent, quo-
„ rum nomina montibus iis attributa ſunt, quos ipſi prius
„ occuparant. Quare montes Caſſius, Libanus, Antili-
„ banus, & Brathyus ab illis nomen accepere. Cæterum
„ ab iis Memrumus & Hypſuranius procreati ſunt ; qui à
„ matribus ejusmodi appellationes invenere, mulierculis
„ inquam illis, quæ ſui copiam eo tempore obvio cui-
„ libet impudentiſſimè faciebant. Jam vero Hypſuranium
„ *in inſula Tyro* domicilium ſuum collocaſſe, ac tugurio-
„ rum ex calamis cum junco papyroque contextis effi-
„ ciendorum artem excogitaſſe, gravesque cum Uſoo fra-
„ tre inimicitias exercuiſſe tradit. Ac princeps quidem pel-
„ libus, quas feris ab ſe captis detraxerat, corpus tegere
„ Uſous inſtituit : cumque turbulenta imbrium ventorum-
„ que tempeſtate coortâ, ex Tyri arborum colliſione ignis
„ exarſiſſet, quæque ibidem erat ſylvam incendiſſet, arbo-
„ re, cujus ante ramos amputarat, navigii loco uſus, ne-
„ quaquam ſeſe mari, nullo licet exemplo, committere
„ dubitavit.

„ Geminos quoque cippos cum igni ventoque dedicaſ-
„ ſet, mox utrique adorationis cultum exhibuit, quasque
„ venando ceperat ferarum ſanguinem libavit. Poſteaquam
„ autem ſupremum iſti diem obiiſſent, qui ſuperſtites, in-
„ quit, remanſere, virgas ac cippos in eorum honorem
„ conſecratos adorarunt, feſtosque dies ſolenni ritu quo-
„ tannis peregerunt. At vero multis poſt ſeculis, ex il-
„ lius Hypſuranii ſobole Venator ac Piſcator nati ſunt,

" qui piſcationis ac venationis artem invenere, ac toti pi-
" ſcatorum venatorumque nationi ſuum poſtea nomen in-
" didere.
" Ab iisdem fratres procreati duo, qui ferrum ac mul-
" tiplicem ferri uſum reperere. Quorum alter Chryſor no-
" mine, quem Vulcanum eſſe ait, plurimum operæ ac ſtu-
" dii partim in eloquentia, partim in incantationibus ac
" divinandi artibus collocavit. Is etiam hamum atque
" eſcam, piſcatorum lineam, ac tumultuarias rates inve-
" nit, primusque mortalium omnium navigavit. Quamob-
" rem eum quoque poſt obitum inſtar Dei coluerunt, ip-
" ſumque præterea Damichii nomine appellarunt: nec de-
" ſunt etiam, qui ab ejusdem fratribus ſtruendorum ex la-
" teribus murorum ac parietum rationem excogitatam eſſe
" velint. Ab ejusdem poſteris geniti adoleſcentes duo,
" quorum unus Artifex, alter vero Terreſtris Indigena nun-
" cupatus. Hi quisquiliarum [limi] cum lateritio luto
" miſcendarum, utriuſque vero Solis calore exſiccandi, ac
" tectorum ædibus imponendorum auctores fuere. Alios
" autem duos procrearunt, quorum unus Agri, alter Ruſti-
" ci ſive Agricolæ nomen accepit. Et huic quidem ſimu-
" lacrum eximio cultu dedicatum eſt, addito quoque in
" Phœnice templo, quod ab aliquot jugatorum boum pa-
" ribus geſtabatur; quin etiam in veterum libris Deorum
" maximus elogio plane ſingulari nominatur. Ambo præ-
" terea conſtruendis ædibus non ſolum atria, verum etiam
" ducta in orbem ſepta cum ſpeluncis addidere. Ab iis
" tam agricolarum, quam venatorum, qui canibus uteren-
" tur, genus propagatum. Iisdem Erronum ac Titanum
" attributum nomen. Filios reliquere Amynum & Magum,
" quibus villarum gregumque alendorum rationes fuerunt
" acceptæ. Ex iſtis Miſor & Sydyc, hoc eſt Solutu faci-
" lis, ac Juſtus, qui ſalis uſum reperere. Miſor filium

Taau-

„ *Taautum habuit, primorum in ſcribendo elementorum inven-*
„ *torem*; quem Ægyptii Thoor, Alexandrini Thoyth,
„ Græci Mercurium nominarunt. Ex Sydyc vero Dioſcu-
„ ri, ſeu Cabiri, ſeu Corybantes, ſeu denique Samothra-
„ ces originem accepere. Ambos quoque navigium exco-
„ gitaſſe ferunt. Ab utroque procreati alii, qui non her-
„ bas modò, ſed etiam venenatorum morſuum curatio-
„ nem, & incantationes invenere. Eorundem ætate natus
„ eſt Eliun quidam nomine Altiſſimus, itemque fœmina
„ Beruth appellata. Hi loca Byblo vicina tenuere, ac
„ Terreſtrem quendam, ſive Indigenam, Cœlum poſtea nun-
„ cupatum, genuere, à quo etiam illud ſublime Elemen-
„ tum, quod ſupra nos volvitur, propter eximiam pulchri-
„ tudinis & formæ ſpeciem cœlum vocarunt. Is ſororem
„ habuit iisdem parentibus natam, cui nomen Terra, quod
„ propter ſingularem ejus corporis dignitatem, cum ea,
„ quam terram vocamus, poſtea communicarunt. Parens
„ autem illorum Altiſſimus, cum ferarum congreſſione pe-
„ riſſet, Deorum in numerum eſt relatus, quem libatio-
„ nibus ac ſacrificiis liberi coluere. At Cœlus ubi pater-
„ num in imperium ſucceſſiſſet, Terram ſororem matrimo-
„ nio ſibi junxit, ex eaque liberos quatuor ſuſcepit, Ilum
„ qui Saturnus dictus eſt, Betylum, Dagonem qui Sitò,
„ hoc eſt frumenti præſes, nominatur, & Atlantem. Ex
„ aliis autem uxoribus ingentem liberorum multitudinem
„ genuit; id quod adeo grave & acerbum Terræ accidit,
„ ut Zelotypia vehementiore ſuccenſa, abs Cœlo multis
„ ante probris onerato divortium fecerit. Cœlus autem,
„ etſi ab ipſa diſceſſerat, vi tamen quotiens libitum erat,
„ eâdem oppreſſa, domum ſe denuò recipiebat. Verum
„ quod ſuſceptos ex ipſa filios interficere conaretur, Ter-
„ ra convocatis auxiliaribus copiis, ejus impetum ſæpe pro-
„ pulſabat. Interea Saturnus, ubi virilem ætatem attigiſ-

" ſet, Mercurii Triſmegiſti, qui ipſi à tabulis & codicil-
" lis erat, conſilio atque opibus maternas ulturus inju-
" rias, Cœlo patri ſeſe acriter objecit. Idem liberos pro-
" creavit Proſerpinam & Minervam; ac prior quidem vir-
" go diem obiit; Minervâ autem Mercurioque auctoribus,
" falcem ex ferro haſtamque conflavit: tum Mercurius
" Saturni ſociis vehementer contra Cœlum pro Terrâ di-
" micandi ſtudium magicis incantationibus injecit. Satur-
" nus igitur his inſtructis copiis, bellum cum patre com-
" mittit, eoque imperii finibus ejecto, regnum capeſſit.
" Hoc in certamine capta Cœli concubina geſtans uterum,
" cujus ille ſingulari amore flagrabat; eam Saturnus Da-
" goni in uxorem dedit, apud quem ſuſceptum ex Cœlo
" fœtum enixa Demaroontem nominavit. Tum vero Sa-
" turnus ædes ſuas muro cingit, Byblumque condit urbem
" Phœniciæ principem. Mox Atlantem fratrem, quod
" eum ſuſpectum haberet, ſuadente Mercurio altâ terra
" defoſſum obruit. Per idem ferme tempus Dioſcurorum
" nepotes, cum tumultuariis ratibus navigiisque conflatis
" navigarent, ad Caſſium montem ejecti templum eo loco
" dedicarunt. Jam vero ſocios Ili, qui Saturnus idem e-
" rat, Eloim quaſi Saturnos appellarunt, qui ejusdem Sa-
" turni æquales etiam dicebantur. *Porrò Sadidum filium Sa-*
" *turnus, quod ſecus aliquid de illo ſuſpicaretur, gladio ſuo ju-*
" *gulavit, manuſque paternas exſtincti ſanguine cruentavit, ac*
" *paulò poſt filiam quoque ſuam capite truncavit*; ut reli-
" qui omnes Dii hanc Saturni mentem penitus obſtupeſce-
" rent. At Cœlus cum interim exularet, poſt aliquod
" temporis intervallum, Aſtartem filiam virginem cum
" duabus aliis ſororibus, Rhea nimirum ac Dione, ſum-
" miſit, quæ Saturnum fraude inſidiisque tollerent. Verum
" Saturnus puellas amore blanditiisque captas, ſorores am-
" bas ſecum matrimonio copulavit. Quod ubi Cœlus au-
diiſſet,

„ diiſſet, Fatum ac Pulchritudinem cum aliis ſociis adver-
„ ſus eum expeditionem ſuſcipere juſſit, quam pariter u-
„ tramque Saturnus illecebris delinitam apud ſe retinuit.
„ Præterea Cœlus, inquit, Deus Betylia reperit, anima-
„ tos lapides inſolenti arte molitus. Cæterum Aſtarte fi-
„ lias ſeptem Titanidas, ſive Dianas, Saturno peperit, ſi-
„ mulque Rhea totidem filios; quorum poſtremus, ut
„ primum lucem aſpexit, conſecratus eſt. Quin etiam ex
„ Dione quidem puellas; ex Aſtarte vero mares, præter-
„ ea duos Cupidinem & Amorem ſuſcepit. Dagon au-
„ tem, quod frumentum & aratrum inveniſſet, Aratrius
„ Jupiter nuncupatus eſt. Sydico, quem juſtum interpre-
„ tamur, una ex Titanidis Æſculapium genuit. Saturno
„ præterea liberi tres in Peræa nati, Saturnus ejusdem cum
„ patre nominis, Jupiter Belus, & Apollo. His prope-
„ modum æquales Pontus, Typho, & Nereus Ponti pater.
„ Ex Ponto Neptunus, ac Sido naſcuntur. Sidonis autem
„ ea ſuavitas & elegantia vocis erat, ut hymni modulate
„ canendi artem princeps inveniret. A Demaroonte Me-
„ licarthus & Hercules procreantur; moxque Cœlus ad
„ Demaroontis ſeſe partes adjungens, Ponto à quo defe-
„ cerat denuo bellum movet. At Pontus Demaroontem,
„ qui magno impetu ſuos in fines incubuerat, in fugam
„ vertit. Ille autem felicis fugæ gratia ſacrificium vovit.
„ *Porro Saturnus anno occupati regni altero ſupra triceſimum*,
„ ubi Cœlum patrem mediterraneo quodam in loco ſtru-
„ ctis inſidiis captum in poteſtatem habuiſſet, *verenda ipſi*
„ *juxta fontes* fluviosque circumfuſos amputavit: quo lo-
„ co Cœlus poſtea conſecratus eſt. Tum vero diſpertitus
„ ejus ac diſſipatus ſpiritus eſt, & ſanguis è vulnere de-
„ fluens in vicinorum fontium ac fluviorum aquas deſtil-
„ lavit. Locus etiamnum oſtenditur. Hæ ſunt cum Sa-
„ turni, tum eorum, qui Saturni ætate vixerunt, decantati à

„ Græcis ævi laudes egregiæ ; quos etiam , *princeps atque*
„ *aureum hominum lingua diſcrepantium genus*, ob jactatam
„ illam veterem felicitatem , nuncupare ſolent. Verum
„ noſter hic ſcriptor interjectis quibusdam ita perſequitur :
„ Aſtarte vero, quæ maxima nominatur, Jupiter Demaroon,
„ & Rex Deorum Adodus, in ea regione Saturno conſen-
„ tiente regnarunt. Aſtarte capiti ſuo , tanquam inſigne
„ regni, Tauri caput impoſuit : cumque terrarum orbem
„ peragraret lapſam de cœlo ſtellam reperit , eamque *in*
„ *Tyro Sancta inſula* conſecravit. Cæterum hanc ipſam A-
„ ſtartem Phœnices Venerem eſſe memorant. At vero *Sa-*
„ *turnus* , dum orbem luſtrat univerſum , Minervæ filiæ
„ totius Atticæ regnum tradit ¶. ac diræ peſtilentiæ incle-
„ mentia exitioque commotus *filium, quem unum ex legi-*
„ *tima uxore ſuſceperat, Cœlo patri totum flammis conſumptum*
„ *immolat, tum ſibi ipſe verenda præſcindit , ſociosque omnes*
„ *ad ſimile factum per vim adigit : nec multo poſt* Muth
„ filium, quem ex Rhea genuerat, vita functum conſecrat ;
„ quem Phœnices modò Mortem, modò Plutonem appel-
„ lant. Deinde Saturnus Byblum urbem Deæ Baaltidi,
„ quæ etiam Dione vocabatur, Neptuno autem & Caberis,
„ Agricolis item & Piſcatoribus Berytum dono dedit, ubi
„ Ponti reliquias iidem conſecrarunt. *TAAUTUS vero Deus*
„ cum jam ante Cœli imaginem effinxiſſet, *mox Saturni*
„ *etiam atque Dagonis cæterorumque Deorum vultus , unaque*
„ *ſacros elementorum characteres expreſſit.* Quinetiam inſi-
„ gne regni Saturno ejusmodi excogitavit ; oculos in vultu
„ binos ac totidem in occipite , quorum duo placide con-
„ nivere ac nictare viderentur : alas item ſingulis in hu-
„ meris geminas, è quibus explicatæ duæ, duæ vero con-
„ tractæ ac demiſſæ forent. Atque Oraculorum ſymbolo
„ ſignificatum volebat , Saturnum & dormiendo cernere,
„ & dormire vigilando : alacrem autem, eundem & vola-

re

„re quieſcendo, & volando quieſcere : cæteris vero Dis „alas in humeris duas tantum attribuit; quippe qui Saturnum ipſum volando ſequerentur. Ad ejuſdem Saturni „caput alas propterea geminas affinxit, quarum altera „mentis principatum, altera ſentiendi vim indicaret. Saturnus autem cum in meridiem veniſſet, *Taautum Deum „Ægypti univerſæ Regem creavit.* Atque hæc principes omnium, inquit, Cabiri ſeptem liberi Sydec, cum Æſculapio fratre octavo, ipſiuſmet *Taauti juſſu, in commentarios tabulasque* retulerant. Thabionis autem filius, primus apud phœnices ex omni memoria ſacrorum interpres, eadem Allegoriis quibusdam ementitus, cum rerum naturalium & eorum, quæ paſſim hoc in mundo contingunt, affectionibus conjuncta, Prophetis Orgia celebrantibus, & ſacrificiorum myſteriorumque principibus tradidit. Qui deinceps inanem hanc oſtentationem, quam omni ope omnique ſtudio augere conati erant, ſuis quoque ſucceſſoribus & initiatis reliquerunt. Horum unus Oſiris quidam fuit, trium literarum inventor, frater illius Chnæ, qui primus poſtea Phœnix appellatus fuit. Quibus deinde ſubjicit. At vero Græci, homines præ cæteris gentibus politi admodum & elegantis ingenii, primum quidem iſtorum pleraque ſibi tanquam propria vindicarunt : ſed cum aures atque animos fabularum voluptate permulcere vellent, novis eadem ac multiplicibus poſtea commentorum quaſi ornamentorum acceſſionibus ſupra modum exaggerarunt. Atque hinc Heſiodus, ac reliqui circulares poëtæ, quorum fabellis omnia circumſonant, propria quædam Gigantum ac Titanum certamina, ſectionesque alias confinxere. Quæ cum illi paſſim & ubique jactarent, veritatem ipſam tandem oppreſſerunt. Aures vero noſtræ jam inde ab infantia illorum fictionibus aſſuetæ, & opinionibus per multa ſecula pro-

„ propagatis occupatæ, quam ſemel accepere fabularum
„ vanitatem perinde ac depoſitum aliquod, ut ſtatim ab
„ initio dixi, cuſtodiunt. Itaque quod ab ipſo tempore
„ vires ac robur acceperit, poſſeſſionem ita confirmavit ſuam,
„ ut eam excutere longe difficillimum ſit, jamque veritas
„ ipſa nugarum, adulterinæ vero ac ſpuriæ narrationes loco
„ veritatis habeantur.
„ Verum ſatis iſta ſunto, quæ ex Sanchoniathonis operi-
„ bus huc uſque retulimus; quæ cum à Philone Byblio
„ converſa, Græcèque reddita ſint, tum Porphyrii philo-
„ ſophi teſtimonio tanquam vera comprobantur. Cæterum
„ idem in eo, quem de Judæis ſcriptum reliquit, hæc præ-
„ terea de Saturno commemorat. *Thaautus ille*, quem
„ Thoyth Ægyptii vocant, cum ingenti apud Phœnices ſa-
„ pientiæ laude floreret, quæ ad religionem cultumque
„ Deorum pertinebant, primus ex humilium ac plebejo-
„ rum capitum inſcientia vindicata, eleganti & accommo-
„ dato ad ſcientiæ leges ordine diſpoſuit. Cui cum Sur-
„ mubelus Deus, & Thuro, quæ deinceps mutato nomine
„ Chryſarthis appellata eſt, *longo ætatum* intervallo ſuc-
„ ceſſiſſent, occultam ipſius & allegoriarum involutam um-
„ bris Theologiam illuſtrarunt. Ac paulo poſt: Hoc in-
„ quit, apud Veteres in more poſitum erat, ut in ſummis
„ Reipublicæ calamitatibus, penes quos aut civitatis aut
„ Gentis imperium eſſet, ii liberorum cariſſimi *ultoribus*
„ *Dæmonibus jugulati ſanguine, quaſi pretio*, publicum exi-
„ tium peſtemque redimerent. Qui vero tum ad Sacrifi-
„ cium devovebantur, eos myſticis quibusdam ceremoniis
„ adhibitis jugulabant. *Saturnus* igitur, quem *Phœnices*
„ *Iſraelem* nominant, quemque poſt obitum in Aſtrum e-
„ jusdem nominis conſecrarunt, cum iis in locis regnaret,
„ *ac filium unigenam ex Nympha quadam* indigenâ, quam A-
„ nabretem vocabant, ſuſcepiſſet, eumque propterea no-
mine

„ mine Jeiidem appellatum, quod ea vox apud Phœnices
„ unigenam etiam ſignificet; *cumque graviſſimum belli peri-*
„ *culum univerſam in regionem incubuiſſet, illum ipſum re-*
„ *gio cultu ornatum ad aram ab ſe prius erectam & inſtru-*
„ *ctam immolavit.* Jam vero conſidera, cujusmodi ea ſint,
„ quæ idem ipſe Philo ex Sanchoniathonis opere de Phœ-
„ nicum elementis conſcripto, Græcis expreſſa verbis de
„ reptilibus quibusdam ac venenum jaculantibus animali-
„ bus commemorat. Quæ cum nullam hominibus utilita-
„ tem afferant, tum peſtem iis atque interitum creant, in
„ quos tetrum illud ſuum & exitiale venenum excuſſerint.
„ Sic igitur ad verbum ille: Taautus quidem *Draconis Ser-*
„ *pentiumque* naturæ divinitatem aliquam tribuebat; quam
„ ejus opinionem Phœnices & Ægyptii poſtea comproba-
„ runt. Enimvero hoc genus animantis præ cunctis reptili-
„ bus, vi & copia ſpiritus abundare docet, ejusque natu-
„ ram igneam eſſe: quod etiam celeritatem, inquit, præ
„ ſe fert omni exceptione majorem; cum neque pedum,
„ neque manuum, neque alterius cujusquam exterioris
„ membri adminiculum habeat: cujusmodi ſunt quibus ad
„ motum reliquæ animantes uti ſolent. Præterea varias ac
„ multiplices corporis formas oſtendit, ac ſinuoſis in-
„ tortum ſpiris, ſeſe quam libuerit incitato librat impetu.
„ Diuturnæ admodum vitæ eſt, nec ſolum exuto ſenio ju-
„ veneſcit, verum etiam majora corporis ſimul & virium
„ accipit incrementa, donec tandem confecto certo quo-
„ dam annorum curriculo in ſeipſum iterum diſſolvatur, *quem-*
„ *admodum in ſacris etiam tabulis idem Taautus ſcriptum reliquit.*
„ Id quod in cauſa fuit, cur hoc animantium genus in
„ ſacris pariter atque myſteriis adhiberi ſolet, &c. *Præpa-*
„ *rat. Evang.* lib. X.
„ Porphyrius igitur, libro ſui in nos operis quarto,
„ hunc in modum, verbis omnino totidem loquitur: Porrò

„in ſcribenda, inquit, rerum Judaicarum hiſtoria, *veri-*
„*tatis amantiſſimus eſt Sanchoniathon ille Berytius*, quippe
„qui commentarios cum eorum ſive locis ſive nominibus
„maxime congruentes ab Hierombalo Jevo Dei ſacerdote
„acceperit: qui ſuam hiſtoriam Abelbalo Berytiorum Re-
„gi nuncupatam, cum illi ipſi, tum iis etiam, quibus in
„explorando vero conſiliariis atque arbitris utebatur, pro-
„bavit. Quorum ſane tempora Trojanis etiam illis anti-
„quiora ſunt, parumque admodum à Moſis ætate disjun-
„cta; ut ex Phœniciæ Regum ſucceſſione cognoſcitur. I-
„dem autem Sanchoniathon, qui univerſam hiſtoriam,
„cum ex publicis urbis, tum è ſacris tabulis hauſtam,
„ſummo cum veritatis ſtudio Phœnicia lingua conſcripſit,
„Semiramidis Aſſyriorum Reginæ temporibus floruit.

Hæc nimirum ſunt iſta præclara quibus conſtet *Taautum fuiſſe ipſum Moſem. Nam poſtquam Sanchoniathonis diſſertationes de mundi & animalium procreatione expoſuit*; ait Huetius, *hæc omnia ait* [*Philo Byblius*] *in Taauti Coſmogenia fuiſſe deſcripta*, &c. At qualia tandem ſunt illa? *Animantia omni ſenſu carentia, quæ poſtmodum intelligentiâ præditos animantes procrearunt.*

Interim nihil in iſta eorum, quæ maxime ad creationem mundi, atque ipſam primi mundi hiſtoriam pertinent: qualia ſunt quæ de Adamo & Eva, de lapſu horum primorum parentum (ne de Creationis ſex diebus loquar) de Paradiſo, de Fratricida, ac poſt primo urbis Conditore Caino, de Diluvio; cujus certe inter alia maxime meminiſſe debuerat (quum Græci tam procul à Phœnicibus diſſiti illius meminerint) deque urbe ac turri Babel, adeoque & de diſperſione gentium, aliisve maxime notandis, S. Scriptura loquitur. Forſan illa fuerint de Colpia vento & uxore ipſius Baau (ſeu nocte) qui ævum ac primo-

ge-

genitum procrearunt; illique rursus Genus ac Primogenitum, qui Phœnicem incoluerunt, &c.

Nunc videamus qualia ulterius producat Huëtius argumenta, *ut rei veritas* (prout perhibet) *inde liquido cognoscatur*; & an *multiplex ipsius Argumentorum congeries id clarius etiam ac certius approbet.* Verba igitur ipsius sunt hæc sequentia: *Ac initium capiemus à Phœnicibus, in quorum antiquitatibus Mosem latentem deprehendere licet sub Taauti persona, qui Deus ab ipsis habitus est. Quam multa ei cum Mose conveniant, jam supra breviter ostendimus, cum ageremus de Sanchoniathone; & idem quoque tam certis infra evincemus rationibus, cum de Thoyth Ægyptiorum (quem Mercurium esse Græcorum, & Taautum Phœnicum non semel affirmant Philo Byblius & Porphyrius) disseremus, ut nulli dubitationi possit locus supereſſe. Nunc pauca hæc præmittamus in anteceſſum, unde rei veritas liquido cognoscatur. Ægypti regem fuisse Taautum narrat idem Philo: Mosem paterni regni successorem destinaverat Thermuthis Ægyptiorum regis filia; eique rex ipse diadema suum imposuerat, ut legitur apud Josephum: atque hunc etiam σοφὸν, βασιλέα, νομοθέτην, Clemens appellat. Sapientia inter Phœnices præstitisse Taautum tradit Porphyrius in libro de Judæis: eruditum fuisse Mosem omni sapientiâ Ægyptiorum Acta Apostolorum indicant. Literarum Taautus repertor creditus est: idem de Mose tradiderunt Eupolemus, Theodoretus & Isidorus, ut jam ante à me notatum est. Cum gentium Origines ab Orbe condito Sanchoniathon vellet cognoscere, Taauti commentarios consuluit, quibus Cosmogenia continebatur: Moses initia gentium à mundi exordio diligenter est persecutus. Primus quæ ad Dei pertinerent cultum Taautus retulit in literas; primus retulit & Moses. Sacras appellat Porphyrius Taauti lucubrationes: sacris notis inscriptæ erant columnæ Mercurii, & ex iis descripti*

fuerant ſacri Ægyptiorum libri, quibus Moſis, ut ſuperius obſervavi, doctrina explicabatur. Prima rerum exordia Chaos & Spiritum ponit Sanchoniathon, Taauti diſciplina eruditus: hæc ex Moſaicæ geneſeos initio ſunt manifeſte deprompta: ut & alia pleraque quæ à Bocharto annotata prætereo. Unam repetam Abrahami & Saræ, & Iſaaci immolandi hiſtoriam, quam ſub Iſraëlis, ſive Saturni, Anobret & Jehud nominibus exponi, à Porphyrio, ante Bochartum notavit Scaliger. Et Jehud quidem eſſe יחיד, *unigenam, uterque vidit. Anobret alii aliter interpretantur; optime Bochartus EX GRATIA concipientem. Iſraël mihi poſitum videtur pro* ἰλ. *Sic enim Saturnum dictum docet ibidem Philo Byblius Sanchoniathonem interpretans. Nam librarii vocem* Ἰσραὴλ *ſic contrahere ſolent,* ἰὴλ *&* ἶλ. *Cum ergo à Phœnicibus dictum Saturum* ἶλ *legiſſet incautus librarius, hoc eſt,* אל, *id ſignificare putavit* Ἰσραὴλ, *atque ita reſcripſit. Nihil tamen affirmare velim. Alia porro memoratu digna de Abrahamo, ſub Saturni nomine, refert ex Sanchoniathone Philo; Cœlo nempe patri unigenam filium totum flammis abſumptum ſacrificaſſe; tum ſibi circumcidiſſe virilia, & commilitones omnes ut id facerent adegiſſe. Quis negare poteſt hæc ex Moſe eſſe petita? Scribit Porphyrius SUMMA FIDE de Judæis Sanchoniathonem diſſeruiſſe, cum ab Hierombalo, quem Gedeonem eſſe ſuperius docui, Commentarios accepiſſet: Commentarios illos fuiſſe libros Moſis, ex eo qui tradidit, conjecturam ducere licet. Atqui iidem videntur eſſe qui traditi ſunt ab Hierombalo Commentarii ac Commentarii Taauti, quibus ad id operis itidem lucubrationem uſus eſt Sanchoniathon. Taautus denique ſerpentibus divinitatem quandam adſcripſit: Moſes ſerpentem æneum mirifica quadam & divina vi pollentem palam propoſuit. Minime porrò credendum eſt, Moſis libros ita fuiſſe aſſectatum Sanchoniathonem, ut rerum principia deſcribens nuſquam ab iis receſſerit.*

rit. Ea excerpſit duntaxat, quæ cum gentis ſuæ religionibus, & receptis dogmatibus conſentirent. Neque vero quæ à Sanchoniathone ſcripta erant, fideliter retulit Philo Byblius. Ex iis quæ extant apud Euſebium facile agnoſcas, quam multa ſibi in interpretando permiſerit. Moſem itaque Sanchoniathon, Sanchoniathonem Philo Byblius interpolavit. Hinc plurima è Taauti libris à Sanchoniathone deprompta eſſe dicuntur, quæ à Moſaica tamen doctrina prorſus abhorrent.

Plura hic adhuc δείγματα addit, ac majora longe promittit ſe alibi daturum, quæ an neceſſe erit ut etiam perpendantur Lector facillime ex hiſce nunc ſequentibus perſpiciet. *Ægypti Regem fuiſſe Taautum* (ait Huetius) *narrat Philo: Moſem paterni regni ſucceſſorem deſtinaverat Thermuthis Ægyptiorum regis filia: eique rex ipſe diadema ſuum impoſuerat*, &c. De Philone viderit Porphyrius: at de Moſe ſcimus ne ipſum quidem Joſephum (qui alias hic maxime nugatur) talia ita ſcripſiſſe. Verum operæ pretium fuerit, huc afferre illa, quæ de Moſe hic Joſephus narrat; ut inde videamus quantum ſibi concedat Huëtius.

Poſt tertium vero annum ætatis admirandam gratiam ei Deus addidit: nemo erat enim adeo tetricus, ut viſa Moſis pulchritudine non obſtupeſceret: ac perſæpe accidebat ut dum geſtatur, ac circumfertur, obvios quosque in ſe converteret, ita ut relictis ſeriis negotiis, mallent præcellenti ejus forma oculos paſcere: tanta erat puerilis gratia, ut inviti homines ab hoc ſpectaculo diſcederent. Quo factum eſt ut Thermuthis hunc ſibi filium adoptaverit; cum alioquin germanis liberis careret: allatumque patri oſtentabat, dicens de ſucceſſore ſe cogitare, etiamſi Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educavi non minus indole quam pulchritudine divina excellentem, quem Nilus ipſe in ſinum meum tradidiſſe videri poteſt, quem decrevi adoptare mihi filium, tibi

vero in principatu ac imperio regni ſucceſſorem : & cum dicto patri infantem in manus impoſuit. At ille poſtquam acceptum adſpectus appreſſiſſet filiæ gratificaturus comiter diadema ſuum ejus capiti impoſuit. Moſes verò capiti pueriliter detractum prolabi in humum paſſus, pedibus etiam calcavit; id quod mox ominoſum eſt viſum, & regno nihil boni portendere.

Ne autem ipſum Joſephum hic ad examen revocem; ut qui cum in hiſce, tum in ſequentibus, quibus vitam Moſis perſequitur, multa præter, quin & multa contra Sacram Scripturam, tradit [cum ex gr. ex. S.Scr. conſtet, Pharaonem legitimis minime caruiſſe ſucceſſoribus, primigenitumque eorum per plagas divinitus immiſſas fuiſſe peremptum : neque ille propterea ſucceſſore alienigena, ſive Hebræo, adeoque ex gente ipſi tam maxime exoſa, indiguerit] ne, dico, hunc Joſephum hic examinem; videamus quam bene aut male Huëtius noſter ex iſto argumentetur, niſi potius dicendum ſit argutetur. Conferenda ſunt itaque hæc Joſephi verba cum verbis D. Huëtii; quibus ita hiſtoriam narrat, quaſi Pharaoni liberis, adeoque & legitimis ſucceſſoribus carenti, non ſolum illa Moſem hæredem deſtinaſſet; verum & ipſe Pharao imponendo ei regium diadema electionem illam comprobare voluiſſet: quod minime Joſephi verba indicant. Quamvis non ita multum referat, an inter ſe concordent magis minuſve in fabuloſa narratiuncula hi duo ſcriptores : cui tamen confirmandæ Huëtius Clementis quoque verba affert; quaſi illis is indicaſſet Moſen Ægypti regem fuiſſe. Nam, quorſum aliàs illa huc ſic attuliſſet firmandis Joſephi verbis, plane non video.

Taautum porro Porphyrius in libro de Judæis [quam fideliter autem ille de Judæis ſcripſerit jam ſupra ex Euſebio didicimus] *ſapientia præſtitiſſe inter Ægyptios;* (Phœnices

ces dicere debuerat) itidem Moſes, S. Scripturâ teſtante : Ergo idem *Taautus* cum *Moſe*. At eadem S. Scriptura Moſen vocat Deum Aaronis ; Sanchoniathon vero *Taautum* Deum vocat, atque ab Saturno totius Ægypti regem creatum aſſerit : Saturnus interim Huëtio Abrahamus eſt : cujus tempore quoque & literæ Chaldaicæ, & Chananææ, quas nunc vulgo eruditi Samaritanas vocant, in uſu fuerint ; easque Abrahamus relictis Chaldaicis, poſtquam in Chanaanam venerat, amplexus. Quæ (ut hoc ſic in transcurſu notem) quam bene cum Moſe literarum primo inventore concordent lector eruditus dijudicet.

De *Taauti, ac Moſis*, *Coſmogenia* jam ſupra aliquid dixi, nec opus eſt plura addere. Conſideremus igitur hæc ſequentia : *Sacras appellat Porphyrius Taauti lucubrationes : ſacris notis inſcriptæ erant COLUMNÆ MERCURII, & ex iis deſcripti fuerant ſacri Ægyptiorum libri, quibus Moſis* [NB.] *ut ſuperius obſervavi, doctrina explicabatur.* Quæ obſervata igitur huc apponenda duco : ut ſcilicet inde videamus jam Ægyptios ante Iſraëlitarum exitum ex Ægypto jam Moſis ſcripta, ac quidem publice poſſediſſe. Verba Huëtii ſunt : *Moſen autem Mercurium eſſe, certiſſimis rationibus infra conficiam. Suſpicor igitur doctrinam Moſis de principiis rerum ipſiusque Leges, cum pro veris & æquis haberent Ægyptii, & apud ſe ratas eſſe vellent, in columnis ligneis vel lapideis deſcriptas publice propoſuiſſe ; atque has Columnas, quod doctrinam continerent Moſis, qui Mercurius dicebatur, Columnas Mercurii eſſe dictas. Hiſtoriam vero creationis rerum iis inſcriptam, interpolatam fortaſſis, & figmentis, quibus dedita ea gens eſt, perſperſam,* γραικὰ ἔ ἐρμῆ *appellat Manethos apud Euſebium: quod interpretor Moſis Geneſin; quam &* ספר תולדות, *librum generationum, dictam ab Ebræis oſtendit Scaliger. Fallor, an ea ſint quæ Deorum ſtemmata appellat Martianus*

Ca-

Capella, in ſubterraneis adytis Ægyptiorum adſcripta eminentibus ſaxis, quæ nominat ſtelas, &c.

Hæc ſane ita ibi conſcripta fuiſſe opportet, ante exitum Moſis atque Iſraëlitarum. Namque poſt tot plagas inflictas, poſtque Pharaonis, cum toto ipſius exercitu, exitium, Ægyptios Moſis libros ac Leges ſic amplexos fuiſſe, *non ſanorum hominum non ſanus juret Oreſtes.* Verum eheu jam ſatis eſt : ad alia tranſeamus. *Prima rerum exordia Chaos & Spiritum ponit Sanchoniathon, Taauti diſciplina eruditus : Hæc ex Moſaicæ geneſeos initio ſunt manifeſte deprompta.*

Aliquam confuſam notitiam veteres nonnullos de primo rerum ortu, ex traditione habuiſſe negare minime velim: At ſi hic Sanchoniathon tam antiquus eſt, ut vult noſter Huëtius, certiſſimum eſt, illum iſta ex Moſis libris, ſeu Pentateucho non potuiſſe excerpere : quod clariſſime patet, tam ex iſtis quæ ſupra, (ſub initium hujus tractatuli) quam alibi, oſtendi : niſi abſurde admodum credamus Librum Geneſeos jam vel ante Moſis exitum ex Ægypto conſcriptum fuiſſe ; vel eum ſaltem Gideonis tempore Sanchoniathoni (de cujus antiquitate Porphyrius ſibi minime conſtat) lectum ac deſcriptum fuiſſe.

At *ſcribit* Porphyrius *ſumma fide* de Judæis Sanchoniathonem diſſeruiſſe : quem tamen Bochartus (ad quem noſter Huëtius provocat) Scriptorem fabuloſum vocat, qui omnia involvit. Dum interim omnia conatur (quo cum ſucceſſu judicent eruditione ac judicio præditi) ut aliquid veri illis intermixtum reperiat atque oſtentet. Neque adeo mirum Phœnices aliquid inaudiiſſe, obſcuraque traditione accepiſſe de Abrahamo ſimilibusque, ſuisque id Dis & Heroibus applicuiſſe. Verum, uti ſupra oſtendi, illa quæ, ſi mundi hiſtoriam tradere voluerint, præcipua eſſe clarum eſt, præterire ſitentio non debuiſſent. Interim quam bene talia, quæ ex ipſis ſacris libris haurire non potuerunt,

quæ-

quæque vix tenui fama ad ipſorum aures, atque ne ſic quidem ullatenus intellecta, fuerant ſublapſa; quam bene, dico, illa inter iſta Sanchoniathonis compareant, ex iſtis quæ jam ſupra ex Porphyrio (ſicut ille ex Philone Byblio) adduxi optime dijudicari poteſt. Quæ repeti igitur hic à lectore operæ pretium ſit.

Interim μέγα εὕρημα iſtud Huetio noſtro videtur: *Taautus denique ſerpentibus divinitatem quandam adſcripſit: Moſes ſerpentem æneum mirifica quadam & divina vi pollentem palam propoſuit.* Quod argumentum de Serpente æque ſtringit atque illud Taubmanni & Mœbii de Aurea catena per Jovem è cœlo demittenda, qua omnes Dii Deæque ſuſpenſi nihil contra Jovem valeant: illam nempe Homerum à Scala Jacobi, ex S. Scriptura fuiſſe mutuatum; ita enim Mœbius in Dedicatione libri ſui de Oraculis Taubmannum loquentem affert: *Quid Jovis catena aurea apud Homerum Iliad. 8. v. 15. de vertice Olympi ſuſpenſa tam videtur adumbrare, quam ſcalam à Jacobo viſam, quæ cœlum uſque pertingebat?* At præſtat ipſius Homeri verſus huc apponere, ſicut & illa, ex libro Geneſeos, ſacræ Scripturæ verba: ut bella iſta ἀναπίηγις inde eo melius eluceſcat. Poſt alias ergo minas admodum horrendas, ita ibi pergit Jupiter.

Εἰδ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ, ἵνα εἴδετε πάντες.
Σείρην χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν ὕπατον μήστωρ' ἀδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ κἀγὼ ἐγὼ περ ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρυσαίμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ.
Σείρην μὲν κεν ἔπειτα περὶ ῥὸν ὀλύμποιο,

Δησαίμην· τὰ δ' ἀὐτε μετήορα πάντα γένοισθε.
Τίσετε ἐγὼ δεῖ τ' εἰμὶ θεῶν. δεῖ τ' εἰμὶ ἀνθρώπων.

Quin agite, periculum facite, o Dii, ut videatis omnes,
Catenam auream de cœlo ſuſpendentes
Omnes appendamini Dii omnesque Deæ;
Non tamen traxeritis ex cœlo in terram
Jovem ſummum conſiliarium, neque ſi valde multum laboraveritis:
Sed quando jam ego lubens voluero trahere,
Cum ipſa terra (Deos) traxero, ipſoque cum mari.
Catenam quidem dein ad verticem Olympi
Alligavero: illa vero ſuſpenſa omnia fuerint.
Tantum ego ſupero Deos, ſuperoque homines.

Sacræ autem Scripturæ verba ſunt: *Igitur egreſſus Jacob de Berſabee pergebat Haran. Cumque veniſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormivit in eodem loco. vidit quoque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen ejus tangens cœlum: angelos quoque Dei adſcendentes & deſcendentes per eam: & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi, &c. Surgens ergo Jacob mane, tulit lapidem quem ſupposuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper.*

Hæc de lapide addere volui, ut videat Lector quoque ſecundum hunc eundem Huetium, originem Bætyliorum: ita enim de iis loquitur: *Lapis à Jacobo erectus in titulum, & dictus Bethel, originem dedit fabulæ Bætyliorum qui* [NB] *lapides animati fuerunt, & à Cœlo excogitati, ſi quid credimus Philoni Byblio hæc ex Sanchoniathone differenti. Hoc deinde nomen à Græcis tributum eſt lapidibus quos Saturno vorandos Rhea objecit* [atqui Saturnus ſecundum Huetium Abrahamus fuit] *& lapidibus quibuſdam ſacris, quos vivos appellabant,*

bant, ut ex Damascio, Hesychio, Etymologo, Lampridio aliisque discere licet.

Longe tamen aliter ante ipsum Bochartus; quamvis & hæc Bætylia quoque inde statuat originem traxisse. Ita enim ille: *Sequitur*: ἐπενόησε θεὸς οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους, *excogitavit Deus Uranus* (id est, cœlum) *Bætylia, cum fabricasset lapides animatos. Itane vero? Lapides animatos?*

O rem ridiculam, Calo, & jocosam!

Scripserat, credo, Sanchoniathon אבנים נשפים *lapides unctos, à radice* שוף *in ungendi notione apud Syros usitata. Sed* פ & ש *transpositis* pro נשפים *scriptum* נפשים [tantæ molis erat hinc unctos condere cippos!] *Unde factum ut lapides uncti mutarentur in animatos. Quod tamen deinceps creditum, Diabolo forte illos movente, & plebis credulitati suis præstigiis illudenti Damascius scriptor Ethnicus valde superstitiosus Justiniani ævo*: εἶδον τὸ Βαίτυλον λεγόμενον ἀέρῳ κινούμενον, *vidi Bætylum (lapidem) in aëre motum. Ibidem dicit Isidorus Philosophus* εἶναί τινα δαίμονα τὴν κινοῦσαν αὐτὸν, *aliquem esse dæmonem à quo movetur.*

Tamen verum est quod dixi à Sanchoniathone Bætylia vocari lapides unctos. Quod factum exemplo Jacobi, qui Gen. 28. 18. *lapidem, quem habuerat pro cervicali, legitur in titulum erexisse, & effudisse oleum in summitatem ejus, & locum vocasse Bethel.*

Dat nobis igitur Bochartus lapides [ac quidem ex lapide Jacobi oriundos] non solum unctos, verum & à Diabolo motos, quin & per aërem volantes. Cui ego sane similiter occinere cogor istud, atque reponere:

O rem ridiculam; &c.

Verum enim vero, ne plura congerendo Lectori fiam tædio, quod ipsi jam forsan obrepsit, egerendo huic Augeæ stabulo fabularum supersedebo. Lector eruditus satis superque ex hoc gustu nunc dato dijudicabit, quales conjecturas nobis pro demonstrationibus eruditissimus sane aliàs atque immensæ lectionis Huëtius obtrudat: Qualibus certe S. Scriptura non indiget.

FINIS.

618586





A 11